BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 C
46/

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

E
1184


IOANNIS NI-
COLAI GIMONTEI IVRE

conſulti clariſsimi, celebratiſsimæq; Cathurcorum
academię pontificij iuris profeſſoris præſtan-
tiſsimi Enchiridion perelegans in quin-
que titulos diductum, vniuer-
ſam ſacerdotiorum ma-
teriam com-
plectens.

*

Huic adnectuntur rerum capita, adnotationesq́;
per Pardulphum Prateium Marchianum, quæ o-
mnia ſuis locis appoſita comperies.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

LVGDVNI,

Ad Salamandræ, apud Sennetonios fratres.

M. D. L.

Cum Priuilegio Regis

13-8-C-46

EXTRAICT DV PRIVILEGE

Il eſt defendu à touts Imprimeurs,& Libraires de non imprimer,ou faire imprimer, ne expoſer en vente ce preſent Liure intitulé *Enchiridion beneficiorum Ioannis Nicolai*, iuſques au terme de dix ans commencans du iour, & date des preſentes,ſinon par le congé,& licence de Iacques,Iean, & Claude Sennetons freres. Et ce,ſur peine de confiſcation deſdits liures,& d'emende arbitraire,ainſi que le tout eſt plus amplement contenu audict priuilege ſurce octroié,& donné à Lyon le douxieſme de Septembre. 1548. Ainſi ſigné par le Roy en ſon conſeil Coëffier,& ſeellé ſur ſimple queuë en cyre iaulne.

ELENCHVS TITVLOrum,quibus ductu methodico vniuerſum ſacerdotiorum ius oculis perluſtrare liceat

De Beneficijs Titulus j. pag.1.

Co[illegible]ne beneficiorum Tit. ij pag.44.

Pluralitate Beneficiorum,& diſpenſatione ſuper eadem.Titu. iij Pag.79.

Gratijs expectatiuis.Tit.iiij. pag.183.

Permutatione beneficiorum.Tit.v. pag.245.

LECTORI BENEVOLO.

QVod In omnibus,qui cudũtur,ferè libris fieri ſolet,amice Lector, ne illotis tecum(quod aiunt) accumbamus manibus in hac noſtra licet tenui merenda. Itidem & hoc mihi faciẽdum in præſentiarũ non alienũ pu-
aui. Vt tecum in illius aditu prętari nõnihil liceat,ad inſtitu
i huius noſtri tanquã Mercurius quiſpiã in biuio viam indi
andam:ne tibi ceſpitãdũ ſit in ipſo ſtatim liminis termino,
ut valefaciẽs aliò diuertas. Qñquidem amicitiæ quorũdam
i cõpulſus,deſcendendum mihi fuit, velut alter Aſpendius
literarijs latibulis in arenam iudiciorũ,& acroamata noſtra
enſoribus offerre moroſis, quæ olim in celebratiſſimo illo
biq; terrarũ Toloſanæ academiæ gymnaſio apud diui Mar
ialis collegium inchoauerã,poſtmodum hîc & in nobili Ca
urcẽſium vniuerſitate,dũ pontificia iura atq; decreta publi
is,& prouincię,& vrbis ſtipendijs canonici doctoratus inſi-
nijs cohoneſtatus interprętor,abſoluẽda curaui. Sed eo qui
lem ſtylo in hac noſtra claſſe recepto,qui neq; Gotthicum
uboleat,neq; Ciceroniani quippiã oſtentet. Et eò lubentius
eci,quòd tibi perplaciturũ maximè exiſtimabã, ſi ditiſſimã
eneficiorum illam materiã ſparſim,& tam latè patẽtem,in
num velut manipulũ compẽdioſè,& ſine faſtidio redigerẽ,
erũm ordine illo,quem apud aulam Romanam tot ſęculis
ecipi legimus. Exeat igitur bonis quidem auibus Enchiri-
lion hoc noſtrum, vt plurimos veſtrum ad Beneficiorum
urifodinas & latifundia excitet,ad Chriſtianorum quidem
empublicam potiſſimum augendam auctam, iuuandam,
diutam,illuſtrandam, conſeruandam, & deniq; defenden-
lam. Quod ſi tibi gratum illud extitiſſe ex confabulatio-
ibus & aſſidua illius lectione patefeceris, propelles ani-
num noſtrum ad grauiora, quæ iam paramus, è ſcri-
ijs in lucem euulganda ad tui commodum & altiſſimi
onorem. Vale.

AMPLISSIMAE FRATRVM TRIADI, illuſtribus dominis meis, D D. Petro, Antonio & Michaëli Fabri fratribus diuerſa ſed ſumma honorum functione anteſignanis I. à Nicolao publicus Caturci doctor.

S. D.

OBſeruaturo *Vetus inſtitutum beneficentiſsimi fratres, non ſine plurima nominãdi honoris præſtitione, in hac prima ingenij noſtri fœtura tanquã abbloſi quadam immatura, quo potiſsimũ patrocinio auram experirer popularem, & cenſorios Ariſtarchorũ obelos in medium retunderẽ, minime neceſſum mihi fuit more multorũ diutius anxia reuoluere mẽte. Quippe quòd ad primos recordationis ſtatim occurſus læta fronte vos honorificentiſsimi cõſanguinei ſponte veſtra occurriſtis, tanquã ſydera Cynoſuræ fluctuãtibus in medijs ſperata procellis: vel potius Ideam quandam, quam ad præſcriptũ exemplar velut in ſpeculo ſemper haberẽ. Quamobrẽ dum illam toties parturio (ſic cogũt improbi efflagitatores) & proximis diebus apud Lugdunenſes calet incudes, nihil aptũ magis, magiſq; cõueniẽs viſum eſt, quàm quod in literaria fornace cudebatur, fabrorum ſubijceretur iudicio: non quidẽ triuialium qui paſsim in vrbe fabrilia tractãtes ferrariam exercent. Sed illorum potius, qui orbi vniuerſo ſtupenda ſui miracula præbent, nõ ſolum ob honorũ dignitatumq; muneribus, quibus velut daduchi ad æternum decus noſtriq; ſeculi ornamentũ diuerſa officiorum forenſiũ magiſtratuumq; autoritate incedunt. Ita vt alter præſidem in ſublimi Toloſanorũ ſenatu gerat, alter autẽ in regio cõſilio decurialis ſit antiſtes cõſcriptus, alius vero prouinciæ Occitanæ præfectus iudex, munia fœliciter cũ omni omniũ admiratiõe obeãt, oẽs fori togati. Verùm, quod magis mirũ eſt, omnes amicitiæ gradus adelphico nexu, quo cunctas mortaliũ mentes in fraterna neceſsitudine & quadã Democriti ſecuritate atq; euthymia, cõcordia vnanimi longè ſuperãt: adeo, vt nihil poſteris relinquãt, quod æmulentur, ob inſignẽ illam raramq; animorum vnitatẽ probitatiſq; innatæ paritatẽ mutuã, tanquã ad amuſsim*

finem

finem velut filum vitæ rectũ & quietũ animi ſtatũ nullo metu aut alia quauis perturbatione agitatũ conſtituãt. Niſi interim taceã quanta eruditione quali elegãtia cũcẽs noſtri tẽporis pragmaticos & aulicos Cicerones ponè relinquãt. Et licet adinuicẽ ſeiuncti nõnunquã videãtur, propter regionũ interſtitia & paruſiæ inter capedinẽ, minus tñ munus beneficiorum cõemq; ad inuicem memoriã deſerũt, tanquã abſentia ipſa ſint pñtes magis, vt abſſe nuſquam vnus ab altero videatur. Et ſi quid illis addendũ ſupereſt in tam nobili & clara proauorũ origine, videas veteres ceras in illis non ſolũ æquatas geſtorũ magnitudine, verũ etiam multa renata virtutis exercitio: vt minimè dubitandũ ſit, à Caio illo Fabritio Romanorũ principe, qui fuit magna gloria vir magniſq; rebus geſtis ad admirationẽ vſq; omni ſuo ciue maior, familiæ nomen traxiſſe. Quid enim ille habuit, quod fratribus non tranſmiſerit Fabritianis? ſiue frugalitatis normã ſpectes, ſiue diuitiarũ contemptũ. quod ſatis norunt Samnitũ legati Epirẽſiſq; Pyrrhus, vt nullo auro promiſſis nullis expugnare potuerint inuictũ fortẽq; Romani ciuis animũ. At cum res domi & foris ampla ſupramodũ cõſpiciatur, cernas tñ Fabritianũ nomẽ eminentiſſimum ob eximias virtutũ dotes, quas feci ſemper plurimi, tanta mole excreſcere, vt deprimi vllo vnquã æuo queat. Quæ vitæ ſtratagemata inſtar excẽpli, dum nuper mentẽ noſtrã ſubeunt ſummopere laudãda, ſic nos ad alacritatẽ excitauerũt, vt tædio deuorato repetierim ſtudiorum noſtrorũ tyrocinia eiſq; vtcunq; cõgeſtis Lælij & Scipionis auocamentũ in littore imitatus, pulchriores ſelegi lapillos, vt ſalutaturus Fabritianã maieſtatẽ aſymbolus nõ vſqueadeò cõparerẽ. Quapropter Caturcum publicã canonũ lectionẽ pro ſuggeſtu vt nunc agerem, cœpi mecũ feriatis diebus noctium vigilatarũ habere rõnem, & quod ſupererat, veut è multiplici ſcoria tenue aurũ in laminã redegi, ideſt, beneficiorum aueam cõgeriem ſic ſelegi, ſic digeſſi purgatã, vt in bracteatã cõpulerim methodũ, eamq; in publicũ ſub veſtro nomine apparere curauimus vt pupilla veſtra ſub tãtis tutoribus auxiliares ſentiat ſuppetias aduerſus calumniatorũ improbitates, qui nihil probãt, niſi quod boni improbant. Styli modũ apud noſtrates in hac præſertim arena ex antiquo deductum ſcio nõ recipient, neſcio an bene agãt, maximè cum rudibus & ſuperijs noſter ſudet labor: qui vulgari quidem phraſe diuitias capiunt, quas diſerto illi calamo captare non valent, quin potius indoctis Mecœ-

natibus obſeruiant, & diuites numeros & eorum autribus numerent. Ex hac igitur criticorum colluuie, ô tutelares dij, hanc meam opellā cernite, & quicquid in ea genij adeſt boni, boni cōſulite, vt veſtris auſpicijs ex tentamento progreſſum ad grauiora ſeriò faciamus. Valete incolumes. Caturci calendis Septembris. Anno humanæ reparationis.

1548

AD VASCONIAM AVTORIS PATRIAM.

EPIGRAMMA.

Qua natale ſolum dem, teq; genethlia tellus.
  Laude, Gymonte a clarior vrbe ſcio.
Nam domus ex ortu ſuo tribuit cunabula nobis,
  Et mihi naſcenti prima elementa dedit.
Immemor eſſe ſui poteram, ni ingratus haberi
  Vellem, nam ingrati gratia grata minus.
Vel patriam colimus, vel dulcia linquimus arua,
  Semper ineſt ſtimuli nonnihil inde grauis.
Martia ſeu repetas populos ad bella feroces,
  Protinus in gladios gens animoſa ruit.
Pallada qui non vult, poterit reperire Mineruam,
  Quam videat lingua dexteriore loqui.
Nobilibus ditata viris laudata Lyæo,
  Triptolemum huc miſit ſpargere farra Ceres.
Nunc etiam memoranda magis florente trophæo,
  Quæ reduces muſas ſuſcipit, auget, amat.
Inſtituit nuper rudibus collegia linguis.
  Vt pueri capiant concupiantq; ſenes.
Vincat Cæſar ouans decernat Roma triumphos,
  Barbariæ ſatis huic impoſuiſſe iugum.

AD VRBEM CATVRCENSEM

EPIGRAMMA.

Non te præterijt Nicolaica muſa Caturcum,
Quod mihi tam fœlix perficis officium.
Inter enim claras orbis quas cernimus vrbes,
Iure tuo primi nominis eſſe potes.
Vna tenes,quæcunq; alijs diuiſa feruntur,
Siue ſit ingenij,ſiue ſit obſequij.
Ingenij ſed quippe magis:nam iura leguntur,
Aſſiduè magnis ordine & arte ſcholis.
Legibus ornatum poſthæc diadema coruſcat,
Cum terit eximium laurea trina caput
Laude etiam atq; alia poterit volitare per ora
Multa hominum:Cœli temperiem alma tenet.
Collibus apricis Bacchus fert mitia vina,
Planities Cererem,piſce fruuntur aquæ.
Delitijs animos explens & corpora,mentes
Exornat ſophia.Quis meliora velit?
Atq; academiæ lux ſi quid nocte uagatur.
Submouet,& neruos roborat illa ſuos
Diſcurrat terras,maria & quocunq; videri
Qui cupit,orbe poteſt:hac ſatis vrbe mihi.

Γανδύλφου πρατέου τετράστιχον.

Ὡς νικοῦσεις καλοταῖοις λαῶν πόλλα Δικαία.
Λαμβάνεις ὄνομα συ Νικολάον ὅθεν
Ῥωμαίων ἰλιῶς πατρῶον δὲ λεγόμενος Ἑρμῆς
Γνωστῆς θεσμοῖς φῶς, Νικολάε, φέρειν.

DE AVTORIS DOTI-
bus ingenuis Petri Bordeti ſcri bæ Cadurci Pan-negyris.

Si quis in orbe fuit merito venerandus honore,
Is Nicolaus adeſt,cui ſacra iura fauent.
Lucida quem decorant ſummi decreta tonantis,
Is Nicolaus ineſt,cui fauet omne decus.
Is Nicolaus adeſt probitatis candor auitæ,
Lumine de cuius ſydera noſtra micant.
Dotibus is quantis,ac moribus ille niteſcat,
Alma iuuenta probat,docta ſenecta ſapit.
Paruulus aonias quondam peruenit ad arces,
Pegaſeaq; ſacrum ſuxit in arce melos.
Fouit & hunc tandem legum veneranda facultas,
Hoc opus hinc egit quod ſacra iura probant,
Mantua Vergilio,Naſoneq; Sulmo refulget,
Sicq; ſuum vatem nunc habet ipſe gymons.
Protulit ipſe gymons Nicolaum,qui bene cunctis
Rebus opem confert munere pro merito.

CAP. VI.

ELectio eſt, † alicuius perſonæ idonea ad dignitatem vel fraternam ſocietatem ſeruata forma canonicè facta vocatio. Hæc fuit definitio Hoſtien. in titulo de electione. § primo. in ſua ſumma, quã videtur habuiſſe à. c. cum in cunctis. c. cum eccleſia Vulterana. & c. quia propter. de electione. & c. olim. de arbitris. etſi aliæ multæ dari conſuetæ ſint à ſcribentibus, illam tamen nos ſequimur tanquam magis cõgruam noſtro iudicio. Quę poteſtas eligendi de iure communi ſpectat ad collegium, etiam † ſi ſolùm duo, vel tres fuerint in eo. c. j. de elect. c. cum dilectus. de conſuet. & c. Adrianus. 63. diſtinct. cum † in minori numero etiam collegium dici non poſſit prędictis iuribus. quod ſi clerici in eccleſia non ſint vt collegium: ſed ſolùm, vt ſingulares perſonæ, tunc † ſuperior ſolus prouidebit, vel ad præſentationẽ patroni ſi quis ſit. c. paſtoralis. de iure patrona. † Prętereà & per compromiſſum electio fieri poteſt in prelatum, ſeu in quencunq; alium clericum vel plures. c. cum ad noſtrã. de elect. & c. poſt trãſlationem. de renunc. Nec † requirit tales, in quibus fit cõpromiſſum eſſe de collegio. c. cauſam, quæ. de elect. & talis poteſtas ita † cõpromiſſoribus data re integrà ſolùm reuocari poteſt. c. in cauſis. eo. ti. Et aduerte in hac materia iuris eligendi, licet ſint aliqui, qui aliter de iure eligere poſsint, † tamen quandoq; prohibentur, vt ſunt innodati maiori excommunicatione. c. conſtitutis. de appel. ſecus ſi minori. c. vltimo. de clerico excom. miniſt. † Prætereà nec ſuſpẽ admittuntur. c. cum dilectus. de conſuet. nec interdictus, ſeu is qui ſciens in loco interdicto celebrauit. c. cum inter. de elec. & c. is qui. de ſent. excõ. in ſexto. quod & prędicti de facto elegerint, electio nulla eſt prędictis iuribus. † Idem dicas, de his quibus interdictum eſt abſq; ſuperioris licentia. c. vlt. de elec. † vel etiam ſi indignum ſcienter elegerint. c. cum in cunctis. & c. innotuit. in fi. eo. tit. † Nam tales pro vice illa ipſo iure à poteſtate eligendi priuati ſunt. Ideóq; † dicas ſi in forma poſtu

landi errauerunt.c.ſcriptum.de elect.quod tamen intellige,
16 vt in.c.perpetuò.eo.ti.in.6.† ſimiliter & ſi in forma eligendi
17 c.quia propter.extra eo.† vel etiam ſi intra tempus à iure in-
18 dultum habentibus eligere,† quod eſt trium menſium in ec-
cleſia cathedrali ſiue regulari,intra quos ſi nõ elegerint,iuſtò
impedimento ceſſante,ad proximum ſuperiorem deuoluitur
authoritas.c.ne pro defectu.eo.ti.In alijs vero eccleſijs quàm
cathedralibus,vel regularibus tempus eſt ſex mẽſium,hoc eſt
electiones,quæ fieri debent omnes exceptis prælaturis ſecu-
laribus,vel regularibus ſufficit,& intra ſex menſes fiunt,aliâs
eodem prædicto modo ad proximum ſuperiorem ius deuol
uitur.c.de multa.de præbendis.&.c.nulla eccleſia.de conceſs.
19 præbend.in antiquis.† Præterea nec pupillis eligere conceſ-
ſum eſt,nec etiam in locis regularibus illis,qui tacitè,vel ex-
preſſè profeſsi non ſunt,nec conuerſis.c.ex eo.de elect.in.6.
20 † Poſtremò in cathedralibus eccleſijs,ſeu collegiatis ſeculari-
bus,vel regularibus vocem non habent,qui non ſunt ſaltem
ſubdiaconi,nec in eligendo,nec in alijs actis capituli, etiamſi
ab alijs liberè concedatur.clemẽ.vt hi qui.de de ętate,& qua-
21 litate.† Et ſi nunc quæratur quo in loco electiones ipſæ cele-
brari debeant:dicas in eccleſia,capitulo,vel quouis loco alio
honeſto id fieri poſſe,maximè iuxta conſuetudinem.c.in cau
22 ſis.de elect.† Potiſsimùm epiſcoporum electiones in eccle-
ſijs,& poſt ſepulturã prædeceſſoris fieri debent.c.quod ſicut
23 &.c.bonæ memoriæ.eo.ti.† ſed ſi aliter fieret propterea,non
a corrueret[a] actus,imò talis electio valeret prędictis iurib9.† &
24 omnes electores qui intra ciuitatem ſunt,ad talem electionẽ
vocandi ſunt verbo,vel ſcriptis,vel aſſueto campanæ pulſu,
etiam ſi extra ciuitatem ſint,dummodo non multùm diſtent
ab eã.argu.l.j.ff.de procur.Inſuper & omnes qui in prouin-
cia ſunt,per literas,vel per nuncium etiam vocari debẽt.c.co-
25 ram.eo.ti.niſi conſuetudo contrarium habeat.† Si quis autẽ
eorum,qui eligere habent,contemptus eſt,& hoc eſt modo
quo nunc diximus non eſt vocatus ad electionem,ad petitio
nem ipſius caſſanda eſt electio:poteſt tamen eam ratam ha-
bere,

a ¶ Rationem differentiæ, quare electio vitio pſonæ corruat,vitio autem rei non item perſpice re poteris ex textib9 utrobique adductis, cum ibi notatis. Prateius.

bere,ſi vult.cap.quod ſicut.eodem titu. Præterea & elector voci ſuæ renunciare poteſt,ſi vult: quia iuri ſuo renunciare poteſt. Et quod prędiximus,oẽs qui in pronũcia ſunt eſſe vocandos per literas vel per nuncium:tamen ſi vocati ad cõpetentem terminũ eis,qui vocandi ſunt aſſignatũ nõ veniãt, cęteri ad electionem poterunt procedere:quia tunc nõ poterit dicere ipſum fuiſſe contemptũ.c.cum inter.c.cum nobis. de elect.† Et ſi cõtingat electorẽ iuſto impedimento teneri, ad hoc procuratorem vel procuratores conſtituere poterit, quibus vices ſuas committat, dum tamẽ quilibet eorum in ſolidum, & tunc erit melior conditio occupantis. Quod ſi ambo vel plures concurrant,omnes admitti non debent:ſed ille quem capitulum vel maior pars capituli voluerit. Et ſi non concordent,qui primò nominatus reperietur in commiſſione admittetur. Porrò ſi nullus de collegio vult eſſe procurator, non poteſt abſens nolente capitulo extraneum deputare,nec abſens per literas votum ſuum exprimere poteſt,hæc omnia habes in.c.ſi quis iuſtè. de electio.In 6.Et ſi contingat, talem abſentem accedere ad locum electionis nondum facta electione in omnibus admittendus eſt, quæ circa ipſum facienda ſuperſunt.c ecclefia veſtra de electione extra.† Huius verò electionis fiendæ triplex modus eſt, ſcilicet per ſcrutinium,per compromiſſum,& per communem inſpirationem, quam aliter viam ſpiritusſancti vocamus. De quibus optimè per Innocentium in cap.quia propter. de electione. & quæ nunc diximus de electionibus vera ſunt, tam circa ſummum beneficium hoc eſt epiſcopatum, quàm etiam ſuper omne alia beneficia,ſuper quibus electio cadit, vel duplicia ſint,vel ſimplicia.Et quia ſatis de ſummo beneficio diximus. De duplicibus nunc iuſto ordine hic quidpiam dicemus.

ARGVMENTVM.

to hoc capite cuius generis homines ad eccleſiaſticas dignitates,perſonatúsue eligendi ſint,commonſtratur.

SVMMAE.

Beneficium ſeculare duplex quid.

2 *Congerit eligendi hominis qualitates fuſiùs diſputandas.*
3 *Epiſcopū, aliosq; ſuperiores. Abbates, inferioreſq; reliquos, & Abbatiſſas cuius ætatis eſſe oporteat. & nu. 4. & 6.*
5 *Epiſcopi, & Abbates in quibus differant.*
7 *Electos ad dignitates morum grauitate ornatos eſſe debere. Et quem eorum geſtum eſſe oporteat. nu. 8.*
9 *Electus CHRISTI vita genus imitetur.*
10 *Electiui literas imbibiſſe oportere, & inſcium de gradu deijci poſſe. numero. 11.*
12 *Epiſcopum ignorantem non excuſandum. Et cuius rei eum peritum eſſe oporteat. nu. 13.*
14 *Epiſcopalis mithræ cornua quid ſignificent.*
15 *Sufficientem ſcientiam tollerari.*
16 *Abbatibus quarum rerum ſcientia ſufficiat. & latinæ phraſis neſcium eijci non debere nu. 17.*
18 *Abbates cur paſtores dicti ſint. Paſtoris ethimologia. nu. 20.*
19 *Dyaboli ethimologia, varia nomina, ſingulorumq; ſignificatus.*
21 *Paſtor chriſtianus quo paſtus genere oues paſcere debeat. & nu. 34. & verbum Dei animæ cibus. nu. 22.*
23 *Chriſtiani paſtores ſubditos iuuent: & in quibus iuuare debeāt. nu. 24. Id quod ampliat etiam ad non ſubditos. nu. 25.*
26 *Alimenta ſubtrahens occidit. quod procedit, vt nume. 27. Ampliat. numero. 28.*
29 *Detrahere, verbum quid comprahendat.*
30 *Homicidium variè committi. & nu. 31. 32. 33.*
35 *Paſtorem rapacem lupum dici.*
36 *Prælatus de ſubditorum vitijs eſt redditurus rationem.*
37 *Multos inficit prælati iniquitas.*
38 *In quibus cæteros præcellere debeat prælatus, & nu. 40.*
39 *Epiſcopos quales oporteat eſſe*
41 *Illegitimè natos ad ſacros ordines promoueri non debere: & quomodo accipiendum. & nu. 45.*
42 *Non prohibitum permiſſum videri.*
43 *Epiſcopus an & quando, & quibus caſibus diſpenſet.*
44 *Sentētiam Inn. ei, quæ Panor. fuit praualere, eamq; moribus recæptā*

Spurijs monaſterij ingreſſus prohibituſne ſit.
Electum ſacris initiatum eſſe oportere.
Electores excuſat facti ignorantia.
Eligendus filios habens ſit incapax.
Romanus pontifex cum filio ſacerdotis diſpenſas.
ene meriti qui.
Qui eligere, & quo iure poßint anacephaleoticè concludit.
ſeudo eligentium pœnas, & Deum præ oculis habendum docet.
Concilij tridentini decretum expectari.

CAP. VII.

Dvplex beneficium ſeculare eſt † dignitas[a] ſeu perſonatus in ſeculari eccleſia, ad quę habenda omniq; neceſſaria ſunt in perſona cuiuſlibet ad dignitatem eccleſiaſticam electi, quęcũq; illa dignitas ſit, dũmodo ſit electiua † Aetas, grauitas morum, literarum ſcientia, & quod de legitimo matrimonio natus ſit, & in ſacris ordinibus conſtitutus. & hæc omnia de iure inquiri debent in perſona electi. c. cum nobis olim. c. dudum. c. in cunctis: per totum. de electione. c. prætereà. de ętate, & qualitate. argumẽto etiam textus in. c. præsbyter. 78. diſt. & in. c. quæ ipſis. diſt. 38. Quare autem dignitates, ſeu perſonatus in eccleſia ſeculari beneficia duplicia ſecularia dicantur, per ea quæ de duplici beneficio regulari diximus, facilè dignoſci poteſt: quare hîc non ſubijcio ſed vnde eximus, redeamus. ¶ Prima igitur qualitas, quã diximus requiſitam in electo ad dignitatem, eſt ætatis maturitas: † quæ quidem in electo in Epiſcopum, vel in alium ſuperiorem eſt. xxx. annorum. c. cum in cunctis. in princ. de electione. Solent tñ in hoc regio Franciæ admitti in vigeſimo ſeptimo, vel in concordatis. rub. de regia ad prelatu. nominatione faciente. † In abbatibus verò, & alijs inferioribus tam habentibus dignitatem, quàm curam animarum ſufficit ætas. xxv. annorum incœptorum. d. c. cum in cunctis. §. vltimo. & c. cum ad monaſterium. ver. tales autẽ. de ſtatu mo-

a Dignitatem & perſonatũ, elegantiſsimè definit doctiſsimus præceptor meus Ioan. Coraſ. iure cõſu. in ſua ſacerdo. paraphraſi. parte. 4. c. 3. Pratcius

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nachorum.Quód in priore conuentuali idem dicendū puto. clementina ne in agro.§.cæterum de ſtatu monachorum.ſed hodie etiam in hoc regno ad has dignitates conſequendas ætas.xxiij.annorum ſufficit vt in præd. loco concord. habe-
5 tur. Et † ſic circa ętatem requiſitam abbas & epiſcopus diffe runt. Aliam adhuc differentiā dicas inter abbatem & epiſco pum:quia epiſcopus is eſt,qui conſecratur, & abbas tantùm benedicitur. Quare epiſcopi eſt conſecrare, & abbatis benedicere.nemo enim dat,quod non habet. per regulam nemo plus iuris de reg.iuris.ff.Et de hac conſecratione epiſcopi & abbatis benedictione vide gloſſ. in verbo conſecrationis. & aliam in verbo benedictionis.§.ſeu ſine tamen titulo de ele-
6 ctio. in pragmati ſanctione. † In abbatiſſis autem circa hāc ætatis maturitatem quid iure conſtitutum fuerit, videtur ambiguum:nam Gregorius magnus in regiſtro ſuo (verba cuius habentur in cano.iuuenculas.20.quæſt.1.)ait iuuenculas fieri abbatiſſas vehementiſſimè prohibemus,ſubſequitur in textu.nullam igitur fraternitas tua niſi ſexagenariam virginem cuius vita hac mores hoc pegerint, velari permittat. Quæ verba crederem ipſum Gregorium habuiſſe ab apoſtolo Paulo.j ad Timotheum quinto.c.vbi Paulus vidua eli gatur non minus ſexaginta annorum. Nec horum fuit immemor lucerna eccleſiæ Hieronimus,imò ſimilia verba refert in ſuo.j.lib.aduerſus Iouinianum hęreſiarcham,quę demū fuerunt tranſpoſita in cano. quo modo.31.q.7.aliter:tamen ſuper hac abbatiſſarum ac prioriſſam ætate Bonifaciū octauum diſpoſuiſſe reperimus,in ſuo.cap.Indemnitatibus. in princ.de electione in 6.vbi ætatem abbatiſſę ſeu prioriſſę voluit ſufficere vigintiquinque annos. At, vt prædicta iura concilient,quæ inter ſe vident pugnare, dicas.c.iuuenculas intelligi abbatiſſam ſeu prioriſſam debere eſſe ſexagenariam,nō ætate ſed perfectiōe cōtinētię iuxta cano.Paulus.2. q.7.vel dicam⁹ canonē illū iuuēculas.pati hodie correctionē à prędi.decretali indemnitatibus, qua nouiſſimè prouiſum eſt,idem eſſe ſeruandum in abbatiſſa & prioriſſa quod & in

abbate,

abbate,& priore.& hoc vltimum verum crederem:cum ho die appellatione abbatis, ſeu prioris[a] veniat abbatiſſa, ſeu prioriſſa,& diſpoſitum in vno in alio etiam diſpoſitum cen ſeatur per gl.optimam in verbo abbatis.§.& cum humanæ fragilitatis.in titu.de electio.in prag.ſanc.& ſic certi limites impoſiti ſunt his omnibus,ne dignitate vel officio diſtingui videantur:licet tamen in forma electionis differant. de qua per.d.gl.in verbo abbatis tituli de elect.in pragm.¶ Secundum † quod in electis ad dignitatem cõſiderari debet,eſt mo rum grauitas,de qua.41.diſt.per totum.& apud Gregorium Bonifacium,& Clementem toto illo titulo de vita,& hone ſtate cler.incompoſitionem corporis,vt ait Auguſtinus inæqualitatem mentis indicat verba cuius habentur in.c.ſi.41. diſt.† non oculos ſublimes,vel erectam ceruicem ad dignitatem electus habeat,ſed compoſito incedat greſſu, humilia exercens:quæ omnia priùs Chriſtus paſtor bonus peregit, lauans diſcipulis ſuis perſonis abiectis pedes,etiam prodito ri ſuo Iudæ,demum illis dicens., Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis,ita & vos faciatis. Io.xiij.c. † & ſic per talia exempla bonorum operum paſtor & prelatus ad paſcua,& demum ad ouile eternum gregem ſuum du cet & diriget ¶ Tertium † eſt literarum ſciẽtia. Illiterati enĩ promoueri non debent,præſertim ad beneficia electiua, & curam animarum habentia.d.c.cum in cunctis.maior tamẽ ſcientia in epiſcopis requiritur.† Propter defectũ enim ſciẽtiæ quis ab epiſcopatu(etiam promotus iam)repelli poteſt. c.vlti.de ætate,& qualitate.vbi de quodam Calmenſi epiſco po legitur,qui coram Honorio tertio Romanorum pontifi ce confeſſus eſt,ſe nunquàm audiuiſſe grammaticam,nec do natum legiſſe.Quare mãdat ibi idem Honorius talem à ſuo epiſcopatu remouendum,facit textus ad hoc in.c.congrega to de elect.& in.c.omnes pſallẽtes.38.diſtinct.ignominoſum enim eſt epiſcopo,cũ ipſe alios doceri debeat,ſi ab alijs quærat edoceri,villiſsimusq; computandus eſt,niſi precellat ſciẽtia,& ſanctitate,qui honore eſt preſtantior.c.villiſsimis.j.q.

a ¶ An & qñ maſculinũ cõcipiat fœmininum, uide Philip. deci.l. fœminæ ff.de reg. iur. & an ex pprietate uerbi, uel interpretatione ſit recipiendũ tradit alciat⁹ cõment.de uer.ſig.l.j.ff.eo. Prateius.

j.& in auth.de ſanctiſs.Epiſcopis.§.damus autem licentiam.
12 colla.ix.in epiſcopo enim † ignorantia literarum,nec excuſatione digna eſt,nec venia.c.ſi in laicis.38.diſt.quia ſi in laicis videatur inſcitia intolerabilis,quantò magis in his, qui præſunt.Hæc ſunt Leonis papæ verba.in dicto.c.ſi in laicis.
13 † Epiſcopi enim potiſsimùm vtriuſq; teſtamenti peritiam habere debent,cum omni poſcenti de fide rationẽ reddere habeant.c.qui Epiſcopus.23.di.& illo textu videbis quomodo eligendus in Epiſcopum ſit examinandus,& quem; oporteat eum eſſe,& quanta ſcire.qđ profectò pertimeſcere de-
14 bent,qui ad tale faſtigium aſcendere anhelant.† & quod in veteri nouóq; teſtamento periti eſſe debeant,hoc ſignificāt duo mitræ cornua,quam inter ſacrorum ſolennia geſtāt.ita gloſſ.in verbo ſcientia.§. deinde eligant . de electiõ. in pragma & Hoſt.in.d.c.cum in cunctis. igitur in epiſcopo ſcientia eminens requiritur.d.c.qui Epiſcopus.23.diſt . ſufficiens tamen toleratur.c.niſi cum pridem.§.pro defectu.de renunc. c.cum nobis olim.de elect.&.c.venerabilis.de prębendis.qa ſecundum Paulum apoſtolum ſcientia inflat , charitas verò ædificat.j.Corinth.c.ideò imperfectum ſcientię ſupplere poteſt perfectio charitatis,ita Inno.tertius Epiſcopo Arelatenſi ſcribens in.d.c.niſi cum pridem.facit adhuc textus ad hoc in.l.ſciendum.§.illud.& in.l ſi quid venditor.§.vẽditor.ff.de
15 ædili.edict.† Quare autem ſufficiens ſcientia toleretur , hæ ſunt rationes.Primò:quia aliter pauci ad epiſcopatus promouerentur,cum pauci eminentis ſcientiæ reperiantur.d.c. venerabilis.de pręben.Secundò,quia qui eminentis ſcientię ſunt,nõ ſunt propterea eccleſiæ magis vtiles,imò quandoq; minus:cum nimia ſcientia hominem aliquando ad infamiã conuertat.vnde Actorum.26.c.legimus Portiũ feſtum Paulo loquente magna voce dixiſſe.infamis Paule,multę te literæ ad infamiam conuertunt.Tertiò,qui nimis emungit,elicit ſanguinem prouerb.30.c.quę verba habẽtur in.c.deniq; ſaltem in ſumma cum ibi notatis.4. diſt. ſed prôhdolor minus quàm ſufficientem ſcientiam hodie videmus in Epiſcopis

Charitatis effectus.

ENCHIRIDION BENEFICIORVM IOANNIS NICOLAI.

*

ARGVMENTVM.

Vniuerſi tituli prioris ſcopus eò pertinet, vt beneficiorum ſumma duo genera proponens, eorum origines, cauſas, finitiones, diductiones, differentias, conuenientias, fines, effectus, officia, & acceſſiones oculis ſubijciat.

SVMMAE.

1 *Beneficiorum materiam neceſſariam, & vtilem eſſe.*
2 *Beneficij acceptio multiplex: idque ſtrictè hoc loco accipi. nu. 4.*
3 *Vocum definitiones lucro non eſſe.*
5 *Beneficij definitio communis: & Ioannis à Salua. nu. 6.*
7 *Beneficij Eccleſiaſtici verior definitio.*

CAP. I.

Beneficialis materia (quam nunc in medium adferre decreuimus) propria Canoniſtarũ eſt: nec quiuis alius eam nouit: quæ certè ſummè
1 vtilis† & quotidiana eſt, ac neceſſaria, eamque iure fontem vberrimum dicere poſſumus, à quo mira profluũt cõmoda, ſcaturiunt honores, ac velut ex flumine illo patolo aureorũ ingẽtiſsimum pondus prouenit. Quo fit, vt his inuigilare debeant qui in canoniſtes cooptari ſtudent. Quare cum tanti ſit, ne ſummis (quod aiunt) labris deguſtari videatur: in ea quædam ſumus oſtenſuri. Primo tamẽ loco (cum de benefi-

cijs ipſis ſermo habendus ſit)quid beneficiũ ſit,dicemus edo-
cti ab Vlpiano iurecõſul.in.l.j.ff.ſi cer.pet.&.l.j.ff.de do.mal.
2 ¶ Beneficium verò trifariam conſiderari poteſt.Vel dici-
tur beneficium latiſsimè,vel latè,vel etiam ſtrictè.Sed vt ſco
pum huius noſtri inſtituti breui,quantum poterimus,manu
attingere queamus.nec ſit præſentis ſpeculationis noſſe,
quomodo latiſsimè aut latè ſumatur.Et hîc ſolùm qualiter
Definitiones in iure periculoſæ ſtrictè capiatur deſcribemus. & periculoſa in iure ſit omnis
3 definitio.l.omnis definitio ff.de regu.iur.† parumque tempo
ris ſuper illis expendendum ſit,cum per eas nihil mutetur in
re:nec vnquam quis obolum ex eis lucrari poſsit,referente
ita Ioanne Fabro.in.§. ex ſcripto, inſti.de iure naturali gen.
4 & ciuil.Tamen† ſtrictè ſumendo,pro conceſsione à ſuperio
re facta de re aliqua,vel iure ad eum ſpectante capitur quam
conceſsionem ſic à ſuperiore habitam beneficium dicimus.
Quod & ita aſſumemus ſecundum communem noſtrorum
interpretum ſententiã potiſsimùm Panormi.in rub.de reſcr.
extra:& in.c.ij.eodem tit.& in.c.ad audientiam.de preſcrip.
5 ita definitio.¶ Beneficiũ eſt † beneuola actio gaudium tri-
buens capienti & quia nimis generalis eſt hæc definitio, nun
quàm in ſe comprehendens omne beneficium,quàm ſecula-
re,vt patet ex cap.j.in quibus cauſis feudum amitta.In vſi-
bus feudorum. Et cum de eccleſiaſtico tantùm ſumus di-
cturi,hæc definitio nobis non ſatisfacit.Quare ad aliam tran
ſeo:quæ fuit Ioannis de Salua in ſuo tractatu de beneficio in
fine primæ quæſtio. Omiſsis tandem alijs decem defi
nitionibus,quas ibi ex diuerſis autoribus enumerat, definit
beneficium eccleſiaſticum, in hunc, qui ſequitur, modum.
6 Beneficium eccleſiaſticũ † eſt, beneuola actio proueniens
ex reditibus eccleſiæ Deo dicatis per habentem poteſta-
tem & authoritatem, gaudium tribuens capienti. Quam
definitionem probat per.c.adhæc.de religi.domi.& per.c.in
ter dilectos. de donat.Sed nec iſta nobis placet:cum in ea be-
neficium vult eſſe beneuolam actionem, gaudium tribuens
7 capienti.¶ Nos igitur† veriùs, & propriùs nouam hanc be

neficio

neficio eccleſiaſtico definitionem adferimus. Beneficium itaque eccleſiaſticum, eſt quædã cõceſsio poteſtatis ab habente authoritatem percipiendi prouentus & oblationes in eccleſia, tanquam deo creata ſint pro ſacramentis & alijs, quæ neceſſaria ſunt in ea tractandis & adminiſtrandis. Et hanc definitionem puto veriſsimam ſcrupulóque carentem. Prædictę verò duæ & ſimiles ceſſare debeat, tanquam errorem maximum adferentes: cum volunt beneficium eccleſiaſticum gaudium tribuens capiẽti quin veriùs triſtitiam maximam dare debet vbi maximam onus & penè importabile ferre ea habentes ſe ſenſerint. Quo fit, vt olim inuiti ad ea traherentur: & adhuc hodie id fieri neceſſum eſſe. Sed hæc ore apertiſsimo & manu plena inferiùs tangemus: Ad noſtram autem definitionem redeo. Quamquidem vt eam quiſque veram putet ac Decimarum origine, & qui primùm decreuerint, vt liceret ſacerdotibus fundos & prędia poſsidere nomine eccleſiæ & oblationes in ea recipere oſtendemus.

Beneficium onus adfert

ARGVMENTVM.

CAPVT SECVNDVM IN VNIVERſum eò tendit, vt oſtendat qua cauſa beneficiorum acceſsiones (quales ſunt decimæ, & huius claſsis cætera) percipiantur: quo fundamento nouam beneficij eccleſiaſtici definitionem probare contendit Ioan. Nicolaüs.

SVMMAE.

1 *Moſes rerum diſtributor, idemque decimarum inuentor, & cur inuectæ ſint. nu. 2. & cura rei familiaris quid efficiat. nu. 3.*
2 *Decimæ quibus ex rebus præſtandæ ſint.*
4 *Decimæ qua cauſſa præſtentur.*
5 *Chriſtus quo victus genere Apoſtolos alebat.*
6 *Meum, & tuum in locum communis boni peſtiferè ſucceſsiſſe.*
7 *Apoſtolicam ſedem rerum copia labefectari.*
8 *Pontifices Romanos à pleriſque locupletatos.*

CAP. II.

a ¶ Is fuit filius naue, teſte hieronymo in præfatione Ioſue. Prateius.

SVmmus propheta Moſes (ſi Ioſepho credamus) Hebræis poſſeſsiones
a diſtribuit. Quod idem fecit Ieſus[a] eius ſucceſſor: leuitis verò & ſacerdotibus, qui in expeditione militiæ cæleſtis erant, nulla terræ portio data eſt, præter habitacula in ſingulis tribubus & ſuburbijs cuiuſcunque ciuitatis, tantúmque agelli, quod ſatis ad iumē
1 ta, & pecora alenda ſufficeret. † Qui leuitæ, & ſacerdotes quę Dei eſſent, operam impendebant. His lex dei commiſſa erat, quibus vt aſsiduò abſque vlla ſolicitudine incumbere liceret. At ne ob victus inopiam cultus diuinus ab ipſis vel negligeretur, vel in totum relinqueretur, neceſſum erat, vt eos
2 † populus communis iuuaret: qui ſi (vt probè ait Origenes) quæ neceſſaria ſunt leuitis, & ſacerdotibus non prębuerit, co
3 git illos curis rei familiaris † occupatos ſtudium rerum diuinarſi legiſque exercitium deſerere. Quod ſi fiat, tu periclitaris plebs imperita lúxque ſcientiæ in illis obſcuratur: & oleum lucernę nō ſubminiſtrante. Ne tantum igitur nephas vllo tempore accideret, prudentiſsimus illæ princeps Moſes
4 legē tulit, qua quidē (ſicut à Ioſepho † recepim⁹) primitias, & decimas oīum frugū, omniūq; pecudū leuitis, & ſacedotib⁹
b offerri mādauit. Ita vt oīs qui, agrū.[b] poſsideret, vineā, vel hortū: prętereà & ſi quid eſſet, quod in terris exerceret, & ſi q̃s pecuſia cuiuſcūq; pecoris nutriret, oē qđ primū ex his eſſet deo offeret, & decimas daret, id eſt, ad ſacerdotes, & miniſtros eccleſiæ. Deo eñi offerri dicit lex, qđ ſacerdotib⁹ dam⁹. Et hoc eſt, quod docemur à lege, vt nemo licitè neq; legitimè vtatur fructib⁹, qui a adfert, nec animantib⁹ quibuſcūque niſi ex ſingulis deo primitię & decimæ (id eſt ſacerdotibus) dentur atq; ſic Moſes, imò. Deus ipſe (cuius iuſſu ille cuncta geſſerat) autor fuit, vt primitiæ, & decimæ leuitis ac ſacerdotibus offerrent. Igitur ex his ſatis patet, oportere nos & primitias, & decimas ſoluere, ſi velimus non modò iuſtitiam noſtram abūdare pluſquàm ſcribarum: & phariſeorū, ſed eis officio tantū

b Plerique tamen aurum, argentū, & lapillos offerebāt. teſtis eſt Hieronym⁹ de Leuitarum cenſu loquens. Prateius.

dare

dare,qui de fructibus terræ ſuæ guſtare non audebant,quam priùs primitias ſacerdotibus non obtuliſſent,& leuitis decimas ſeparaſſent,vt toto libro ferè numer. habetur. Verùm adeò ſanctitas ſacerdotum conſenuit, populique pietas refrixit,vt primitiarum nomen vna cum prouentu penè extinctum ſit.Decimæ vero adeò grauatę à multis dant,vt non niſi coacti id faciant:augumentantes magis egere,qui eas dant, quàm qui recipiunt. Quot autem decimarum genera apud Hebræos eſſent,& quomodò leuitę,& ſacerdotes eas inter ſe partirentur,quisve mod⁹ foret primitias offerendi,Hieronimus ſuper Ezechielem.c.5.&.40.facilè declarat:verba cu- *Primitiarũ extinctio.*
5 ius hîc non infero.† Non ab re igitur ſeruator noſter huiuſce decimarum ſanctiones approbauit:quippequi voluit,vt qui Euangelij eſſent denunciatores,ex euangellio etiam viuerent iuxta ſñiam Pauli apoſtoli.j.ad Corint.9.cap. Verba cuius habentur in frequentato illo cap.cum ſecundùm Apoſtolum.de præbendis & digni.Et in.c.ex his.12.quęſtio.fin.Et certè hoc fieri ſanctum eſt:quia qui onus aſſumit,& emolumentum habere debet.cano.charitatem.cano.quicunq;.& cano.eccleſiaſtico:12.q.2.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.&.l. finali.§.ſeruum. in ſecundo.C.de furt.Et econtra. Nec etiã ferendus eſt is,qui lucrũ amplectitur,onus aũt ſubire recuſat.l.vnica.§.pro ſecũdo.C.de ca.tol.vnde ver.triuialis addit.

Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis.

¶ Propterea(vt ad rem redeamus)patres lege ſanxerunt decimas eſſe ſoluendas,ſicut ex compluribus decretalibus pontificum epiſtolis latè patet.& hoc fit,vt miniſtri Chriſti,qui noctes & dies in ſuo famulatu ſunt,iuuentur.Si quidẽ Chriſtus dominus(vita cuius noſtra norma viuendi eſſe debet,iuxta ipſius verba in ſua cœna vltima cũ ſuis diſcipulis diceret quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis: Ioannis.13. capi. & habetur in cano.dominus.56.diſt)dum adhuc inter morta-
6 les eſſet,† non hoſtiatim cibum petebat:imò ſecum deferebat loculos,& diſcipulis ſuis victum aliunde ſubminiſtrabat,

Conſtatq́; eum egenos iuuiſſe multùm.c.habebat.12.1. Præ-
tereà nec ipſi Apoſtoli poſtmodum mendicaſſe dicuntur:
quinimò in actis apoſtolicis legimus, pios chriſtianos certa-
tim poſſeſsiones vendidiſſe,pretia earum adferentes ante pe
des apoſtolorum poſuiſſe,vt ſingulis diſtribuerēt, prout cui
a que opus eſſet.& ſic nemo credentium[a] egens erat,quoniam
omnia habebant crimina Haſce diuitias non vetuit Chri-
ſtus à ſuis miniſtris poſsideri,quæ cunctis gentibus vſui eſſe
poſſent.Quapropter Vrbanus Papa vir ſanctitate vitę & do
ctrina ſingularis(q cępit florere anno.227.ab eo qui fuit hu
manæ ſalutis primus)decreuit,vt ſacerdotibus liceret præ-
dia ac fundos à religioſis cultoribus oblata recipere,nihilq;
cuipiam priuatim eſſe,ſed ad commune bonum omnia per-
ciperētur.Verùm hominum rapacitas & libero fecit,vt ob-
literata fuerint extrema decreti verba ea nempe,ad cōmune
7 bonum.Et † loco illorū duæ alię ſemper religioni Chriſtianę
peſtiferę voces Meum & Tuum inſcriptæ fuerunt.Quæ ita
agunt,vt ſacerdotium nihil aliud quam quæſtum,hæredita-
tem ac dominatum eſſe putent.Et quantò veteres patres ab
ſtinētiam arctiùs cōſtrinxerūt,tantò ipſi intemperantiæ fre
ua inſolentiùs laxent.Quo fit,vt non alius ferè ordo hodie
maiore laboret ambitione,magis teneantur auaritia minus
ſpernat voluptate.Et hæc omnia magnitudo opum ſola in-
8 uexit,quibus per hunc modum ianua patefacta eſt.Sic † co
pia ſola rerum licentioris vitæ cauſa fuit,& euangelicam ſi
mul,atque apoſtolicam diſciplinam labefactare primò cœ
pit.effecitque,vt priuata commoda longè potiora publicis
haberentur,vnde ſimultates,& odia orta:namque ex cōmu
9 ni priuatum facere ſemper diſcordiarū cauſa fuit.† Cępit
deinde romanus pōtifex ditеſcere:quem Luciana virgo ſan
ctiſsima Marcello ſedente moriens prima omnium fecit
hæredem.hæc enim multis egit præcibus cum Cornelio pō
tifice,vtt apoſtoli Pauli corpus extra Capenam portam via
Hoſtien.(vbi capitali fuerat ſupplicio affectus)in ſuum prę
dium tranſferret,& Petrum in Vaticanum.quæ & ipſius
Cornelij,

a Huc pertinent quæ in.§.poſteriore.de hære.& falc.col.j.dicta ſunt. Prateius.

Ambitio ſacerdo.

Cornelij corpus in prædio quoque ſuo ſepeliuit. deinde Cōſtantinus Imperator eundem pontificem (vt fama eſt) locupletauit. Et ſic affatim alij alia dedere loca: vnde tam latè nūc patent opes. Sed hæc meliùs, & latiùs tangemus inferiùs. Satis eſt vt oſtenderimus dictam noſtram beneficij eccleſiaſtici definitionem veram eſſe.

ARGVMENTVM.

TOTIVS CAPITIS PROGRESSVS monaſticæ vitæ originem, diuerſaque cœnobitarum genera, & à quibus inuenta ſint commoſtrat ex varijs locis.

¶ *SVMMAE.*

1 *Beneficij eccleſiaſtici duo ſumma genera eſſe. Et regularis beneficij definitio, & numero. 8.*
2 *Monachorum inſtituta ab Eſſæis profluxiſſe.*
3 *Iudæorum quorundam vitæ genus.*
4 *Flagitio inimica virtus.*
5 *Charitatis argumenta quæ ſint.*
6 *Anthonius cœnobiorum inuentor: & inſtitutor quandiu vixerit quidque eius ſucceſſor fecerit numero. 7.*
8 *Cœnobitarum cœtum in varias abiiſſe familias.*
9 *Monachorum familias ſiue, ſi mauis, colonias in quatuor genera perſtringit.*
10 *Canonicorum nomen eorum vitæ repugnare.*
11 *Vini incommoda.*
12 *Luciferi ſcelus obedientiæ aduerſari.*
13 *Canonicorum & monachorum conuenientiæ, & differentiæ & nu. 14. Et qui dicantur monachi nigri. nu. 15.*
16 *Franciſcanorum ordo quo tempore cœptus ſit. Et quot monachorum claſſes complectatur. numero. 17.*

¶ *CAP. III.*

QVum definitioni (ſi dialecticis credamus) proxima ſit diuiſio, eáque res fiat dilucidior, vt à iureconſulto Vlp. l. j. ff. de except. doli. reſponſum eſt, reliquum eſt, vt beneficium eccleſiaſti

cum in duo ſumma genera diducamus,regular e vnum, alte rum ſeculare:id quod inferius proſequamur.¶ Beneficium
1 verò regulare eſt† in quo iam à fundatione ordinatum eſt, vt per religioſum regatur,vel quod ab eis regi conſueuit qua draginta annorum ſpatio cum titulo vel tanto tempore cu ius initij non ſit memoria.Ita gloſſa in.§.item placuit.In ver bo regularibus.tituli de colla.Pragm.ſanct.de quo vide am plè per dominũ.Gemi.in.c.cum de beneficio.de pręben.in.6.
¶ Sed nunc res expoſtulat,vt de ipſis religioſis& vnde ortum habuerit religio,quidpiam hîc dicamus.vnde fiet,vt hunc va rium viuendi modum quem noſtri religioſi habent, oſtenda mus.Itaque olim inter multos(teſte Hieronimo) quæſitum eſt,à quo potiſsimùm Herem⁹ ſit primitus habitari cœpta. Quidam enim altius hæc repetentes Heliam & Ioannem Ba pt ſtam eius rei autores faciunt.Sed vt is pluſquam pro phe ta ita ille pluſquam monachus cenſeri debet.Alij Antonio aſsignant.alij Paulo Thebæo ob id ipſum primo heremitæ nuncupato,quòd anachoriticæ vitæ primus fundamenta ie ciſſet.Id quod vel Hieronimus comprobat.hunc igitur velu ti exemplar,illum vt exemplum ad imitandum fuiſſe dicũt. Ego verò cum quibuſdam(quando in re ambigua vnicuique liberum eſt coniectare)crediderim inſtitutum monaſticæ vi

Heremi habitatores.

2 tæ ab† Eſſęis ſiue eſſenis(ita appellat Plinius)quorum ſecta apud Iudæis admodum celebris habita eſt)ad poſteros ma naſſe.Quoniam illi fere per omnia eam ducebant vitam, quam inter nos monachi ex præſcripto legis agere ſolent.Et vt cuique legenti id perſpicuè pateat:non otioſum erit,hîc verba ſubijcere,quæ Euſæbius li.8.ex philone de pręparatio ne euangelica refert ita dicens Paleſtina maxima gens iudę-

Eſſei.

3 orum habitant,quoniam† dei cultores præcipuè ſunt,non animalia ſacrificantes,ſed mẽtes ſuas virtute munitas offerẽ das deo putãtes nemo inter eos puer,nemo adoleſcẽs ꝓpter inſtabilitatem,ſed viri omnes,aut ſenes ſunt.In ciuitatibus non habitant , exiſtimantes vt contagionem aëris corpori b⁹,ſic couerſationem vulgi animo nocere.horum alij agros

Viuẽdi modus uarius.

colunt

colunt,alij pacificas artes ad vtilitatem ſuam & proximiorum exercent,nec aurum nec argentum exponunt,nec ingẽtes agros laudant:ſed tantùm colũt,quantum neceſsitati poſſit ſufficere.Hi enim ex omnibus penè hominibus ſoli pecuniam & fundos negligentes virtutè ditiſsimi putantur, facilitate viuendi & paucorum indigentium rectà magnas eſſe diuitias iudicantes.Nemo eorum tæla,enſes,galeas,ſcuta,cætereque belli inſtrumenta factitãt,ſed nec eas artes exercent quibus facilè omnes in improbitatem labuntur:nulla mercatura,nullus cauponatus,nulla eis cognoſcitur nauigatio,omnes rapinæ occaſiones depellunt.Nemo ſeruus eſt apud eos: ſed cum vniuerſi liberi ſint,alij alijs ſeruiunt. Oẽs enĩ(aiũt) quaſi mater eadem natura genuit:quare licet nõ vocemur ſumus tamen re ipſa fratres.Dedicata enim ſeptima dies deputatur,in qua cæteris omnibus neglectis,ad ſacra loca concurrentes(quæ ſynagogas appellant)ordine ſub ſenioribus iuniores conſidere ſolent:leguntur que ſcripturæ diligenter, & apertiſsimè exprimitur.Diſcunt igitur piè,ſanctè iuſtèque viuere,triplici regula vtente amore dei ardẽtiſsimo, virtutis cultu diligentiſsimo,charitate proximi feruentiſsima. Et quòd ſummè deum diligant,multa ſunt nobis argumento.Caſtitas perpetua,inter quos qui dicuntur Eſſæi compe- riuntur,plures numero,vt ego opinor quàm quatuor milia. Eſſæi dicti, quaſi ſancti græcè,iuſiurandi nulla memoria, mendacij odium,& præcipuè quod bonorum omnium nul- *Synagoge*

4 lius mali cauſam eſſe Deũ opinãtur.† Quòd virtuti ſtudeãt, planum eſt:quia pecuniam negligunt,ſpernunt gloriam,vo-

5 luptatem oderunt.† Charitatis autem argumenta beneuolentia,mutua ſocietas,æqualitas.Nullus enim domum habitat,quæ omnium criminis nõ ſit,vnum ærarium,unus ſum-

a ptus omnibus eſt.Præterea veſtes[a] cinubijs propoſitæ,cõis cibus,potus,& cõis menſa,omnis denique vita communis eſt.Hactenus euſebius Ab eſſenorum igitur religione profectum merito credere æquum eſt apud nos monaſticæ vitę inſtitutum:quo ſimiliter Paulus Thebęus vt Antonius ambo

a Quo ueſtiũ gñe uti debeant ſacerdotes,docet.d. hieronyadfabio. & à roma. pontifice. reſcriptum eſt.c.clerici.de ui.& ho.cler.& aliquot alijs reſcriptis. Præteius.

ægiptij homines primitus olim imbuti,ac illud poſta inſigni ter emulati imprimis eſſe videntur ſed Antonio initium rei iure optimo acceptum referri decet:qui & ſi primus nõ fuit,
6 primo † tamen iure omnium ſtudia ad eam vitam degendam incitauit,monachorũmque dogma inſtituit,ſicuti mox Baſili⁹ in greca fecit,adauxit & id temporis primi inſtitutũ Hylarion in Syria,nondum eum cœnobia erant in paleſtina, nec quiſquam monachos ante diuum Hylarionem in ſyria nouerat ille fundator, & conditor huius inſtituti ac ſtudij in ea prouincia fuit.Habebat dominus Ieſus in AEgipto ſenem Antonium habebat in paleſtina Hylarionem iuniorem.hæc Hieronimus.ad Antonium redeo:qui in ſolitudine thebaica regione ęgipti vixit,condiditque ibi cœnobium,cuius ſanctitas ita celebris erat,vt Helena Conſtantini imperatoris mater ſe & filium per literas ibi commendarit.obijt mortem in heremo annos centum &.v.natus, qui fuit annus ſalutis humanæ tricenteſimus ſexageſimus primus.Diſcipuli ei⁹ Amitas, & Macharius(nam alium quem habebat diſcipulum,Sarmatæ quia arent impetu in Antonij cœnobium facto interfecerant)monaſticum ordinem poſtea tam vitę ſanctimonia quam inſtitutio mirũimmodum propagarunt.

Hylarion.

a Huc uidetur pertinere quod dicit AEgi. Bllemeræ in c. illud. de præſcri. in antiqnis initio, & in primitius Eccleſia unum fuiſſe Epiſcopatũ. Prateius.

7 ¶ Poſt annũ † quo antonius,cuius.ſ.meminimus,erat mortuus circiter centeſimum ſeptuageſimum ſextum claruit Benedictus Nurcinus in Vmbria Italię regione natus.Hic cum à multitudine ob ſanctitatis famam adiretur,& ei ſecundum religionem nihil ſolitudine gratius eſſet,eius cęlebritatis frequẽtię vitandę cauſa,Caſsinũ in regione latina peruetuſtum oppidum venit ibique ſibi ſedem poſuit,ſparſoſque & ſoli
a uagos ad id tempus monachos in vnum^a cõtraxit cœnobiũ, mores & vitam tribus munitam votis quæ prius non fuerãt quam Baſilius(de quo aliquid diximus)cum certa viuẽdi formula conſueuiſſet in virtute, Et vt appareret eum cœtum, fuiſſe ex ſummo mortalium vſu res mirumimmodũ poſita
8 paulatim creuit,† cępitq; in plures abire familias, vt ſunt Cluniac.chamald.Grãdi.nõ.vallis vmbroſę montoliuetenſes

Ciſtercienſes

Ciſtercienſes,Sylueſtrenſes,qui humiliatorum cognomen ſe-
rũt,cæleſtinos,diuæ iuſtinæ & diui Hieronimi heremitanos
Poſtremò per Martinum quintum in familiam diui Benedi-
cti adcitas.¶ Sed in ſumma quantùm ad regiones attinet,
9 quatuor ſunt regulæ tantum ab eccleſia approbatæ,ſub qua-
rum aliqua militant omnes religioſi eccleſię catholicę.¶ Pri-
ma vt ex prædictis apparet,Baſilij ſint.Secunda Auguſtini,
ſub qua militant omnes canonici,quos vulgus regulares vo-
cat,duplexque opinio de initio ipſorum emanauit:quarum
alteram enim pro nunc referemus.canonici enim pertinaci-
ter affirmant auguſtinum vt primum Hyponenſis eſt epi-
ſcopus factus,redigiſſe ſuos ſtatim canonicos ad eam viuen-
di regulam,quam inter ſe adhuc ſeruant.quinetiam iactitant
illud apoſtolorum fuiſſe inſtitutum,id quod diuus Thomas
aquinas in ſuo opere ſecunda ſecundæ comprobat . Illi
enim vt ait , poſt aſcenſionem Domini in monte Syon
de genere vitæ deliberantes,communia inter ſe omnia,ac
tria vota coram deo ſtatuere.itaque ſi Thomæ teſtimonium
recipiamus,non tam ab Auguſtino eſt ordo inſtitutus,quàm
1 e reuocatus:Cui tamen,ob illud ipſum, non immeritò debet
a principium rei acceptum referri.Sic† ordo iſtorum in du-
bium trahitur.quorum certè nomen hodie iure mutari po-
teſt,quod non regulares ſed potius ſine quauis regula dican-
tur.Vbi eſt eum habitus antiquus?vbi obſeruantia trium vo-
torum paupertatis,caſtitatis & obedientię?Primò pauperta-
tis niſi in cumu pecuniarum,ornatę veſtimentorum ſplen-
dulo religionem omnino abhorrente in delicati cibi,& po-
tus abundantia.Quo fit,vt facilè ſecundum tranſgredian-
tur votum luxurioſa enim res eſt vinum.cano. luxurioſa.35.
ii diſtinctione.Quare† fit,vt venter mero ęſtuans facile ſpu-
met in libidinem Et de his vide totam illam.35.diſtinc:&.44.
ea enim re vera complures videmus habere ſcorta publicæ,
nec hoc verentur:imò quod dolentes referimus,filios & filias
inde procreant,de his quę gloriantur.Tales iam præuiderat
pſaltes regius pſalmo ſuo.51.dicens, quid gloriaris in mali-

Monachorum familiæ.

a Cum nomina rebus cognata eſſe debeant, cicerone teſte & facit text. §.eſt & de dona inſtitu. deficiente re, pereat quoque nomen l.decernim⁹ C.de epiſc. & cle.Pet and.cãmar bono. tractatu diale. lega. libro. j.de loco à notatione uerbi, alluſionem noſtri interpretes uocãt, loquẽ Prate ius.

tia,qui potens es in iniquitate.Cum ſcriptura diuina nec in
in quo glo riandum bonis actibus dicat etiam gloriandum,ſed præcipiat, vt qui
gloriaꝭ, in dño glorieꝭ.vt habetur.2.ad Corinthios decimo.
Vix enim fieri poteſt,tales vnquam ſaluari poſſe,cum filios
quos generauerunt,videntes in ipſis delectentur,& ſic de pec
cato non doleant,in quo illos generauerunt.Timendum eſt
tales à deo veniam non mereri.ve ergo talibus qui ſic gehen
nam perpetuam ſibi parant,Et de caſtitate quam tales conſi
miles habere debent.vnde per Archipreſ.Florentinum par
te.4.titulo.4.toto ca.vj.quantum verò obediant,quiſque vi
det,& ita obedientes ſunt,ac ſi nullum habeant ſuperiorem
12 fructusque ipſius ignorantes.† Obedientia enim multùm re-
ſiſtit primo peccato luciferi,multóſque alios fructus habet,
de quibus & de hac tota materia obedientiæ vide per eun-
dem Florentinum in ſua ſumma parte.4.titul.5.& toto.c.xj.
non putet tamen quiſpiam me de bonis dixiſſe.Noui ego
quoſdam talis habitus,quantuncunque ætate iuuenes , bo-
nos,probos ac timoratæ conſciẽtię.Expedit enim malos eſ
ſe,vt boni meliores appareant.neceſſe eſt enim vt veniãt ſcã
dala Matthæi.xviij.Et hæc de canonicis regularibus inci-
denter dixerimus,qui ſub nomine monachi propriè nõ con
tinentur.Quod primò oſtẽdit rub.illa de ſtatu monachorum
& canonicorum regularium in volumine Gregorij & clemẽ
13 tis. Etſi † in multis æquiparentur vt in cano.præſens clericus
xx.quæſt.iij.& in cap.ſuper ſpecula.ne clerici vel monachi ex
14 tra . Tamen † in multis differunt .de quibus per gloſſam.
in.c.quod dei timorem.de ſtatu monachorum. in antiquis.
& per Hoſtien,eodem titulo.§.in quo conueniant.in ſua ſum
ma.Præterea vt ad rem redeamus ſub Auguſtino adhuc fra-
tres prædicatores militant,heremitani heremitæ, ordo ſan-
ctę Brigidę,ordo diui Hieronimi inſtitut⁹ ſub Eugenio.4.in
de Scopelini ſub Gregorio.xij.& quã plures alij.¶ Tertia re
Benedicti ni gula fuit Benedicti,ſub qua multi ordines etiam militant,vel
15 monachi nigri de quibus in clemen.ne in agro.de ſtatu mo
nachorum:qui cũ relaxati eſſent,reformati fuerũt in ſpecia

li congrega

li congregatione,quæ ſanctę Iuſtinę dicitur,habẽtes ſpeciales cōſtitutiones,& exemptiones per Eugenium.4.confirmatas. Ciſterciẽſes etiam à ſede apoſtolica multis ornati priuilegijs, quos diuus Bernardus mirũ in modum dilatauit.Adde Cluniacẽſes & cęleſtinos,ita dicti à Petro de murrone,qui poſteà Papa effectus & cæleſtinus dictus renuncians papatui.Ordo montis oliuarum,ordo montis phani ſeu ſylueſtrini,plerique alij:qui omnes ſub regula Benedicti militãtes,vel in cōſtitutionibus differũt,vel in habitu omneſque exempti ſunt

Ciſterſienſis ordo.

16 niſi ſylueſtrini. ¶ Quarta eſt diui† Frãciſci[a] regula,ſub qua

a li minores militant.Iſte enim ſuũ incœpit ordinẽ noſtræ redemptionis anno milleſimo ducẽteſimodecimo ſub Innocentio tertio,ſed demum ſolẽni approbatione ab honorio poſt

17 ordinis prædicatorum confirmationem cui ſuæ regulæ ipſe Franciſcus duos alios ordnes addidit.vnum quod monialiũ voluit eſſe Clar a virgine in eo principatum tenẽte,& alium quem tertium ordinem vocamus.Cartuſienſes (tamen qui hac laude digni ſunt,quod nunquã defecerint ſub aliqua prędictarum regularum non militant:ſed quædam priuata ſtatuta a ſede apoſtolica confirmata habent pro regula, magnáque in veneratione,tãquam meriti,ab eccleſia & veris catholicis haberetur.Et hæc de ipſis monachis dixerim⁹& viris religioſis,vt verè ſciamus quid beneficiũ regulare ſit. Quo cognito nunc facilè dignoſcemus quid ſit beneficium[b] ſeculare: quia vno de contrarijs cognito,facilè & aliud cognoſcitur. ·§·j.de tutelis.in inſtit.ciuilibus.&·§·primo de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.eodem libro.&.l.j.ff.eodem.cum cōtrariorũ eadem ſit diſciplina prædictis iuribus.ſed vt hæc omnia cuicunque aperta ſint:dicemus beneficium ſeculare eſſe,in† quo

a ¶ Franciſcani quib⁹ morib⁹ aut inſtitutis regantur,edocetur.cl.exiui de paradiſo.deuer. ſigni.Præteius.

Concluſio.

18 ordinatum eſt a fundatione,quod per ſecularem regatur vel quod per talem regi conſueuit quadraginta

b ta annorum ſpatio cum titulo,vel ſine[b] titulo tempore cuius initij non ſit memoria.verùm hæc meliùs infe rius diſcutiemus.

b ¶ Tẽporis uetuſtatem titulo æquiparari & reſpõſum, & reſcriptũ eſt. l.j.§.fi.de aqua pluu. arc.en.ff.c.j.de præſ.c in.6. Præteius.

❦

¶ SVMMAE

1 *Regularis beneficij ſubdiuiſio.*
2 *Abbatiæ, prioratus, & ſimilia beneficia regularia qua ratione dupli cia dicta ſint.*
3 *Indoctus prælatus belluæ cecæ non diſsimilis.*
4 *Regulare beneficium ſimplex quid ſit.*

¶ CAP. IIII.

COnſequens eſt, vt regulare bene ficium ſubdiuidamꝰ: regulare † igitur beneficium quoddam ſim
1 plex eſt, & quoddã duplex, abbatiæ, prioratus ſeu quoduis aliud ſimile beneficium eccleſiaſti cum dici poteſt, hac ratione: quia abbas vel prior ſeu ſimilis
2 monachatum etiam habere debet. † non enim quis Abbas eſſe meruit, quin prius nouerit eſſe monachum. c. cum ad no ſtram. de electione. nec quia magiſter mereatur eſſe, quin prius fuerit diſcipulus. c. officij. eodem titulo cum miſerum ſit, il los fieri magiſtros, qui formam diſcipulorum non nouerunt. cano. miſerum. lxj. diſtinctione prima. c. cum in magiſtrum. de electio. impudens enim eſt, qui ſtatim dux eſſe deſyderat, cum anteà tyro non fuerit, & prius docere velit, quam diſce re. cano. & officia. 59. diſtinctione. Quãdo enim ille prelatus ef ficitur, qui vix diſcipulus eſſe poterat, cæcum animal deo of
3 fertur can. ſacerdotes. xlix. diſtinct. meliùs † enim eſſet, pau cos idoneos habere, quàm tot illiteratos. c. cum ſit ars artium. de etate & qualitate. quia vt ibi dicitur, & ſic ecus cæcum du cat, ambo facile in foueam cadent. quæ verba de ſumpta ſũt à Mattheo. c. xv. & habentur etiam Luce. vj. Quapropter ho die turba magiſtrorum inutilium, magiſtros contemptibi les facit ita textus iũcta ſua glo. in authentica de referẽdarijs ſacri palatij verſu multitudo. colla. ij. hodie etiam propter numeroſitatem videmus ſacerdotum dignitatem vileſcere.

Magiſtri qui.

multitudo contempta.

quia o

quia omne quod rarum eſt,chariùs amplectiť.cano.legimus
xciij.diſt.Et quia clerici olim facilè non promouebantur,in
ſummo honore habebantur.Ad quod promotores lynceis
oculis deberent aduertere,ne tanta ſcandala in eccleſia gene-
rarentur.¶ Simplex verò regulare beneficium,eſt monacha
tus,ſeu regularis canonia.quod probat textus.in.c.finali.§.
præcipimus.de ſtatu monachorum.Et melior textus adhuc
4 in.c.finali.de relig.domibus.† Quare autem hæc beneficia
regularia ſimplicia dicantur,per ea quæ ſuperiùs de duplici-
bꝰ beneficijs regularibus diximus,ſatis patet,nec hîc repeto,
hoc nõ prætermiſſo,contrariorum eandem eſſe diſciplinam
textibus adductis.

SVMMAE.

1 *Seculare beneficium quotuplex ſit.Et quod dicatur beneficium ſummum.numero.2.*

3 *Appellatione Epiſcopi omnem eccleſiaſticam dignitatem comprahendi.*

4 *Romanus pontifex cur in diplomatis ſuis Epiſcopum ſe nominet.*

CAP. V.

REſtat, vt ad ſecundam prioris noſtræ par
titionis partem redeamus quam ſe
culari beneficio aſsignabamus quod rurſus di
1 uidamus.Seculariũ igitur beneficiorũ † aliud
ſummum eſt , aliud duplex , & aliud ſium-
2 plex.Summum † beneficium ſeculare eſt,epiſcopatus , cano.
omnes pſallentes.xxxviij.diſtinct.vbi epiſcopatum dicit ſum
mum ſacerdotiũ eſſe.& cano.quorum vices:lxj.diſtin. vbi
epiſcopos tenere loca Apoſtolorũ in eccleſia dicit patres no
3 ſtros eſſe.Nomine † cuius Epiſcopatꝰ veniũt Papatꝰ,Patriar
chatus,& Archiepiſcopatus,Et hoc per interpretationẽ no
minis.Epiſcopus enim grecè ſuperintendens latinè dicitur,
quaſi ſuperintendebat curam ſubditorum gerens. Vel etiam
epiſcopus interpretari poteſt ſpeculator, cano.cleros.xxj.di.

pis toleratam.& hæc quantùm ad Epiſcopos attinet dixeri
16 mus.† Sed in abbatibus vt in.d.c.cum in cunctis ſufficit,niſi habeant curam animarum,vt legere & cantare ſciant.Huius ſentētię fuit etiam Archidiaconus in cano. legi.16.q.1. quare
17 inferri poteſt,† ſi abbas latinum ſermonem proferre neſciat, & aliter monaſterio in quo præeſt vtilis ſit & bonus, ſufficit,nec ab eo expelli debet:quia tunc poterit addiſcere,quod ſi nolit,coadiutor ei dari poteſt,arg.cano.quia frater. quęſt. j.iſti autem coadiutores quam adminiſtrationem habeant, & quæ qualitates in ipſis requirantur, vide per de Salua in ſuo tractatu de beneficio parte.2.quæſt.4. nume.3. &. 4. [a] Sæpe enim experientia ſupplet literaturam, ita Speculator in titulo,de iudice dele.§.vltimo.& verſi. item quod eſt illiteratus in ſuo ſpeculo. Quod autem diximus in abbate ſcientiam non requiri Panor.in.d.c. cum in cunctis. contrarium tenuit,hac ratione.Quia abbas curam fori pœnitentialis reſpectu ſuorum monachorum habet,quam Panor.ſententiā veram puto.Nam ſi cæcus cæco ducatum præſtet,vt prædiximus,ambo facilè illabuntur in foueam.Nonne abbatis eſt
18 ſuis monachis viam ſalutis oſtēdere?† Ea eſt enim ratio quare & paſtores dicantur,quod circa gregem commiſſum continuò vigilare habeant.clementina paſtoralis de re iud.cremen.dudum in princip.de ſepulturis.ne lupus rapax,hoc eſt
19 diabolus eum inuadat.c.ne pro defectu.de electio.† Diabolus enim græcè calūniator dicitur.Vel aliter ſecundū quoſdā diabolus dici poteſt criminator,à dia quod eſt duo, & bolus quod eſt morcellus, quaſi de anima & corpore hominis duos tantum bolos facere quærat,ita gloſſ.in verbo diabolus. c.j. de ſumma trini.& fide catho.quod idem eſt quod Dæmon, qui noſtra lingua ſciens interpretatur,vel deorſum ruens vel fluens.Et iſti dæmones ſunt mali angeli, qui altiſſimo ſimiles eſſe volentes,de cælo deiecti ſunt,nec redemptionem,vt homo meruerunt:quia homo peccauit ſuggeſtiōe ipſius mali angeli:angelus verò malus ſeu cacodæmon per ſe ſine alterius ſuggeſtione,& ſic ex propria malitia, quare magis fuit

[a] *Vide textū rotund. & apertiſ. l. certi. C. de iudicijs.*

puniendus,cano.tantę.iuxta finem.86.diſtinc. Sed ne terminos noſtros tranſgredi videamur ad abbates reuertor, qui
20 † paſtores dicuntur à paſco quia paſcere debent oues ſuas & prælati alij omnes, iuxta verbum Domini ad Petrũ Ioanis vltimo.c.paſce oues meas: quæ verba tranſcripta ſunt in ca. ſolitę de maioritate & obedientia:& in epiſtola inter claras.
21 C.de ſumma trini.& fide catho. † Potiſſimũ verbo doctrinę & vitæ exemplo. Quia inter cætera, quæ ad ſalutem populi
22 chriſtiani ſpectant, † pabulum verbi dei per maxime Dei noſcitur eſſe neceſſarium:ſicut corpus materiali cibo nutritur,ſic anima ſpirituali,eò quòd non in ſolo pane viuat homo,ſed in omni verbo,quod procedit de ore Dei: hæc ſunt verba Innocentij tertij in concilio generali,quę habentur in cap.inter cætera,de officio ordinarij. Faciunt ad hoc optime Hieronimi verba inquientis. Talis eccleſiæ index datur, ſub quo famen,& ſitim populus patiatur,non famen panis, neque ſitim aquæ,ſed famen audiendi verbum dei. Iſta habes in cano.audacter.8.q.1.facit tex.in cano. præcipuè.11.q.3.
23 † Item paſtores ipſi ſubditos ſuos ſubſidio temporali paſcere debent,ſi egeant. Vnde in Leonis pontificis concilio ordinatum fuit,vt quiſq; Epiſcoporum optimè proſpiciat vniuerſas oues ſibi commiſſas,in neceſſitatibus à ſe ali atq; iuuari,non illicitis opprimi exactionibus:quia dominus eos paſcere,& docere docuit,& omnibus miniſtrare, non terrenis lucris,& auaritijs delectari. Ita in cano. nulli epiſcoporum.
24 16.q.j. † Præterea nonne in concilio Aurelianenſi fuit conſtitutum,prælatos pauperibus vel infirmis qui ob debilitatem corprois proprijs manibus laborare nõ valent, victũ & veſtitum quantum poterint elargiri:vt habetur in cano.epiſcopus a.82.diſtinct. Quare ſuper hoc audi,quid diuus Ambro-
25 ſius doctor eccleſiæ in libr.ſuo de Officijs dixerit, † nedum aduerſum tales,ſed etiam quoſcunq;.Paſce fame morientē: quiſquis enim hominem paſcendo ſeruare poterit, ſi non pa-
26 ueris,fame occidiſti.cano.paſce fame.6.diſtincti. † Occidit[a] igitur quis alium per ſubſtractionem panis corporalis,vt ibi & in

Chriſtiani uictus.

a Hæc pertinet equiſſimũ iureconſulti reſponſum l. necare. ff. de lib. agn. Rõ eſt,quãdoquidē ex alimētis uita humana pendet.l fi. C. de alim. pupil. preſtend. inter pretes l. cũ h. ff. de trãſact & l. de alimētis. C. e. Prateius.

& in cano. immolās.14.q.5.& per ſubſtractionem etiam pa-
27 nis ſpiritualis,cano.Epheſis.43.diſtinct.† Præterea & detra-
hendo quis dicitur occidere,cano. homicidiorum.de pœni-
28 tentia diſtinct.1.† Detractores igitur nominis alterius homi
cidæ dicuntur:quia quantum in eis eſt,animā proximi Chri
29 ſti vita priuant,dum negant virtutes,quibus ipſa viuit.† De
trahere enim,eſt bona quę alicui à deo collata ſunt negare,
vel inuertere.vt ſi quis dicat ſapientem non habere ſapien-
tiam,vel caſtum caſtitatem,vel ea quæ bono zelo ab aliquo
fiunt,ea inuertendo dicat malo zelo vel malo ſpiritu fieri,ſi-
cut iudęi dum dicebant Chriſtum in Beelzebub eijcere dæ-
monia,vt habetur in euāgelio Matthæi.12.c. Marci.3. & Lu-
cæ.11.& tranſpoſitum in ſumma.21.diſtinct. Quantum enim
offendatur deus in detractione nominis proximi, vide quid
legatur Mathæi.5.c.qui dixerit frati i ſuo,fatue:reus erit ge-
hennę ignis,quę verba deſcripta ſunt etiam in cano.& euan-
gelica.55.diſtinct. Quid ergo fiet & alia multo grauiora cri-
10 mina imponas? Multis † quoq; alijs modis adhuc quis alium
occidere dicitur,& homicida ſit: vt committēs iniquitatem
oppreſſionem,vel iniuſtitiam in proximum cano. omnes.de
pœnitentia diſtinct.j. Quare iudices & potentes alij aduer-
tant.Item abſcindēs ſeipſum,hoc eſt virilia amputans, homi
cida eſt,& dei conditioni inimicus.cano.ſi quis abſciderit.55.
31 diſtinct. † Quandoq; propter negligentiam quis homicida
fit,vt in cano.vlti.87.diſtinct.vel etiam mala ſuadendo pro-
32 ximo,cano.noli putare de pœnitentia diſtinct.j. † vel ſi quis
conſilium prębeat occidendi,vel fraude ipſorum homicidū
fit,cano.periculoſę.ead.diſtinctio. *Sed* vt ab his breuiter me
expediam multis alijs modis homicidum committi dicitur,
de quibus tota illa.j.diſtinct.& de pœnitentia, & per gloſſ.
in dicto cano.paſce fame.86.diſtinctio.Porro vt ad locum
34 reuertar, † cibo ſpirituali, & corporali prælati ſuos
ſubditos paſcere debent, eaque ratione paſtores dicun-
tur, ſed mali prælati à paſcor paſsiue paſtores dicun-
tur,quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.Et ta-

35 les† lupi verè dici poſſunt,cum luporum more ſubditos ſuos
dilanient,vt in c decreto.in fine.ij.q.vj.& ſicut lupus fru-
ſtratim agnum comedit,ſic & mali paſtores ſucceſsiuè con-
ſumunt bona eccleſiæ.c.eccleſias . xiij.q.j quibus propheta
Hieremias.23.c.loquitur dicens, ve paſtoribus qui diſper-
36 gunt gregem,& dilacerant.† Prælatus igitur cum paſtor di
catur,ſi ſua negligentia ſubditi peccauerint,de peccatis ipſo
rum tenetur rationem reddere.hæc fuit deciſio concilij To
letani in.c quicquid.j.q.j.De manu enim prælatorum pecca
ta ſubditorum requiruntur à domino.c.epiſcopo.ix.q.iij.Si
mile habes in.c.irrefragabili.in princ.de offi.ordinarij . vbi
habes ſanguinem ſubditorum requiri de manibus prælato-
rum.& vt dicit gl.ibi.Nonne hoc verbũ durum eſt pro prę-
latis negligentibus ſubditos ſuos corrigere?Ne igitur ſubdi
torum ſanguis de manibus prelatorum requiratur,dicāt cũ
Paulo apoſtolo Actorum.20.c.mundus ſum à ſanguine om
nium,quæ verba referuntur à Gregorio in.c.Epheſis.43.di.
37 ſicut enim grex ex vnica oue morbida polluitur,† ſic ex ini-
quo prælato plures inficiuntur,ita Hyeronm.ſuper Hyere-
miam,verba cuius tranſcripta ſunt in.c.ſed illud.45.diſt. &
& ſicut dignitate cæteros pręcellit,ſic religione debet alijs
præeminere.c.ex multa.in prin.de voto & voti redēp.vn-
de Symachus Papa laurentio Mediolanēſi epiſcopo ſcripſit
38 viliſsimum computandum eſſe,niſi † pręcellat ſciētia,& ſan
ctitate,qui eſt honore præſtantior , ita in.c.viliſsimus.j.q.j.
Prætereà Hieronimus ſuper epiſtola ad Titum.c.j.ait.qua-
lis enim erit ædificatio diſcipuli,ſi intelligat magiſtro ſe eſ-
ſe maiorem?hæc verba habentur etiam in.c.qualis erit.viij.
q.j.vnum incidenter hîc dico,ea ratione quidā diſcipuli de-
cepti in hoc nimis ad cathedram feſtinant , & dum in loco
glorię delectantur,fiunt alijs authores ruinę.c.quoniam. 48.
diſt.quia magiſter cathedram facit, & non cathedra magi-
39 ſtrum.c.vlti.40.diſt.† qui enim magiſtri fieri volunt,mori-
bus,ſcientia,& facundia debent alios pręcedere.l.magiſtros.
de profeſſori.& medi.li.x.C.talesq́; eſſe debent,quorum cō-
para-

paratione ſui diſcipuli grex & pater dicantur.c.vnum,hora-
40 rium.n.25.di.vnde(vt ad materiam reuertamur) † non ſolum
Epiſcopi,& præsbyteri,& diaconi magnoperè prouidere
debent,vt cunctum populum cui præſunt conuerſatione,
ſermone,& ſcientia excedãt,verum etiam,& gradu inferio-
res,omneſq; qui domui Dei famulantur:vehementer enim
eccleſiam Dei deſtruit,laycos meliores eſſe quàm clericos.c.
qualis.viij.q.j.Ego non de omnibus loquor:ſunt certè deuo
ti quidam,& alij negligentes ad eorum officium implendũ,
neminem nomino.Conſcientia ſua vnunquenq; conueniat,
vt verbis diui Ambroſij vtar in increpatione ad populum.
Quantùm autem ad ea quæ nunc diximus attinet, vide glo.
in verbo gregis proximè ſequenti·§·nã eccleſiarum.in procœ-
mio pragmaticæ,& qualiter de bonis eccleſiæ malè admini-
ſtratis quis teneatur,vide per gl.in verbo depereunt prędi.§.
nam eccleſiarum.& ferè per totas illas gl.pœmij.& hoc di-
xerimus quantùm ad tertium in eo,qui ad dignitatem eligi-
tur requiſitum eſt.¶ Quartum,quod requiritur eſt,ne talis
defectum natalium patiatur:vnde Gregorius nonus in.c.fi.
41 de filijs præsbyterorum definiuit,† filios ſacerdotũ, & alios
nõ legitimè natos ad dignitates,perſonatus,& alia beneficia
curam animarum habentia non poſſe promoueri ſine diſpẽ
ſatione ſedis apoſtolicæ.Ergo in alijs quæ non ſunt curata,
vel dignitates,vel perſonatus videtur velle ex diſpenſatione
inferioris promoueri poſſe:quia qui de vno dicit,&c.c.nõ-
ne bene dicimus,de præſumpt.& quod de vno prohibetur,
de alio cenſetur permiſſum eſſe.c.qualis.25.di.&.c.tum apo-
42 ſtolica.de his quę fiunt à prælato.† præterea non reperitur
eis prohibitum,ergo permiſſum cẽſetur.c.ad quęſtiones.de
re.permu.c.cum apud.de ſponſa.c.qui ſpecialem.xxx.q.j.&
l.mutus.§.j.ff.de procu.cum ſimil.ſuper hoc variæ videntur
eſſe opiniones.nam Panor.in.d.c.fi.de filijs presby.dicit ho-
43 die† determinatum eſſe,quod in minoribus ordinibus cum
illegitimis diſpenſet epiſcopus,nõ autem in maioribus.Cir
ca beneficia autem dicit in curatis non diſpenſare,in non cu

ratis verò ſuper quibus alias diſpenſare non poſſe, non diſpẽſare, etiam ex quo aliud indiſpẽſabile ſubeſt. quòd ſi aliud non ſubſit, in ſimplici beneficio diſpenſare poteſt, nõ tamen in dignitate, vel curato beneficio hæc igitur opinio Panor. in.d.c.ſi.cui aduerſari videtur innocentibus in.d.loco dicẽs, expreſſum non inueniri, licere Epiſcopo, vt diſpenſet in maioribus, vel in minoribus, & quantum ad beneficia quæ digniaates, perſonatus, vel curata non ſunt, quod Epiſcopus diſpenſare poſsit, per illum text.c.ſi.vt dicebamus, intelligendum eſt licere epiſcopis in alijs beneficijs, quàm dignitatibus, perſonatibus, vel curatis diſpenſare, hoc eſt beneficia ſine cura conferre poſſe illis, cum quibus quod ad ordines ſolummodo promoueri poſsint, diſpenſatum eſt: ſed eccleſias quę curam habent animarum, vel dignitates, ſeu perſonatus talibus conferre non licet, niſi expreſſè in diſpenſatione contineatur, quòd eis curam animarum dignitatem, ſeu perſo-
44 natum habere liceat. † Huius opinionis fuit Inno. in.d.c.ſi. quę nobis videtur veriſsima. & eam de cõſuetudine dicit eſ-
45 ſe ſeruatam † Concludendũ igitur ex prędictis eſt, & ad hoc ſcopus pręſentis articuli tendit, tam eis, qui ad quencũq; honorem, & curam animarum, ſeu ad ſacros ordines promouẽtur, quàm his qui ad quancunq; dignitatem eccleſiaſticã eliguntur, requiri ne defectum natalium patiantur, niſi ad hoc à ſummo pon. diſpenſati ſint: quod ſi ad talia promoti fuerint expelli debent.d.c.ſi.de fil.presby.c.ex parte.&c. dilectus, eo.ti.ſed dicerem ego poſthabitam à ſummo pon. diſpenſationem ſuper illegitimatione, talem vlterius non dicí pati defectũ natalium ruga illa illegitimitatis per illam diſpenſationẽ auferri dicatur, quare ſuperfluè videtur dici, niſi habita à ſummo pon. diſpenſatione cũ eo ita diſpenſato vlterius talis pati defectum natalium dici nõ poſsit, vt prædixi: ſuper his tamen quencunq; cogit autem relinquo. ſed an
46 tales † qui illegitimi ſunt abſq; diſpenſatione intrare religionem poſsint, & demum iure cõi abſq; diſpenſatione etiam ad ordines, & dignitates, ſeu alia beneficia promoueri videtur

retur

retur quod ſic:quia ingreſſus religionis omnem tollit irregularitatem,auth.de monachis.in prin.col.j.in contrarium tamen videtur eſſe textus in.c.ex literarum. de apoſtatis.& in.c.in quibuſdam.de pœnis.quare dicerem,poſtquàm quis religionem intrauerit,poſſe promoueri ad ordines, & ſimplicia beneficia nulla habita diſpenſatione,cum ad hoc iam capaces ſint per legitimationem,quam debent habere ante ingreſſum religionis.Ad honores verò quoſcunq; etiam religionis,vel ad alia curata beneficia promoueri non debent, niſi diſpenſatione ſum.pont.precedente arg.c.j:de filijs preſbyterorum.hoc videtur voluiſſe etiam gl.in.d.c.fi. eiuſdem
47 tituli.¶ Quintum requiſitum eſt,vt † talis qui eligendus eſt ſit in ſacris ordinibus iam conſtitutus.d.c.dudum.de electione.&.c.præterea.de ætate,& qualitate.aliter electio talis nulla eſſet,carerentq; eligentes pro vice illa poteſtate eligendi
48 dictis iuribus.& † hoc verum,quando ex certa ſcientia talis eligeretur:quod ſi eligentes probarent ignorãtiam,licet electio adhuc nulla eſſet,tamen qui eligere habent,eo caſu poteſtate eligendi non priuarentur:ita gl.prædicta.&.c.dudũ. & putes hanc eſſe rationem,quare poteſtate eligendi nõ priuentur,cum ignorantiam probant:quia tunc dolus,& fraus & quicquid eis imputari poteſt,ceſſant: quia ſi per regulam iuris Dolus,& fraus nemini debẽt patrocinari,ergo ſi ea ceſſent,nemini debent imputari. De hac tamen promotione ad ordines,vt hunc articulum claudam,vide plenè per gl.in verb.ordinibus.§.deinde eligant.in titulo de electionibus.in prag.& de requiſitis in promouẽte ad ſacros ordines per gl. in verbo obſequium.verſi.nam non ſolum.propè finem totius titu.quomodo diui.offic.ſit celebran.eodem libro.Ego tamen vltra ea,quæ prædixi,requiſita eſſe in eligendo ad dignitatẽ quancunq;,dicerẽ aliud adhuc tali fore neſſariũ,qd
49 ſi non habeat,eũ reddere incapacẽ † & eſt vt filijs,& nepo.careat:quia ſi tales haberet,indignus omninò cenſeret.c.de Syracuſano.25.diſtinc.& cano.Catanenſis.61.ratio enim eſt,ne bona eccleſiarum per tales,qui filios vel nepotes habent,diſ-

Dolum neminem iuuare

ſipentur. Et hunc rigorem ſequutus fuit Benedictus duode-
cimos papa, qui agnoſcere vix volebat ſuos conſanguineos,
dicens papam conſanguineos non habere, & ita alijs præla-
tis eccleſiæ viam oſtendebat. Sed prohdolor, quidam noſtri
temporis prçlati ſuos conſanguineos nimis cognoſcunt, ver
ba diui Hieronymi poſthabentes, dicentis multa facere nos
cogit affectus, & dum propinquitatem reſpicimus corporũ,
corporis & animç offendimus creatorem. Vnde diuus Ber-
nardus dicit, tali nepotulo quis duo milia animarum com-
mittit, cui non crederet duo pyra. Epiſcopi tantum cçci ſunt
erga nepotes, vt videmus, & habetur in cano. peruenit. 1. q. 3.
Non ab re igitur ſi de iure nepotes aut filios habentes ad prç
laturam promoueri non poſſint, licet aliter quotidie videa-
50 mus: quia ſuper talibus ſolet paſſim † Ro. Pon. diſpenſare, &
credo cum cauſa hoc facere ſemper: vel quia longua conti-
nentia talium probatur. Vt eſt caſus in cano. priuſquam. 28.
diſtin. vel quando tales filij aut nepotes bonç indolis eſſent,
vel quando pater ſeu patrinus ita tenerè eos non diligeret, vt
propterea non prçſumeretur rationem ipſorum bona eccle
ſię dilapidare: his caſibus & ſimilibus dicerem ſummũ Pon.
diſpenſare. Ita etiam Hoſti. in cap. j. extra de teſtamen. facit
tex. in. c. ſane de conuerſ. coniugat. vel etiam abſq; aliqua di-
ſpenſatione, quando tales conſanguinei benemeriti & ido-
nei eſſent. Quod tunc verum intellige, vt notat Henricus
Boyc. in ca. graue. de prçb. & ſcribentes communiter in cap.
51 tuam. de çtate & quali. Qui † autem benemeriti dicantur, vi-
52 de per glo. in cano. ſi quos de ſeruis. 1. q. 2. ¶ † Tales igitur vt
diximus, oportet prçlatos eſſe. Quare hi ad quos ius eligen-
di pertinet vel iure communi vt eſt capitulum, collegium,
vel conuentus, vel conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, aut qui
in poſſeſſione eligendi ſunt. Verbum enim pertinere latiſſi-
mum eſt. l. verbum illud pertinere. ff. de verbo. ſign. omnem
curam adhibeāt, vt dignam coram deo & hominibus faciāt
electionem, diligenteſq; ſint ac ſoliciti, vt tales eligant, qui
53 tanto prælaturç officio valeant ſatiſfacere. † Scientes quod

Nepotes nõ pro mouendi

ſi vel

ſi vel doloſe,vel negligenter,& timore dei poſtpoſito, quem prę oculis ſemper habere debemus, capi. vt clericorum.de vita & hon.cleri.c.cum ex eo de pœniten.& remiſſi.cap.1.de re iud,in.6.&.l.rem non nouam.C.de iudi.in re tanti momẽ ti ſe iniecerint,ſicut autores malorum ſunt, ita & participes fient pœnarum,quas mali,& iniqui paſtores patientur in illo diſtricto & tremendo dei iudicio.Horrenda profectò , ac timenda eſt hæc ſententia ad quam electores , & beneficiorum collatores vigilanter attendant:qui ſi ſcienter , doloſe, vel negligenter indignum recœperint,de mala talium admi niſtratione tenebuntur,pœnarumque(vt diximus) quas tales patientur,fient participes.Quare Leo papa in cano.miramur.61.diſt.dicit graui ſemetipſum damnatione afficere,qui ad ſummę dignitatis collegium ſublimat indignum. Et hæc in materia electionum incidẽter dixerimus, quæ & ſi in hoc Franciæ regno pro tempore locum non habeant , fieri tamẽ poteſt aliquando ſereniſſimo noſtro rege & pontifici ſummo autoribus eas ad primam ætatem iterum reuerti. *Sentẽtia timenda.*

54 mo autoribus eas ad primam ætatem iterum reuerti.† Prę terea & expectamus ſacrum concilium , quod nunc celebratur Tridenti,nutu ferè omnium principum chriſticolarum congregatum,quid ſuper ipſis beneficijs decidet . Et quantũ potuimus,vidimus iam vſque ad hos dies , quid determinauerit,potuimus colligere: noſtro iudicio ſub ipſis beneficijs parum , aut nihil de nono ſtatuit , ſed tantùm confirmauit præcedentia eccleſię concilia,quæ tam ſanctè celebrata fuerant.Salua tamen in omnibus ſædis apoſt.autoritate , hoc eſt,quod ſuper omnibus,vt fiebat,diſpenſari poſſit, Quę ſufficiant dicta quãtum ad beneficia duplicia attinet.Super electionibus verò nihil ordinauit hactenus. *Confirmãs non ſtatuit.*

ARGVMENTVM.

Totus hui'capitis ꝓgreſſus in vniuerſum eò tendit vt oſtẽdat canoniã & prębẽdam mutuò coaleſcere vtriuſq; finitiones,effectus,& acceſſiones ſubijciens.

SVMMAE.

1 *Seculare beneficium ſimplex quid.*
2 *Beneficium curatum habenti qualitates.§ cap.proxi.deſcriptas ineſſe oportere.*
3 *Prabenda quid:eamque à canonia naſci.vnamque ſinealtera eſſe non poſſe.numero.4.& .12.*
5 *Iuri canonicatus tria competere.*
6 *Prabendam non niſi reſidens habeat.*
7 *Prabenda communiore ſignificatu quid contineat.*
8 *Aſſiſij canonicorum.*
9 *Canonia origo,& definitio,& quo modo quaratur:& in quo cõſiſtat numero.10.*
11 *Canonicatum,& prabendam mutua eſſe*
13 *Theologalis prabenda qua.*

CAP. VIII.

1 Vſto Nunc ordine de beneficijs ſimplicibus ſecularibus dicendũ eſt. † Simplex igitur beneficium ſeculare eſt,quod vnicum ius nec aliud connexum habet: vt eſt canonia,vel præbenba,ſeu quodcunq; aliud curatum beneficium vel non curatum.Et ad omnia hæc bene-
2 ficia habenda,† potiſſimùm quæ curam animarum habent, predictę qualitates de iure inquirendæ ſunt, quas in prelato diximus fore neceſſarias dicto cap. cum in cunctis.§.inferiora.de elect. & cap.propterea de ætate & qual. & quia diximus nunc canoniam,prębendam,& curatum beneficium ſimplicia beneficia ſecularia dici,de iſtis omnib⁹.ſigillatim, & quid
3 dignitas ſit hic dicemus.¶ † Præbenda ergo eſt, ius percipiẽdi prouentus in eccleſia competens percipienti tãquam vni ex collegio . Quæ prębenda ex canonia naſcitur,vt filiam ex matre naſci videmus, vt ſimili de obligatione & actione dicimus,quòd actio ex obligatione naſcatur, ſicut filia ex matre.l.licèt.§.ea obligario.ff.de procu.ſic de interdicto & actione dicendum,cum ex interdicto actio,quam in factum vocamus,naſcatur.§.fina.de interd.in inſt.& Bar.in rub.ff.eod,

Ex

4 † Ex quo enim quis canoniam habet, præbẽdam etiam de-
bet habere.c.relatum.c.dilectus.de præben.c.cum ſuper.de
conceſſ.præben.&.c.cum Martinus ferrarienſis.in vlt.ver-
5 bis de conſtitu.† Ad ius enim canonicatus tria dicuntur cõ
petere. Primò prębenda(vt nunc diximus).Secundò ſtallus
in choro.Tertiò locus in capitulo.d.c.relatum.&.c.dilect⁹.
6 de præben.† quam prębendam non percipit canonicus, niſi
perſonaliter reſideat deſeruiendo.quod certè ſummè iuſtũ
eſt:nemo enim manducare debet, niſi laboret,iuxta Pauli
apoſtoli verbum.j.Corinth.ix.c.vbi qui altario deſeruiunt,
cum altario participent.Quæ verba habentur etiam in.c.ex
his.xij.q.j.&.c.cum ſecundum Apoſtolum.de præbend.Er-
go à ſenſu contrario:qui non deſeruiunt,participare nõ de-
bent.& hoc argumentum in iure validum eſt.c.qualis.xxv.
diſt.&.c.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à præ.ſine conſen-
7 ſu capituli.cum pleriſq; alijs,† vel etiam præbenda largè di
ci poteſt,reditus deſeruientibus clericis in eccleſijs cathedr. *Prebendati.*
vel colleg.in officijs deputatus,& aſsignatus,licet tales cle-
rici canonici non ſint,ſed tantùm celebrent,vel etiam diui-
nis officijs interſint,ſiue talis reditus ſit ex decimis, ſiue ex
poſſeſsionibus,vel ex quibuſcunq; alijs modis: & qui tales
fructus percipiunt,communiter prębendati dicuntur, licet
8 † ius eos aſsiſios vocet.vt in.c.pe.de clericis non reſid.quaſi
habeant in omnibus horis aſsiſtere, ſeu aſsidere,& eccleſiæ
deſeruire,nec ad cõmunes tractatus vocantur cum canoni
cis,vel etiam dicuntur aſsiſij,quaſi aſsidui.in omnibus ferè
eccleſijs cathedralibus & collegijs,tales ſunt qui & manſio-
narij dicuntur.Panor.tamen in.d.c.pe.vocat eos aſſaſinos,
tanquam occidentes animas canonicorum eis ducentes mu
lierculas.& iſti de per ſe non poſſunt facere capitulum,ſeu
collegium,de quo vide textum optimum.in.c.cum dilecta.
9 de exceſsibus pręla. † Canonia verò eſt,ius quoddam qđ
ex electione,ſeu collatione,vel inſtitutione,& receptiõe ali-
cuius in canonicum,& fratrẽ oritur,ſiue acquiritur.& nũc
apertè ex vtraq; prædictarum definitionũ canonię,& præ-

10 ben.inter eas hanc differentiam colligemus:quia † præben-
da ſpecialiter,& propriè in fructuum perceptione conſiſtit:
11 canonia verò conſiſtit in iure. † quando tamen præbendæ,
& canonicatus annexi eſſent ſi quis eo caſu præbendam con
ferat,cenſetur & canonicatum contuliſſe arg.c.ſuper eo.de
præben.in.vj.& legis illud.ff.de acquir.hered.quia tunc tale
ius vnicum,& indiuiduum appellatur.c.dilectus.de præbē.
12 de quo vide Panor.in.c.tuæ.eo.titu.† & ita tunc tale ius in-
diuiduum dicitur quod adeptio ſolius præbendæ ſine cano
nicatu non valeret.arg.l.ſi ita.§.regula.& ibi per Imol.ff.de
lib.& poſth.nec vnum hîc omitto,quod in hac materia ſci-
re congruum putaui qualiter canonici cathedr.eccleſię ma-
iori honore fungũtur quàm canonici aliarũ eccleſiarum,ita
Inn.in.c.fraternitatem.de ſepul.& domini de Rota deciſio.
452.in nouis.vbi dicunt magnum honorem eſſe quem cano
nicum cathed.eccleſię quę quidem in forma communi non
cadit.c.extirpandæ.§.qui verò.de pręben.in antiq.&.c.quã-
uis.eo.tit.in.vj.vnde per regulas cãcellarię minor quatuor-
decim in eccleſia cathedrali pręb endatus eſſe nõ poteſt,vel
ſi infamis ſit,licet canonicus inferioris eccleſiæ eſſe poſsit:fa
13 cit tex.in auth.de monachis.in prin.coll.j.† Quid autem de
præbenda theologali dicendum ſit, & de eius materia vide
per gl.in verb.reſidentię,& in verb.voluerit.§.ordinat hæc
ſancta ſynodus. in titu.de colla.in pragma.

Honorum prelatio.

ARGVMENTVM.

Scopus capitis huius eò pertinet, vt doceat dignitatis varios ſignificatus,neminemq́; munera duo obire poſſe:qđ ſingulari iure temperat.

SVMMAE.

1 *Dignitatis acceſſiones varias,& nu.3.4.5.& 7.*

2 *Primi Romanorum reges qui.*

6 *Dignitas hoc loco in quam acceptionem ferenda. & hoc ſignificatu quos complectatur.*

8 *Membrorum diuerſi actus.*

9 *Vnum,& eundem duo officia ſimul habere non poſſe:quod extendit. nu.10.*

*nu.10.&.13.idq́; ratione.& arg.à contrarijs comprobat.nu.11.12.
14.&.15.*
16 *Limitationes regul.vnum duo officia.& nu.17.18.19.20.21.22 &.23.
Quæ tamen ad vnum ſpecialitatis caſum reduci poſſunt.*
24 *Ex cauſa à iure communi plerunq; recedi poſſe:& qua via nu.25.*
26 *Dignitatis,& perſonatus definitiones.*

CAP. XI.

1 SEd nunc de dignitatibus videamus. quare ſciendum eſt † varijs
modis dignitatem in iure capi poſſe:aliquan
do pro poteſtate ſumitur, vt in.l.vnica.in
princ.ff.de officio quęſt.vbi Vlpianus dum
antiquitatem creandorum quęſtorum refert,dicit Gratia
a num Iunium.li.vij.de poteſtatibus,[a] etiam Romulum ipſum
2 & Numam Pompilium,† qui primi reges Romanorũ fue-
re binos quæſtores habuiſſe.ille gratiani liber de poteſtati-
3 bus,erat de dignitatibus romanorum.† quandoq; pro ordi
ne ſumitur dignitas,vt in.c.deniq;.4.diſt.vbi Gregorius Ro
manorum pontifex cuidam Anglorum epiſcopo ſcribit in
hæc verba.Deniq; ſacerdotes,& diaconi ,& reliqui omnes,
quos dignitas eccleſiaſtici gradus exornat,à quinquageſima
4 propoſitum ieiunandi ſuſcipiant † aliquando pro conditio-
ne,vt in.l.ſed & ſi quid.§.j.ff.de vſufruc.& queadmodũ quis
vtatur vbi ſunt hęc Vlpia.verba,ſufficienter autem alere,&
veſtire debet,ſecundum ordinem,& dignitatem mancipio-
rum.i.meliorem ſtatum & opinionẽ,vt exponit gl.ibi non
autem pro publico honore ponit ibi dignitas: quia ſeruus
5 eo vti non poteſt,vt in.l.generali.de tabularijs.li.10.C.† in-
terdum pro pręrogatiua ſumit ſeculari,vt in.c.adminiſtra-
6 tores.xxiij.q.v.& in.c.j.43.di.† hîc verò dignitatẽ ſumimus
pro quadam præeminentia in gradu,& pręrogatiua in eccle
ſia,vt eſt Decanatus,& Archidiaconatus.c.quãuis.de verb.
7 ſig.aut perſonatus,& cuſtodia.c.fi.de inſtit.† Aliquando p
officio eccleſiaſtico,vt in.c.cum acceſsiſſent.de conſtit.c.cũ
8 olim.de conſuet.&.c.niſi eſſent viri prouidi. de prębẽ. † &

a Res fuſiùs à iure conſulto.l.ij.de orig.iur.& ibidem à Budæo, atque à Ti.Liuio lib.j.ab urbe cõdita. tractatur. Prateius.

ſunt hæc diuerſa membra eccleſiæ diuerſos actus habentia,
ſicut & corpus videmus diuerſis membris vti:nec omnia ad
eundem actum pertinent,vt dicit text.in.c.ſingulis.89. diſt.
Ex quibus can.verbis colligi poteſt,vni perſonæ non debe-
9 re comitti duo officia eccleſiaſtica.† Præterea[a]& aliud infe
a ro in eadem eccleſia,ſeu diuerſis duo officia ſimul quem ha-
bere non poſſe.c.quia in tantum.&.c.de multa.de præben.c.
10 quia nonnulli.de cleri.non reſiden.&.c.j.xxj.q.j.† quod ex-
tendas etiam ad parochiales eccleſias,vt quis vno tempore
plures habere non poſsit,prędictis iuribus potiſsimum in
11 illo.c.de multa.† & ad prædicta hæc poteſt addi ratio : quia
ea vocatione qua quis vocatus eſt &c.Ex ipſa enim voce di-
uina Mathæi.vj.c.& Lu.xvj.c.audiuimus,neminem duobus
dominis ſeruire poſſe:quia aut vnum odio habebit, & alte-
rum diliget:aut vnum ſuſtinebit,& alterum contemnet. &
ſi obijcias de duabus eccleſijs deſeruit duobusdñis non deſer
uire,vel etiam cum duobus officijs,cũ omnes eccleſię,& oĩa
12 officia vnius dñi ſint:fatemur equidem:† ſed cũ quęlibet ec
cleſia ſuum paſtorem requirat,vel quodlibet officium ſuum
ſpecialẽ hominem.d.c.ſingulis.eo caſu talem qui duabus ec
cleſijs,vel duobus officijs præeſſe vult,dico duobus dñis de-
ſeruire,cum duobus diuerſis hoc eſt incompatibilibus de iu
13 re deſeruire velit.† quod verum puto eſſe,nedum in ſimpli
ci clerico,vt duo beneficia ſimul habere non poſsit, imò &
in præsbytero.c.per laicos.in fine.xvj.quæſt..vlti.&.c. eam
te.de ætate,& qualitate. per verba quæ ibi ſunt generalia
facit textus in.c.conquęrente.de cleri.non reſiden.c.referen
14 te.de præben.& dicto.c.ſingula.† prædictorum hę rationes
ſunt.primò:quia vnum officium vix vnus implere ſufficiens
15 eſt,nec oportet ſibi vindicet ſtipẽdia plurimorũ.† Præterea
vt dixim⁹,nemo duob⁹ &c.inſuper vni perſonę quantũlibet
exercitatę duarum rerum officia vno tẽpore non ſunt com
mittenda:cũ difficilè ſit,vt vnus vicẽ duorum obtineat.d.c.
ſingula.&.l.ſi plures.ff.de pact.l.nemo.C.de aſſeſſo.l.conſul
ta.C.de teſta.vbi imperator abſurdũ eſſe dicit,ſi promiſcuis
actibus

a Tolle ſimile pulchrum de l.ſi C.de aſſeſſ.& domeſt.facit. l.ſcrinijs. de palat. ſacr.larg. lib.xij.C. P.Pratei⁹.

actibus rerum turbētur officia.adde tex.in.c.ad hęc.de teſta.
hæc eſt igitur regula, vnam perſonam vicem plurium non *Concluſio.*
16 ſupplere.† Quam tamen primo reſtringo in cauſa neceſſita
tis, vt in caſu cano.ad limina.30.quæſt.1. vbi in caſu neceſ
17 ſitatis idem eſſe poteſt pater carnalis & ſpiritualis.† Ita etiã
& prælatus in diuerſis eccleſijs quis in caſu neceſſitatis eſſe
18 poteſt,cano.vnio.10.quæſt.3.† Vel etiam vt idem eligens ſit,
19 & confirmans.c.cum inter.de elect.† Vel vt quis ſibiipſi poſ
ſeſſionem tradat,vt in.l.fiſtulas.§.fundũ.ff.de contrah. emp.
20 † Vel etiam cauſa vtilitatis.vt cum duæ eccleſiæ vni cõmit-
21 tuntur:vt in can.& temporis qualitas.16.quæſt.1.† Vel quod
vnam in titulum habeat,& aliam in commendam.vt in can.
22 finali.21.quæſt.1.† Vel etiam vt idem ſeruus vicem plurium
dominorũ ſuſtineat.vt in.l. j.§. communis.ff.de ſtipu.ſeruo.
23 † Vel vt apud ſemel ipſum aliquis emancipetur vel adopte-
tur vt à Paulo iurecõ.habemus.in.l.ſi conſul.ff.de adop. Sed
hæc omnia & ſimilia iuris ſpecialis ſunt. Quæ aũt in præd.
24 regula diximus,ſunt iuris generalis.† Sępiſſime enim ex cau
ſa à iure cõmuni receditur,vt in prædictis caſibus & in can.
hinc eſt etiã.16.quęſt.1.& in multis alijs ſimilibus quos,vt bre
25 uitati ſtudeam,prętereo.† Et cum ita à iure cõmuni recedi-
tur,hoc per principis diſpenſationẽ fit, ad quam cõcedendã
ex cauſa,vt diximus,moueri debet.Sed quantum ad hãc plu
ralitatem beneficiorũ attinet,& ſummi Pont. diſpenſationẽ
de ipſis remitto me pleniùs dicendũ ſub ſuis titulis infra, &
ad rem venio.Licet prędixerimus perſonatus & officia eccle
ſiaſtica ſub nomine dignitatis cõtineri, hoc verũ ſi largè di
gnitatẽ ſumamus. Propriè tamen hoc verũ non eſt:cũ inter
26 ſe dignitas,perſonatus & officiũ differant.† Dignitas enim
propriè dicit̃ præeminẽtia ſeu adminiſtratio rerũ eccleſiaſti
carũ cum iuriſditione,vt eſt archidiaconatus,decanatus,cã
toria.præpoſitura,& ſimilia Ia.Panor.ſ.c.de multa. de pręb.
Et ſufficit in modicis cauſis eſſe iuriſditionẽ,ad hoc vt cẽſen *Dignitates eccleſiaſticæ.*
da ſit dignitas:vt eſt in eccl'ia Pictauiẽſi,in qua archipreſby
teri p̃tãtem excõicandi ſuſpẽdẽdi & abſoluendi habent. Et

Toloſæ eccleſiæ metrapolitanæ præpoſit'intra chorũ omni
27 modam autoritatem habet:& ſic in ſimilibus. † Perſonatus
autẽ eſt prçeminẽtia quędã ſiue prçrogatiua abſq; iuriſditio
ne.cap.j.de conſuetu.in.6.Et quis perſonatum habere digno
ſcitur,dũ maiorẽ prçeminentiã quã cçteri canonici, habet,
etiã ſi receptiõe ſint.antiqores,tã in choro,capl'o q̃ ꝓceſſiõi
bus.Non tamen tales tantã habent,quantam hi qui habent
dignitatem.cap.dudum,in.2.de electi.Officiumverò vt ca-
noniſtæ capiunt,eſt rerum eccleſiaſticarum adminiſtratio
præeminẽtia & honor, vt ſunt ſacriſta,& hoſtiarius & ſimi
les.an autem officium à beneficio differat.& de his vide ple
nius de ſalua in ſuo tractatu de beneficio parte queſtio.2.
28 in fine.& de ad inſtitutum noſtrum reuertor.† Vltra cano-
niam & prebendam,de quibus,beneficium curatum benefi-
cium ſimplex etiam dicitur, hac ratione : quia niſi vnicum
ius habet,hoc eſt non præſupponit aliud officium vel be-
neficium,ſicut de beneficijs duplicibus regularibus, & ſecu-
29 laribus dicebamus.† Vbi duplicia regularia vt ſunt Abba-
tiæ,prioratus & ſimiles dignitates regulares præſupponunt
30 monachatum. † Et duplicia ſingularia,vt archidiaconatus,
decanatus,& ſimilia.canoniam annexam volunt,cum nullus
in eccleſia cathedrali ſeu collegiata dignitatem habere va-
leat,niſi & eiuſdem canonicus ſit,aut numerarius,aut ſaltim
ſupernumerarius,vt dicemus pleniùs,cum in materia man-
31 datorum apoſtolicorum erimus.† Quodammodo tamen cu
ratum beneficium duplex dici poſſet:quia licet aliud ius an-
nexum non habeat,vt duplex dicatur, tamen curam anima-
rum iunctã habet.quod paruum non eſt,cum ſit ars artium
regimem animarum,vt ab Innocen.tertio habemus.in cap.
32 penul.de æta.& quali.Et optimè dicit certè : † quia animæ
cunctis alijs rebus & corporibus pretioſiores ſunt,cano.præ
cipimus.12.quæſt.j.cano.ſi habes.24.quæſt.iij.& cap.cũ infir-
mitas.in fine de pœniten.& remiſſio. iuxta euangelij verbũ
etiam Matthæi.6.cap.nonne anima eſt pluſquam eſca,& cor
pus pluſquam veſtimentum ? Et hac ratione alia beneficia

quæ

quæ curam animarum annexam non habent, ſimplicia beneficia omnino dici poſſunt, vt ſunt prioratus cum ſimplici tonſura, aſcalonij capellanię & ſimilia. cum talia habentes abſq; aliquo onere eis impoſito, nec ordine requiſito, fructus percipiunt. Dum autem dicimus abſq; aliquo onere tales fructus percipere, intellige curam animarum habente; quia certè aliquod aliud onus tales etiam habere crederem, cum propter officium detur beneficium, vt meliùs dicemus inferiùs. licet hodie & malè hęc omnia ferè ab vſu & priſtino ſtatu eccleſię diſceſſerint. Quare enim tibi fructus beneficij cuiuſcunq; debentur, niſi tanquam onus quoddam eccleſiaſticum tibi iniunctum ſit, Et ex ipſis fructibus recipias quantùm licitè oporteat, & inde viuas? Nullum enim arbitror ego eſſe beneficium, quantuncunq; illud ſimplex dicas, quin in ſua fundatione ſuum officium habeat: ſed omnia, quod iniquè & perperam fit, per non vſum amittuntur. Sed ad locum redeo. beneficia igitur curata propriè ſimplicia dicuntur, licet quodammodo duplicia etiam dici poſſint dictis rationibus. Quare ſunt, qui ſimplex beneficium in curatum, & non curatum diuidant: ſed ego non video, quomodo id quod ſimplex eſt, rurſus diuidi poſſit. Quapropter forma prædi. hanc materiam tradere volui: quæ ſufficiant de ſimplici beneficio ſeculari dicta.

Prioratus.

Bñficij cōferendi, uel ad illud eligēdi ratio.

ARGVMENTVM.

Duplicium penſionum ex diametro pugnantium effectus proſequitur.

SVMMAE.

1 *Penſionis conſideratio duplex.*

2 *Pēſionē ad heredes nō trāſire nec beneficij appellatiōe cōtineri. nu. 3.*

4 *Beneficij interpretationem reſtringi.*

5 *Penſionem quid merè temporale complecti. Et impetrantem beneficium eam ſubticere poſſe nu. 6.*

7 *Perpetuam penſionem conſtitui poſſe eamq; tranſmiſsibilem nu. 8. & beneficij nomine contineri. nu. 9.*

10 *Beneficia quo iure inſtituta ſint.*

CAP. X.

ET quia Nunc à multis poſſet dubitari, an penſio beneficium dici poſ-
1 ſit. Vt huic dubio ſatisfacere queamus. † Penſionem habes conſiderare dupliciter. primò prout per ſummum pontificem aſſignatur ſu-
2 per beneficio aliquo, vt finis litibus imponatur. † Quæ penſio ad ſucceſſores non tranſit, ſed extinguitur cum perſona illius, cui conſtituta eſt. Et ſi quidam voluerint talem penſio-
3 nem largè beneficium dici. † Dicerem tamen ego, nullo modo beneficium dici poſſe, nec ſub nomine beneficij contineri, adfero tex. ad hoc in cap. ad audientiam. in. 2. de reſcri. vbi in textu, penſiones ſeu alia beneficia, & ſic diuerſa videntur. Melior eſt adhuc textus. in cap. quãuis. in. 1. de præben. in. 6.
4 vbi Bonifacius octauus dicit. † *Quãuis pleniſſima ſit alias in beneficijs interpretatio facienda, litera tamen ſuper obtinendis beneficijs impetratæ, cum ſint ambitioſæ, reſtringi debent. Ideo ſi alicui vſque ad certam ſummam prouideri mandamus, ei non in penſione ſed in beneficijs tantùm volumus prouideri niſi de penſione in noſtris literis mentio habeatur expreſſa.* Per illum textum igitur manifeſtè appa-
5 ret penſionem beneficium dici non poſſe. † Prætereà moueri, quia nullam penſio habet in ſe ſpiritualitatem, ſed quid merè temporale: quare cum quid temporale dicatur, cum beneficio eccleſiaſtico permutari non poteſt. c. finali. de rerum permutatio. & cap. vnico eod. titu. in. 6. ideo domini de Rota deciſione. 210. dicunt impetrantem de huiuſmodi penſione.
6 † non teneri facere mentionem, licet aliter de beneficio quãtuncunq; minimo teneatur. per cap. cum adeò. iuncta gloſſ.
7 in verbo de præbenda. de reſcrip. ¶ † Alia eſt penſio quę per-
8 petua dicitur, & conſtituitur iure beneficij, † transferturq́ue
9 de perſona in perſonam, hæc enim beneficium dici pôt, † &
a ſub nomine beneficij continetur.ª Sed vt de his me breuiter expediam, ſuper reliquis quę ſuperſunt dicenda: in hac materia penſionum me remitto ad glo. in verbo beneficiorum tituli de colla. in prag. Et ad Rebufium in ſuo tractatu de pacificis

ª An impetrãs bñficiũ teneatur de hmõi pẽſione mẽtionẽ facere uide dec. ca. tol. 472. canoniſt. in. c. ſi proponẽte de reſcript. in uol. gre. De hmõi pẽſionibus uide textus optimos. c. ad hec de offi. uicar. & c. extir pandæ. de preb. Prateus.

ficis poſſeſſorib⁹ in decima octaua ampliatione prope.prin. vbi hanc materiam per viginti concluſiones proſecutus eſt, & adhuc vide gl.ad hoc de iure meliorem in verbo diſponere.§.item inſuper viſum fuit.in titu.de collat.in prag.

10 † An autem beneficia ſint de iure diuino, vel poſitiuo inſtituta, vide per.d.de Salua in ſuo tractatu de beneficio tota quæſt.iiij. & hęc de ipſis beneficijs dicta ſufficiant.

TITVLI PRIORIS FINIS.

DE COLLATIONE BENEFICIORVM TIT.II.

ARGVMENTVM.

Tituli ſecundi ſcopus in vniuerſum eò tendit, vt ediſſerat de Roma.pontificis poteſtate pleniſsima prælatorum humilitate pręlucentium, Abbatum, & Laicorum quorundam conferētium perſonis, & tempore collationis, eidēq; inſitis ediſſerit.

SVMMAE.

1 *Non, niſi vacantia beneficia conferri poſſe.*

2 *Romanum pontificem conferre, quo modo accipi debeat.*

3 *Ro.pontificis, & ordinarij collatoris concurſus. Et Papa eſt ordinarius ordinariorum.nu.4.*

5 *Romanum pontif.totius eccleſiæ militantis caput eſſe: & in locum Petri ſuffectum.nu.6.*

7 *Petrus à CHRISTO cephas dictus eſt, & qua de cauſa.*

8 Claues regni cælorum Petro promiſſas.
9 Promiſſa exequitur CHRISTVS.
10 Ratione duplici claues poſt paſsionem CHRISTI traditas. & numero.11.
12 Clauium datio quid ſignificat.
13 Petrum eiuſq; ſucceſſores totius eccleſiæ principes.
14 Chriſtianorum cum CHRISTO vnitas.
15 Erretne, qui vnicum negat eſſe ſummum pontificem.
16 Vniuerſalem eccleſiam nauiculam petri dici.
17 Petro, vt Adæ quædam ſpecialia, & quædam realia donata fuiſſe.
18 Eccleſiaſticæ poteſtatis genera duo.
19 Quecunq; vult, agit Romanus pontifex.
20 A Romano pontifice confirmata infirmet nemo.
21 An generali concilio ſubſit Ro. pontifex.
22 Eccleſiam myſticum corpus eſſe varieq; accipi.
23 Eccleſiæ caput CHRISTVS eſt.
24 Moſen, & Aaron primos ſacerdotes conſtitutos.
25 Aaron ſacerdotium ſummum pontificatum præſagiebat.
26 Præpoſitis noſtris ſubditos nos eſſe oportere iuſsit Petrus.

¶ CAP. I.

QVia verò de ipſis beneficijs diximus, quantùm de iure potuimus colligere, licet breuiſſimè.
1 † Nunc verò talia beneficia cum ea vacare contingit, à quibus conferri debeant, & ſic de collationibus ipſorum beneficiorum congruo ordine hîc ſupereſt dicendum: qua ratione ſub hac materia talem prius conſtituo regulam.

Beneficium quodcunq; à ſummo pontifice conferri poteſt.

2 † Et hac regula vera eſt, etiam aliorum prælatorum ceſſante omni negligentia & cuiuſcunq; regni aut prouinciæ tale beneficium ſit. c. 2. de præben. in. 6. & clemen. j. vt lite pendente &c.
3 † Poteſtq; concurrere ipſe Ro. Pon. in colla. beneficio

rum

4 rum cum quolibet ordinario, † cum ſit ordinarius ordinariorum. Omneſq́ue ad eum appellare poſſunt, & nemo ab eo,
a cano. cuncta per mundum. 3. quęſtione. 9. quæſt. 3. Attamē[a] id honeſtè non fieret, ſi abſq; ratione ab alijs auferret poteſtatem, prærogatiuas vel honorem cano. ecce. 99. diſtinct. multa enim licet fieri poſſint, tamen fieri non debēt. per illum tex. & ſimiles. Nec eſt quod mirandum ſit, ſi Romanus Ponti. (quem ſummum dicimus) quodcunq; beneficium conferre
5 poſſit, † cum caput ſit totius eccleſiæ militantis, † & loco
6 Petri principis Apoſtolorum, vt in cano. ſacroſancta. 22. diſ. Etenim inter Apoſtolos Chriſti quędam fuit diſcretio poteſtatis. Nec obſtat, quod omnes Apoſtoli eſſent: quia adhuc Petro à Chriſto cōceſſum eſt, vt reliquis præeſſet Apoſto-
7 lis. † Quare ab ipſo dño Cephas dict' eſt, quod caput interpretamur. Hanc enim poteſtatē Chriſtus ante paſſionē ſuã Petro promiſit. In ſacris enim ſcripturis legimus, quòd veniē te I E S V in partes Cæſarię Philippi interrogauit diſcipulos ſuos, dictus. Quem dicūt homines eſſe filium hominis? quib' reſpōdentib' alij Ioannē Baptiſtã, alij Eliam, alij vero Hieremiam, aut vnū ex Prophetis: ſubſequiturq́ue ibi noua Domini quæſtio. vos autem quem me eſſe dicitis? Simon Petr' reſpondens dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Quare à Chriſto audire meruit per hanc diuinitatis Chriſti confeſſionem. Beatus es Simon Bariona. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam:
8 † clauesq́ue regni cælorum dabo tibi, & quicquid ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis. &c. hæc enim originaliter habentur Matthæi. 16. capitu. Marci. 8. Lucæ. 9. Ioannis. 6. Ttranſumptiuè verò in canoni. quodcunque. 24. quæſtio. j. cano. in nono. 21. diſtinctio. cano. Ita Dominus. 19. diſtinctio. & capitu. ſolitæ. de maiori. & obedien. Quibus his omnibus iuribus apertè probatur poteſtatem Papæ eſſe à Deo, & manifeſtū eſt, Petrū à Domino principem Apoſtolorum fuiſſe conſtitutum. Per hęc tamen verba eū ſtatim principem Apoſtolorum non fecit, nec poteſtatem clauium

a *An & quo modo per Roma. Pontifi. ordinario adimi poßit conferendi poteſtas, uide p Cano. c. j. §. ex pte preb. in. 6. Prateius.*

dedit ei, ſed tantnm daturum ſe promiſit, vt ex illis verbis patet ibi, Tibi dabo &c. quæ quidem ſonant in futurum
9 tempus. † Cæterùm poſt paſsionem eius, & reſurrectionem Chriſtus quæ promiſerat, impleuit, & dando ei claues promiſſas, & ipſum caput eccleſię & principē apoſtolorum conſtituendo, & hoc dum ſuper ſuos apoſtolos inſufflauit, dicēs Accipite ſpiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata &c. Io. xx. c. Petro autem ſpecialius dixit, paſce oues meas, vt originaliter Io. vlti. & tranſumptiuè in. c. ſignificaſti. de electio. Exercitium autem clauiū, quas promiſerat, & demum concеſſerat, in eius aſcenſione tradidit, dicens: Ite in vniuerſum mūdum. Matthęi vlt. c. quibus verbis data eſt ſtatim poteſtas Petro tanquam capiti. & alijs tanquàm membris. Propterea dixit, Ite in vniuerſum mundum &c. & ſic Pet. in plenitudinem poteſtatis vocatus eſt: quæ Petri authoritas ſuis ſucceſſoribus relicta eſt, Romanis pontificib⁹. ſ. alijs autem Apoſtolis in partem ſolicitudinis tantum vocati ſunt, loco quorum ſunt Epiſcopi alij à Papa inferiores. Hæc habentur in. c. quorum vices. 68. diſt. c. decreto. ij. quæſt. vj. & c. ad honorem. de vſu, & authoritate pallij. & ſic Romanum pontificem cum in ſede Petri ſuccedat, caput omnium aliorū te-

Clauium exercitus

10 nemus eſſe. † duplexq; poteſt aſsignari ratio, quare poſt paſſionem, & eius reſurrectionem Chriſtus Petro claues conceſſerit, quarum prima. quia quandiu Chriſtus inter mortales fuit, per ſe ipſum fidem rexit. quare tunc nec decēter, nec neceſſe, nec vtile fuiſſet alium loco ſui conſtituere. ſed qnando poſtquàm à mortuis reſurrexerat, inſtaret iam tempus, vt cœlum repeteret, tunc alium, Petrum. ſ. loco ſui poſuit, ne grex dominicus paſtoris ſolatio deſtitueretur. † Altera verò ratio habetur de. c. conſiderandū. & c. fidelior. 50. diſt. vt is qui futurus erat paſtor eccleſiæ in ſua culpa, quam tempore paſsionis commiſerat negando, ex ſua infirmitate cognoſceret, quomodo deberet alijs miſereri, infirmitates aliorum tolerans. & prædicti textus Gregorij, & Ambroſij in home-
11 lijs. † & ſi quis nunc dixerit, Chriſtum omnibus Apoſtolis dediſſe

dediſſe claues,& ſic eccleſię poreſtatem.hoc verum fatemur ſed inter duodecim vnus Petrus eligitur in caput,vt eo con
13 ſtituto ſciſmaticis occaſio tollatur.† ad deſignandum igitur eccleſiæ vnitatē paſtor creatus eſt,qui alijs præeſſet,& apud quem omnis plenitudo poteſtatis reſideret. Fuiſſet enim monſtrum,vt in vno corpore plura capita oſtenderentur.c. quoniam in pleriſq;.de offic.ord.facit ad hoc bene tex.in.c. in apibus.vij.quęſt.j.vbi.S.Hieronymus ad ruſticum monachum ſcribens,in apibus princeps vnus eſt, & grues vnam ſequuntur ordine literato.Imperator vnus,iudex vnus prouincię.Roma autem condita duos fratres ſimul reges habere non potuit,& quę ibi dicuntur adde quod voluit Ariſtoteles.12.Metaphiſices inquiens,entia nolūt malè diſponi.pluralitas principantium eſt mala.Vnus ergo princeps eſt,ſicut vnicus eſt totius mundi dominus cœleſtis.iuxta illud Prophetæ regij pſal.23.Domini eſt terra,& plenitudo eius orbis terrarum &c.Quæ verba Pſalmiſtæ habētur etiam in.c.tua nobis.de decimis.ita dicens etiam fuit,vt vnum in terris relinqueret vicarium,qui fuit Petrus,& poſt eum alij ſui ſucceſſores,& vt nouorū Chriſtianorum (qui aduerſum poteſtatem ſummi pontificis eccleſię,tanquam famelici canes allatrant)ora claudantur,vnum caput ſuper omnia corporis myſtici membra ex diuerſis ſacrę ſcripturæ locis oſtendemus.Quare primò illud verbum domini quod habetur Ioannis.xvij.c.in teſtimonium aſſumemus, inquientis, volo
14 † pater vt ſint vnum in nobis,ſicut nos vnum ſumus. Quæ verba tranſcripta ſunt in.c.damnamus.de ſumma trinita.& fi.cat.& Io.x.c.& fiet vnum ouile,& vnus paſtor. Præterea in cantico canticorum legitur. vj.c.Vna eſt columba mea, perfecta mea:vna eſt matri ſuæ electa genitrici ſuæ. & pro hac vnitate capitis facit optimè tex.in. c.factus eſt Cornelius.&.c.non autem.vij.quæſt.j.vbi in illo ca.non autem eſt
15 ſingularis glo.in verbo.vt non ſuccederet,ita inquiens.† Dicere vnum non eſſe Summum Pōtificem in eccleſiam,eſt errare in illum articulum fidei.Et vnam ſanctam catholicā &c.

Facit ad hoc quod dicit diuus Chriſoſtomus ſuper Ioãnem. 20.c.dum dicit,paſce oues meas. Vbi ait eximium Apoſtolorum Petrum fuiſſe os diſcipulorum & verticem collegij.pro quo eſt text . in cano.cum beatiſſimus. 24. quæſt.j. Vbi Leo papa Dioſcoro epiſcopo Alexandrino ſcribens,dicit beatiſſimum Petrum Apoſtolum à Chriſto principatum accepiſſe.Prætereà ſuper illis Lucæ verbis, tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.Lucæ.22.cap.dicit idem Chriſoſt.per illa verba Petrũ à Chriſto obtinuiſſe,vt antiſtes mũdi eſſet. Quia & ſi Chriſtus alijs imperauerit apoſtolis,vt laxarẽt retia.Ioan.vlti.cap.ſoli tamen Petro dictũ fuit.Duc in altum.

16 †Propter quod etiam vſq; in hodiernum diem eccleſia catholica Nauicula Petri dicitur,vt in cano. non turbatur nauis.24.quęſt.j.Nec obſtat nunc quod habetur in cano.in nono.21.diſtinct.quod omnes Apoſtoli parem honorem & poteſtatem habuerunt cum Petro:quia ita debet intelligi non, quoad adminiſtrationem,quia imò Petrus maior fuit alijs in hoc cano.puto.2.quæſt.7.Sed ſolùm quantùm ad ordinem & ratione conſecrationis,cano.loquitur.24. quæſt. j . Poteſt enim aliquis eſſe par , ſeu maior alio in ordine , tamen minor in adminiſtratione , vt archipræſbyter maior eſt archidiacono,cano.perlectis.25.diſtinctio.nec quis ita temerarius ſit,qui dicat hanc poteſtatem & ſuperioritatem Petro tantùm conceſſam fuiſſe à Domino, & non ſuis ſucceſſoribus, qui ſunt Romani Pontifices hoc enim dicere erroneum eſt

Ordinis prelatio.

Ade conceſſa.

17 & falſiſſimum.†Quia ſicut dicis primo parenti noſtro Adæ conceſſit quædam perſonalia priuilegia,vt omnia ſciret:quędam realia cum in ſtatu innocentiæ erat,ſcilicet iuſtitiam originalem.ſic & Petrus à Chriſto habuit quædam dona perſonalia, puta operandi miracula,ita vt ad eius vmbram infirmi ſanarentur , quædam realia,id eſt pro ſe & ſuis ſucceſſoribus,vt fuit poteſtas clauium , aliâs portæ inferi aduerſus eccleſiam pręualuiſſent,quod contrarium eſſet dicto domini Matthæi.xvj.c.per claues enim Petro traditas,poteſtas eccleſiaſtica intelligitur.quadam ſimilitudine:quia ſicuti claue

homo

ho mo claudere portas & aperire poteſt, ita poteſtate eccleſiaſtica regnum eccleſiæ militantis vel triumphãtis per ſubtractionem abſolutionis, vel per excommunicationẽ indignis clauditur, & verè pœnitentibus à ſententijs & peccatis
18 aperitur per abſolutionem. † Eſt autem duplex poteſtas eccleſiaſtica. vnde in plurali dixit claues. Quarum altera eſt poteſtas ordinis, & altera poteſtas iuriſditionis. de poteſtate ordinis nunc loquebamur, quæ eſt ſub his verbis, tibi dabo claues &c. Hanc igitur plenitudinem poteſtatis, per quam eccleſia mundo reſiſtit & diabolo Chriſt⁹ Petro & ſuis ſucceſſoribus, qui ſunt Rom̃. Pontifices vt iam prædiximus, canonicum habentes ingreſſum contulit. de quo eſt bonus tex. in cap. pro humani. de homicidio in. 6. Quare autem hęc poteſtas à deo Petro & ſuis ſucceſſoribus data ſit dicerem, vt eccleſia ad finem vſque ſeculi permaneret, iuxta illud Matthæ. vlti. ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Quare notanter Hoſtien. dicit in ca. quanto. de tranſla. Epiſcopi. quod dei & Papæ idem cõſiſtorium ad quod facit textus in cap. 2. de conſuetu. lib. 6. & in cap. Romana. in princi. de appella. eod. lib. vbi Epiſcopi & vicarij idem
19 eſt tribunal. † Hinc eſt quód papa omnia regit, diſponit, & iudicat pro libit⁹ voluntatis, cano. per principalem & cano. cuncta per mundum. 9. queſt. prima Et dummodo contra fidem non ſit, nõ eſt qui ei poſsit dicere. cur ita facis? iugũque ab eo impoſitum quantuncunque graue ſit, eſt tollerandum cano. in memoriam. 19. diſtin. quia nullum ſuperiorem in terris habet, vt expreſſe dicit textus in cap. licet. in fine de electi. nec in aliquo iudicari poteſt, cano. nunc autem. 21. diſtin. habet enim celeſte arbitrium. l. ij. C. de ſumma trini. & fide catho. & iura cæleſtis & terreni imperij illi à deo commiſſa
20 ſunt. c. primo. 21. di. † vnde quod Papa confirmauit, nemo infirmare poteſt. Imò eius approbationi & diſpoſitioni ſtandum eſt. Et hoc quoſdam tangit: qui plus ſapere volentes, quàm oporteat, decretales epiſtolas & decreta ſummorum pontifi. auſu temerario dãnat: dicentes eos erraſſe. Sed

O'is poteſtas à deo

nunc quiſque proſpicere poteſt, quantùm ipſi errauerint.
21 † Et prædicta etiam quęſtionem quotidianam diſſoluunt, quę eſt, an concilium ſit ſupra papam necne. quam pro nũc aliter non examino, ne terminos agri noſtri tranſgredi videar. Hanc tamen non omittam, quę non minus frequens eſt licet breui ſermone, an papa ſit caput huius eccleſiæ mi-
22 litantis. † Eccleſia enim multis modis ſumitur. de quibus videnda eſt glo. in cap. 2. ne prælati vices ſuas. Sed quantùm ad materiam noſtram attinet, ex omnibus fidelibus vna eccleſia & vnum corpus myſticum conſtituitur. cano. eccleſia de conſecratio. diſti. 1. & bonus tex. adhuc in cano. vt euiden-
23 ter. 1. quęſt. 1. & in cano. omnibus 24. quęſt. 1. † huius enim corporis myſtici verũ caput & verus ſponſus & põtifex. eſt ipſe ſeruator noſter I E S V S C H R I S T V S. Papa verò eſt ipſius vicarius licet quantum ad miniſterium ſit caput. cano. Nouatianus. 7. quęſt. 1. cano. loquitur & cano. pudenda 24. quęſt. 1. negari igitur non poteſt ſummi ponti. caput eſſe, tanquàm vicarius Chriſti in terris ſit, & in quem plenitudo poteſtatis collata eſt. verba ſunt expreſſa in cano. regamus. 24. quęſt. 1. & in ca. ad Romanã. 2. quęſt. 6. quod & quis contradicat prædictis, hæreticus cenſendus eſt: vt vult text. iuncta ſua glo. in cano. 1. 22. diſt. hęreticum enim eſt per illũ textum de ſummi ponti. poteſtate diſputare. per Palam igitur eſt magnam eſſe ipſius ſummi. ponti. autoritatem, quę iam in veteri teſtamento erat figurata. Legimus enim Exo-
Veſtis Aaron. 24 di. 4. cap. deum † Moyſem & Aaron primos ſacerdotes filiorum Iſraël conſtituiſſe, dicens. Applica ad te Aarõ fratrem tuum cum filijs ſuis de medio filiorum Iſraël, vt ſacerdotio fungantur mihi, facieſq; veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & honorem habens. ſimile habemus Leuitici. 8. capitu. nec omittandi cenſeo, quod habetur Numero. 7. vbi dominus Moyſi loquens dixit Applica, & fac. altare in conſpectu Aaron ſacerdotes, vt miniſtrent ei, excubentq; ſic, & obſeruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis. Aaron autem & filios eius cõſtitues ſuper cultum ſacerdotij.

Sacerdotes.

25 ſacerdotij.† Quis iſte Aaron eſt,niſi ſummus pont. ſub illis verbis iam præfigurat⁹? Præterea & addo ad hæc quæ legũtur Deutero.19.cap.vbi hæc verba ſunt.Prophetam ſuſcitabo vobis de fratribus veſtris,quicunq; prophetam illum nõ audierit,ego vltor exiſtam.ſunt verba altitonantis Dei,quę glo.ibi exponit.Ego vltor exiſtam pœnam æternam,ſcilicet & temporalem ſibi infligendo.Ex quibus ſatis colligi poteſt, quicunq; ſint ſummo ponti.reſiſtentes,graui pœna eſſe puniendos.vnde & ipſe per montem Sina ſignificatur. Quare Exodi.19.ca legitur dominum die tertiò in monte Sinai deſcendiſſe,qui filijs Iſrael dixit,ne aſcendatis in montem, nec tangatis finem eius,qui enim tetigerit, morietur. Papa per illum montem figurabatur, ſuper quem non eſt aſcendendum,poteſtatem eius ſcilicet volendo ſupprimere: nec fines eius tangendi ſunt,autoritati ipſius detrahendo, qui enim hoc fecerit,morte duriſſima mori debet.Et ſi quis ad illum ſummum apicem dignitatis fuerit aſſumptus, quantũcunq; malus ſit & prælatura abutatur, cum talem poteſtatem à Deo habuerit, ratione ſuæ dignitatis ſemper eſt honorandus.

Papa figuratus

26 dus.Vnde Apoſtolus Petrus dixit. † Eſtote ſubditi præpoſitis veſtris etiam diſcolis Petri.2.c. & in euãgelio Matthęi. 23.c.Super cathedram Moiſi ſederunt Scribæ & Phariſei,omnia ergo quæcunq; dixerint vobis,ſeruate,& facite,ſecundùm opera verò eorum nolite facere. Omnia exprimunt Chriſoſtomus & Hugo cardinalis ibi, quæ corrigunt mores:quia dicunt ipſi,quod noſtrum eſt,eſt accipiẽdum. quod vero alienum eſt,non debemus diſcutere. Frequenter enim de malo bona doctrina procedit, cum videamus & terram vilem pretioſum aurum producere: nunquid propter vilem terram pretioſum aurum contemnitur? ſed ſicut aurum eligitur,& terra contemnitur: ſic & nos doctrinam bonam à quocunq; ſumamus,malos vero mores eorum relinquamus. Quod videmus fieri in apibus,quibus herbæ neceſſarię non ſunt,ſed flores,ideo tantùm flores colligunt,& herbas relinquunt.Quare vt aliquando huic materiæ modum impona-

Cathedra Moſis

mus, quid diuus Bernardus ad Eugenium papam. lib. 2. ſcripſerit. videam⁹ his verbis ipſum Eugenium alloquens. Tu es (inquit) ſacerdos magnus & pontifex ſummus, tu princeps epiſcoporum, tu hæres apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, autoritate Moſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus, tu es cui claues traditæ ſunt. Hæc ille. ſed ne omnino à noſtro negotio videamur diſceſſiſſe, licet in prædicta, quam aſſumpſimus regula, dixerimus beneficium quodcunq; illud ſit, à ſummo pont. conferri poſſe. attamen Roma. pon. voluntariè non confert beneficia ad præſentationem patronorum Laicorum ſpectãtia ipſis inuitis: & ratio eſt, ne per tales collationes laici à fundatione eccleſiarum retrahantur. Ita in ſpecie Lapus de caſtellione in ſuis allegationibus. alleg. 96. quæ incipit, beneficia &c. dicitq; ibi vidiſſe præmiſſa ſeruari à Gregorio vndecimo Roma. pon. Sed hæc meliùs ſuo loco dicemus. Nunc autem de alijs eccleſiæ prælatis circa iſtas beneficiorum collationes dicendum eſt. ſed qui prælati dicantur, prius videamus.

ARGVMENTVM.

Quales oporteat eſſe prælatos: quæ ſint humilitatis ſpecies & effectus: an & quæ beneficia legitimæ ætatis epiſcopus conferat.

SVMMAE.

1 *Appellatione prælati veniunt epiſcopi & ſuperiores, & inferiores: Et qui ſint. nu. 2.*
Primum dictum extendit. nu. 3.
4 *Prælati ethymologiam receptam.*
5 *Prælatos virtute lucere, eiſq; humilitatem ineſſe debere, & nume. 26. At quotuſquiſq; eſt?.*
6 *Humilitas quid ſit, & in quo dignoſci poſſit. nu. 7.*
8 *Humilitatem virtutem eſſe: & eiuſdemq; ethymologiam. nu. 9.*
10 *Humilitatis gradus. 12. Permultoſq; fructus. & num. 11. 12. 13. 14. 17. 19. 20. 22. 23. 24. 25.*

Moſes

15 *Moſes filiorum Iſrael dux.*
16 *Dauidem in regem vnctum fuiſſe.*
19 *Conuiuæ ex præſcripto CHRISTI humiles ſeſe exhibeant.*
21 *Humiles ſacræ ſcripturæ interpretes.*
27 *Humilitatem triplicem eſſe.*
28 *Epiſcopus quæ beneficia conferre poßit:& nu.34. Quod ampliat num. 29.& nu.35.&.36.*
30 *Quod ſit epiſcoporum officium.*
31 *Epiſcoporum incontinentia,& luxus.nu.32.& quid afferant.nu.33.*
37 *Quæ ætas ad collationem requiratur.*
38 *Collationem iuriſditionis eſſe.*
39 *Limitat reg.conceſſo vno,&c.*

CAP. II.

NOmine prælati propriè epiſcopi veniunt,vt vult glo. in verbo prælaturam.in titu.de pacifi.poſſeſſo. in prag.adferens ad hoc tex.in ca.ne pro defectu.& in.c.
1 nichil eſt de electio. † Dicerem tamen ego, prælati appellatione venire tam inferiores epiſcopo quàm
2 ſuperiores. † Dico ſuperiores,cardinales,Patriarchas,archi epiſcopos. Inferiores verò abbates,abbatiſſas. imò & minorum miniſter ſeu gardianus prælatus dici poteſt.gloſ.ſingu-
3 laris ad hoc in clemen.j.in verbo prælatum.de electio. † Idē de priore conuentuali perpetuo dicas.clementi. j. ferè iuxta ipſius princip.de ſupplen.neglig.præla.& glo.in. c. nullus.de
4 electio.in.6. † Quantùm verò ad ſignificationem vocabuli prælati dicuntur,præ alijs lati & ditati. hæc vocabuli ethymologia communiter ab omnibus recepta eſt.Sed vltra eos adhuc(noſtris diebus vt plurimùm exemplo videmus)aliam profectò ethymologiam addere poſſumus: vt prælati dicantur.quaſi præ alijs elati & ſuperbi. quod multùm dignitati quam habēt, contradicūt. Nonne quicunque, qui ad dignitatem eccleſiaſticam receptus eſt, potiſſimùm epiſcopalem
5 loco eſt apoſtolorum,vt iam diximus, † & ſic omnibus virtutibus coram hominibus lucere debet, exemplo veri præ-

ceptoris idem,qui illos itē docuit,& tales voluit eſſe? Quid
igitur eſt,quod potiſsimùm prælatus ſuperbiat? niſi in ſua
gehenna perpetua,ni magiſtrum omniū imitetur CHRI
STVM,qui tantùm omnib⁹ potiſsimùm qui alijs pręeſſe
volunt)humilitatis reliquit exemplum?quam humilitatem
6 diuus Bernardus ita diffinit.† Humilitas eſt,qua quis veriſ
7 ſima ſui ipſius cognitione ſibi vileſcit.beatus† Thomas tñ
in.ij.ij..queſtio.161.humilitatē non conſiſtere eſſentialiter
in ſui cognitione,ſed in ſui moderatione motus appetitus,
a vt quiſq; ſe reprimat,ne feratur in ea, quæ ſupra ſe ſunt[a].

Γνῶθι σε-αυτὸν

Omnis doctrinæ ſcopū eſſe ſcribit G.budæus in eo libro, quem de rectè inſtitu. ſtud. inſcripſit Pratelus.

Quapropter ſeipſum cognoſcere,ad humilitatem pertinet,
tanquàm ſit quędam directiua regula humani appetitus.Et
hæc humilitas eſt virtus ſpecialis,& ſic vt videmus rara.vn-
de Origenes dicit ſub illo dei parę ac virginis cantico & in
his verbis.Quia reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ &c.quæ ha-
8 ben Lucę.1.† in ſcripturis vna de virtutibus humilitas præ
9 dicatur.† humilis enim quaſi humi accliuis.i.inhærens dici
tur:quod fit,cum qui defectum ſuum conſiderans ſecundū
ſuum modum infirmum ſe confitetur,exemplo Abrahæ ge
neſ.18.dicentis loquar ad dominum meum cum ſim puluis
10 & cinis?† Et huic virtuti humilitatis diuus Benedictus. in
ſua regula duodecim gradus aſsignat, quos figuratos dicit
in ſcala,quam Iacob vidit Geneſeos.28.cap.poſſet & figura-
ri etiam per duodecim ſtellas coronę mulieris quam Ioan-
nes vidit amictam ſole & luna Apocalip.12.cap.Quanta ſit

Humilitas.

hæc virtus humilitatis,non eſt noſtrum prędicare.Illa enim
inter omnes ſola eſt,quæ vt verbum in vtero virginis incar
naretur,placuit altiſsimo:quia reſpexit humilitatem ancil-
lę ſuæ &c.vt Lucæ.1.& hoc dum dicit ecce ancilla domini
&c.dicto cap.& de his vide per Bernardum doctorem vir-
ginis & matris ſub illo Lucæ euangelio miſſus eſt, Non eſt
igitur quod nos,pœniteat ſi humilitatē ſectemur, cum ab
11 ea† complures fructus colligantur,quorum primus.quia
deo & hominibus placet & redolet,vt canticorum.1.dum
eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

Nardus

Nardus enim propter ſui paruitatem humilitatem ſignifi-
cat.Eſt em ſpecies herbæ puſilis. † Secũdus eſt,quia oratio-
nes Deo acceptas facit,vt teſtimonio prophetæ regij habe-
mus pſalmo centeſimo primo reſpexit in oratione humiliũ
Tertius facit vt homo à malo culpæ,& pœnæ liberetur , vt
pſalmo.114.humiliat⁹ ſum & liberauit me.& .iij.regum . xxj.
Nunc vidiſti Achab.humiliatum coram me.hoc enim pri-
ſcis temporibus fiebat in humilitatis ſignum,& dominum
placatum volebant homines,vt cinerem ſuper capita ſua im
ponerent,& aliquando cilicio induerentur,ſicut in ſcriptu
14 ris ſacris de Ioſue,iudith.& Niniuitis legimus . † Quartus,
quia & in his terrenis diuitijs habundare facit primi Regũ
xvj.c.nonne cum eſſes paruulus in oculis tuis,caput in tribu
bus Iſraël conſtitui te?hoc enim Pauli dictum fuit,qui cum
15 electus in regem eſſet,ſe abſconderat † .Moſes humilis cum
delegationem Dei ad Pharaonem recuſaret pro filijs Iſrael
ab eius manibus liberãdis,factus eſt dux totius populi Iſraë
litici.Exodi.4.c.& Ieremias propheta qui dicebat,Domine
Deus ecce neſcio loqui,quia puer ego ſum.cum eum domi-
nus de vulua ſanctificatũ dixiſſet,& prophetam in gẽtibus
16 vellet dare Hieremiæ.j.c.† Præterea nonne Dauid minimus
inter fratres,quia ouilis cuſtos:ſed humilis vngitur in regẽ
17 primi reg.16.† Quintus eſt:quia humilitas perducit ad glo-
riam Iob.xxij.c.qui enim humiliatus fuerit , erit in gloria.
quod in parabolis loquens docuit etiam nobis Lucę.14.c.di-
18 cens † cum inuitatus fueris ad nuptias,non diſcumbas in pri
mo loco,ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo:ſed cum
vocatus fueris,vade,recumbe in nouiſſimo loco:vt cum ve
nerit qui te inuitauit,dicat tibi,Amice,aſcende ſuperius.tũc
19 erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus † quod iam ſcri
ptum fuerit in veteri teſtamento.prouerb.25.c.melius eſt,
vt dicatur tibi aſcende huc quam,vt humilieris coram prin
cipe.Sextus apparitione Dei ſeu angelorum facit dignum
quod in Abraham comprolatum eſt Geneſis.18.qui in cõua-
le commorans tres viri illi apparuerunt.i.tres Angeli . Tres

Humilitatis inſignia.

enim vidit,ſed vnum tantùm adorauit in memoriā ſanctiſsi
mę trinitatis:in qua vnus tantùm Deus eſt ſuper omnia ado
20 randus.† Septimus facit hominem ſapientia dignum pro-
uerbiorum vndecimo.c.vbi humilitas,ibi ſapientia.& Mat-
21 thæi vndecimo.† Confiteor tibi pater domine cœli, & ter-
ræ qua abſcondiſti hæc à ſapientibus,& prudentibus, & re-
uelaſti ea paruulis.Exponunt ibi ſacræ ſcripturę interprętes
22 i.humilibus.† Octauus à laqueis tentationum liberat,vn de
legimus in vitis patrum,Antonio aliquando exclamanti O
quis iſtos euadet laqueos,quibus mundum plenum viderat
reſponſo diuino accœpit,ſola humilitas tales faciet euade-
re laqueos.Nonne humilitas eſt illa,quę dilectionem fouet?
23 vnde dicit Chriſothomus ſub illo.c.Matthæi.25.† ſicut ci-
nis ignem conſeruat,ita humilitas dilectionem, & reliquas
virtutes.Quare dicit Gregorius,perijt omne quod agitur,
24 ſi non caute in humilitate cuſtoditur.† Nonus,quia de hoſti
noſtro antiquo ſerpēte illo venenoſo triumphat.Humilitas
enim per fundam Dauidis figurari poteſt,qua iūctis quinq;
lapidibus de Golia triumphum obtinuit. Primi regum.17.
c.in vitis patrum legimus,Diabolum dixiſſe Machario,à ſo
25 la humilitate vinci.† Poſtremò humilitas eſt illa,quæ pacē
componit:quare Gregorius,pacē illam facit humilitas,qua
ſibi quiſq; ſuperiorem alium arbitratur,vnde prouerbiorū
vndecimo capite.reſponſio mollis frangit iram, ſermo du-
26 rus ſuſcitat furorem.† cum tanti igitur fructus ſint humili-
tatis,ſummopere ad eam habēdam omnes ſtudere debemus
& prę cęteris pręlati eccleſię,qui in exemplum vitę dati ſunt
populo,cum & ipſo à ſummo prælato Chriſto exemplum
habuerint:iuxta Pauli verba ad hebræos.ix.c.iam Chriſtus
aſsiſtens pontifex futurorum bonorum &c. Timeant ergo
prælaturas habentes,ne (cum in loco potentiæ, & hono-
ris ſunt) ab eo ignominioſè deponantur: quorum loco
humiles, & qui recto ſunt corde exaltentur, cum ſcri-
ptum ſit. Qui ſe exaltat,humiliabitur:& qui ſi humiliat,
exaltabitur.hæc verba ter in euangelio reperiuntur poſita,
vt Matth.

27 vt Matthæi.23.ca.Lu.14.&.18.† Ad notandū triplicem humilitatem,cordis,oris & operis.De cordis humilitate habetur Matthæi vndecimo.diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde,& Iudit.8.humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu contrito & humiliato ſeruiamus illi. De humilitate oris habemus Iudith.9. humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.& eccleſiaſtici.35.Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit.De humilitate operis habetur eccleſiaſtici. 19. eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo.Et ad Philipen.3.c.ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratum corpori claritatis ſuæ & ad Epheſeos.4.c.Obſecro itaq; vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis cum omni humilitate,ſcilicet interiori.Ita exponit Thomas Aquinas.vel ſecundùm Hugonem cum omni humilitate ſcilicet cordis, oris & operis.Humilitatem autem cuſtodiūt,aſſiduitas ſubiectionis,quam lucifer non habuit:conſideratio proprię fragilitatis,qua Adam caruit. & comparatio melioris, quam Antichriſtus non habebit.Et quantùm ad prælatos de quibus diximus, attinet, licet in eminenti loco ac excelſo ſint, non eſt propterea quod gloriari debeant: quia eccleſiaſtici.3. cap. legimus,quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam,quoniam magna potentia Dei ſolius,& ab humilibus honoratur.& ad Philippen. 2. in humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes &c. Deus enim ſuperbis reſiſtit,humilibus autē dat gratiā.Iacobi.4.Quos autē dicā prælatos in eccleſia iam habuimus ſuperius, ſub nomine quorum largè & qui curam animarum habent poſſunt contineri.c.cum.ab eccleſiarum.de offi.ord.c.de rectoribus.in fine.&.c.tua.de cleri.ægrotan.Nec eſt quod de hoc mirādum ſit;quia in primis diebus eccleſię quicunq; ſacerdos erat epiſcopus dicebatur.vt à Paulo apoſtolo habemus.j.ad Timotheum.3.c:Oportet epiſcopum irreprehēſibilem eſſe &c. ibi epiſcopū dicit,quencunq; in eccl'ia ordinatū,vt oēs ferè illi

Antichriſtus.

ſacri loci interpretes exponũt. Sed vt ad principale negotiũ reuertar, quid de talibus prælatis eccl'ię circa collationẽ bñfi

28 ciorũ dicendũ ſit, ſupereſt nũc, vt videam'. † In cõcilio enim Aurelianenſi in conferendis beneficijs, quantùm tangit epiſcopos, extitit ordinatum, omnes eccleſias ad eum pertinere epiſcopum, in cuius territorio ſitæ ſunt. Omnes igitur eccleſiæ quę in diſtrictu epiſcopatus alicuius ſint ad collationem illius pertinẽt. cano. omnes baſilicę. 16. quęſt. 7. facit tex. in. c.

29 2. de conceſſ. præben. & in. c. ordinarij. de offic. ord. in. 6. † Et nedum beneficia ſui epiſcopatus talis conferre poteſt, imò in eiſdem eccleſijs omnimodam poteſtatem habet. cano. obitũ. 61. diſtinct. cano. tertio. 10. quęſtio. 3. cano. qui verè. 16. quæſt. j. & cano. epiſcopus. 10. quæſt. 2. Epiſcopi enim in ſuis diœceſibus dicuntur vicarij Papæ. l canoni. puto. 2. quæſtio. 7.

30 † Quare vigilare debent noctes & dies circa gregem eis cõmiſſum, ne in faucibus lupi tartarei incidant. c. ne pro defectu. de electio. facit textus in ca. ſignificaſti. eodem titu. & vt prædiximus, quærere non debent, quæ ſua ſunt, ſed quę Ieſu

31 Chriſti. † Sed mali prælati aliud faciunt, qui rebus Ieſu Chriſti prætermiſſis, tantùm quæ ſua ſunt quęrunt cano. ſunt in eccleſia. 8. quæſtio. j. cap. cum Apoſtolus. c. procurationes. de cenſibus. &. c. vbi periculum. circa finem. de elect. in. 6. indebiteq́ue exigunt ſæpiſſimè à ſubditis pecunias: aduerſus quos inuehit textus. in cano. prædicator. 15. quæſt. j. & in cano. diaconi. 93. diſtinct. de quibus etiam diuus Bernardus dicit ſub illis pſalmographi verbis, qui deuorant plebem meam ſicut

32 eſcam panis. pſal. 13. † Vnde enim hanc illis exiſtimas rerum adfluentiam? veſtium ſplendorẽ? menſarum luxuriam? vaſorum ex auro & argento congeriem? niſi de bonis ſponſæ. i.

33 eccleſiæ. † Inde eſt quod illa pauper, inops & nuda relinquitur facie miſeranda, inculta, hiſpida, exanguis. proptereà nõ eſt hoc tempore, ornare ſponſam, ſed ſpoliare, non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt inſtituere, non eſt paſcere gregem, ſed mactare, & deuorare. Tales enim plus vigilant in ſubditorum euacuandis marſupijs, quàm vitijs extirpandis. Vtinam

Prelato quorũdam vigilia.

tam

tam vigiles inuenirentur: ad curã animarum quantũm alacres currunt ad cathedram aſſumendam. Sermo noſter bonos non tangit:ſed ne principalem cauſam videamur omi-
34 ſiſſe,quę prædiximus,ſub his verbis ita concludo.† In eccle
35 ſijs ſui territorij epiſcopus omnẽ poteſtatem habet.† Quod puto eſſe verum,niſi aliquo ſpeciali priuilegio dictæ eccleſiæ à iuriſditione epiſcopi ſint exemptę. c. cũ & plantare.in princ.de priuilegijs.vel quod omnem poteſtatem epiſcopus habeat in eccleſijs ſui territorij,intellige de ſecularibus:quia de regularibus nihil ad eum ſpectat, vt paulopoſt dicemus
36 melius. † Et ſic regularia beneficia in ſua diœceſi exiſtentia epiſcopus conferre non poteſt,nec ſecularia, etiam ſi mino
37 ris ętatis ſit,† quę de iure requiſita eſt ad conferendum,ſcilicet dignitati annorum argu.ca.cum vigeſimum.de off.dele. licet aliter diſpenſatus ſit ad epiſcopatum,niſi ad hoc ſpecialiter etiam ſit diſpenſatus. Quod notandum eſt,& hanc rationem aſſigno:quia quis iuriſditionem exercere non poteſt
38 niſi ſit ętatis prædictæ.dicto cap.cum vigeſimum.† Et quia collatio beneficiorum eſt iuriſditionis,cap.nouit, de officio deleg. & habet tempus per ſe præfixum.dicerem quantuncunq; quis diſpenſatus ſit ad epiſcopatum ſuper ætate, quæ eſt triginta annorum,vt dicebamus per ca.cum in cunctis. ſi talis ſuper quo ita diſpenſatum eſt, minoris ętatis quàm viginti annorum ſit,licet per talem diſpenſationem habilis ſit ad epiſcopatum, non tamen propterea eſt habilis ad conferendum, niſi ſuper his ſpecialiter fuerit cum eo diſpẽſatum. Nec obſtat nunc illa iuris theorica:vno conceſſo,omnia ſine quibus &c.Quia vera eſt,quando non militat diuerſa ratio: ſed in hoc caſu cum diuerſa ſint quantũm ad ætatem requiſitam,poſſe obtinere epiſcopatum,& poſſe conferre benefi-
39 cia epiſcopatus. † Ergo diſpenſatus ſuper vno non videtur propter ea ſuper alio diſpenſatus: niſi de omnibus ſpecialiter conſtet,hoc eſt quod de vtraq; diſpenſatione appareat. Et hæc dixerim ſaluo aliorum meliori iudicio. Vel etiam nõ confert epiſcopus ſui epiſcopatus beneficia, quando patro-

nata eſſent, ſine patroni licentia à præſentatione ipſius præcedente, ita quod collatio aliter facta non valeret, quæ tamẽ propriè tunc collatio non dicitur, ſed inſtitutio. vt melius ſpero me dicturum inferius. Et pro præd. eſt tex. in cap. illud in fine de iure patron. & in cano. decernimus. 16. quęſtio. 7. Et hæc dixerimus de ipſis epiſcopis, & ſufficiant quantum ad collationem beneficiorum attinet, quæ ad eos ſpectat.

ARGVMENTVM.

Abbates, prioreſque communi: capitulum verò, & laicorũ plerosq; iure ſpeciali conferre: Et intra quot menſes poſſint. Quæ collationi inſint & quid illa adferat.

SVMMAE.

1 *Abbatem regularia beneficia conferre, quod procedit vt ibidẽ. Ampliatur & in priore &c. nu. 2.*
3 *Regularibus regularia, ſecularibus verò ſecularia conferenda.*
4 *Capitulum quo iure conferat. & nu. 5.*
6 *Canonici mutuò ſibi conferunt.*
7 *Etiam laici plerumq; conferunt: licet communi iure prohibeantur. n. 8.*
9 *Gallorum principem iure ſpeciali conferre & nu. 10.*
11 *Beneficia plerunq; ſibi retinet gallorum rex.*
12 *Iura conferendorum beneficiorum regibus gallorum conceſſa fuiſſe: multaq; alia ſpecialia nu. 17.*
13 *Gallorum rex in ſuperiorem recognoſcit neminem. & nu. 15. Eundẽq; in gallis imperatorem eſſe. nu. 14.*
16 *Poſſeſſionem ad quærendum præſcriptione dominium neceſſariã eſſe.*
18 *Laicum conferre poſſe quomodo accipi debeat.*
19 *Laici collationem, præſentationem dici verius eſt.*
20 *Priuilegij, conſuetudiniſq; finitiones, ac differentias vide remiſſinè.*
21 *Epiſcopum & capitulum ſimul conferre poſſe.*
22 *Confert epiſcopus & qui ius conferendi habent, licet iuriſditionem non habeant.*
23 *Ad validitatem collationis ſcripturam neceſſariam non eſſe.*
24 *Intra quod tempus conferendum ſit: quandoq; currere incipiat. nu. 25.*
26 *Collationis tempus vtile eſſe.*

Negli

27 *Negligentia collatoris ordinarij deuoluit collationem ad ſuperiorem.*
28 *Laicum intra quatuor, clericum intra ſex menſes conferre & nu.29. Rationem differentiæ ponit nu.31.*
30 *Clerici, & laici in præſentando concurſus.*
32 *Laici, & clerici in præſentationis tempore, & variatione differentias & nu.33.34.& 35.*
36 *Laicus patronus clerico concurrens eius iure vtatur. idq; in nominatione verum habet nu.37.*
38 *An Ro. pontificis collatio patrono laico præiudicet. & à laico præſentati intra quod tempus inſtituendi ſint. nu.39.*
40 *Collationi quatuor ineſſe debere.*
41 *Collationis, prouiſionis, & præſentationis definitiones remiſſiuè ponit, & nu.42.*
43 *Inſtitutionis definitio: & quæ ſit inſtituendi forma. nu.44.*
45 *Etiam ſine corporali inductione quem inſtitui poſſe.*
46 *Purè conferri oportere beneficia quomodo accipiendum ſit.*
47 *Simoniæ inducendæ argumenta.*
48 *Conditionalem collationem quæ non faciant.*
49 *Pacta in ſpiritualibus turpia: idemq; iuris eſſe in re ſacra. nu.50.*
51 *Nec turpi pacto obligationem induci veriſſimum eſt.*
52 *Pacta turpia quæ.*
53 *Pacta contra iura bonoſq; mores nullius eſſe momenti.*
54 *Impoſſibilem ſententiam nullam.*
55 *Maiorem, quàm conditio, obligationem inducit modus.*
56 *Conditionem, modum & cauſam diſsidere remiſſiuè.*
57 *Collationem publicè faciendam.*
58 *Verus ſenſus. c. vnic. §. porrò. vt eccle. benef. ſi. diminut.*
59 *Collationes clandeſtinas ſuſpicione nō carere. & tamen noctu fieri poſſe nu.70. quod in electione negatur. nu.61.*
62 *Collationem beneficiorum liberam: nec ſanguinis rationem habendam: eam etiam liberam dici quæ ſine metu fit. nu.63.*
64 *Matrimonia libera eſſe oportere.*
65 *Matrimonium ſpirituale, & carnale eodem iure cenſeri.*
66 *Spirituale matrimonium collatione contrahi.*
67 *Deum pertimeſcere, non oportere: & veritatem metui, tormentiſq;*

præſerendam.
68 *Perſecutionem paſſis regnum cœlorum competere.*
69 *Explicatus Matthæi locus Beati, qui perſecutionem &c.*
70 *Beneficium cum omni ſua cauſa conferendum.*

CAP. III.

SEd nunc rationi congruit, vt de col-
lationibus prælatorum infe
riorũ ab epiſcopis videamus. Primò de Ab-
1 batibus. † quare dico eos regulariter benefi-
cia regularia conferre, & ſecularia etiam quã
doq; ex priuilegio clemen. vnica. de ſupplẽ. negli. pręlatorũ.
2 † Quod idem eſt in prioribus, & alijs habentibus dignitates
vel officia in eccleſijs regularibus, dicta clemẽ. vnica. & hęc
3 eſt ratio: † quia ſicut regularibus beneficia regularia deben-
tur, & ſecularibus ſecularia. c. officij. c. cum ad noſtram. c. cũ
cauſam. & . c. cum in magiſtrum. de elect. cum ſimil. ſic & re-
gularia beneficia à regularibus, & ſecularia à ſecularibus cõ-
ferri debent prædictis .uribus. aliter eſſet ponere falcem in
meſſem alienam, quod fieri non debet. ¶ Qñq; etiam, & à. c.
4 beneficia conferri poſſunt, vt puta † capitulum ſeculari ſecu-
laria, & regulare regularia. c. eã te. de reſcr. & . c. ſi capitulo. de
5 conceſsione præben. in. vj. † hoc tamen fit de ſpeciali priuile
gio, vel conſuetudine pręſcripta. c. cum eccleſia. iuncta gloſſ.
ibi de elect. & . c. vnico. in prin. ne ſede vacante. in. vj. aliter cõ
ferre non poſſet. c. quanto. & . c. ea noſcitur. de his, quæ fiunt
à pręlat. ſine conſen. capituli. Prętereà & ad vnum canonicũ
ratione ſuę hebdomadę ius conferendi competere poteſt.
6 † Has enim vicisſitudines qñq; ſeruant ſingulares perſonæ
collegiorum in conferendis beneficijs ad ea ſpectantibus,
quod Caturci in eccleſia cathedrali ſeruatur, in qua Deo fa-
mulatur ſanctiſsimè, huiuſq; rei ſumus teſtes locupletiſsimi
& ita viciſsim conferre poſſe de iure permittitur. c. vlti. de
pręben. in. 6. Adde deciſionem Rotæ. 380. in antiquis, & de
his vide plenè per dominum de Boſqueto ſanctę Romanæ
eccleſiæ cardinalem in ſua recollectione cõcluſionum, & ru-
brica

brica de conceſſ.præben.c.penult.incipiente in ciuitate ma-
7 golicenſi &c.¶ † Aliquãdo & laici quędam beneficia ex pri uilegio conferre poſſunt.c.dilectus.in tertio de præbendis. c.Adrianus.63.diſt.refert hoc gl.etiam.in.c.imperium.10.di.
8 † & ſi de iure laicus beneficia conferre non poſsit.c.ſi quis deinceps.xvj.q.nec valeat conſuetudo,vt cõferat laicus,vel eligat.c.Maſſana.&.c.ſacroſancta.de electione.& Panormi. in.c.cum apoſtolica.de his,quæ fiunt à prælatis ſine conſen ſu capituli. Ex priuilegio tamen, vt diximus, admittitur.
9 † Exẽplo nobis eſt ſereniſsimus princeps noſter rex Frãcię, qui decanatũ eccleſię Andegauẽſis ex priuilegio ſibi cõceſſo à ſede apoſtolica confert,vt notant glo.& doctores in cano.
10 Imperium.x.diſt.† & idem noſter princeps ex priuilegio dictæ ſedis apoſtolicæ in beneficijs ſui regni habet,quod vacãte ſede epiſcopali,archiepiſcopali,vel quacunq; alia dignitate,quæ ad ſui collationem beneficia habet: ſed de fundatiõe regali talis eccleſia eſt,quod ea conferre poſſit. Ita notant Io annes monach⁹ & Dominicus de ſancto Geminiano.in ca. 2.de pręb.in.6.& ſicut nunc diximus,ex priuilegio laicos be-
11 neficia conferre poſſe:† ita etiam ex priuilegio dicimus, ipſa dum vacant ſibi retinere poſſe.Et hoc priuilegio gaudet rex noſter Franciæ,qui in plæriſq; ſui regni eccleſijs eſt canonicus.vt Pictauis in eccleſia ſancti Hylarij & Lugduni in ea, quæ eſt diui Ioãnis. Et pro his vide notata ab innocẽtio & Abbate in.c.quantò.de conſuetu.gloſam & doctores.in.c.2.
12 de iudicijs.† Ille igitur & multa alia priuilegia à ſede apoſto lica regi noſtro conceſſa ſunt,tanquam non immemor bene ficiorum quæ à pleriſq; regibus noſtris accepit, quæ cauſa breuitatis hîc non infero:ſed quiſq; videat tam in annalibus Franciæ quàm in multis alijs hyſtoricorum libris,& inter cę
13 tera temporalia,† hoc præcipuum habet ijdem princeps,vt neminem recognoſcat in ſuo regno ſuperiorem.c. per venerabilem.qui filij ſint legi.addo glo.ſingularem.in.§.fi.inſtitu-
14 ta de patria pote.† Ex quibus infertur,regem Franciæ in ſuo regno eſſe imperatorem.Prętereo ego multa priuilegia ſpi-

ritualia quæ idem ipſe re habet,quorum vnum eſt quod omnes admirari oportet,operari ſcilicet miracula ſuper cor-
15 poribus infirmorum,hoc enim omnibus palã eſt.† Non ab re igitur ſi pręfatum regem noſtrum dicamus nemini humano ſubiectum eſſe,cum & infirmitates ad inſtar diuorum illi ſubiectæ ſint.Beatus igitur eſt ,qui ad hęc operanda dignus eſt inuẽtus,facit enim mirabilia in vita ſua.Eccleſiaſtici.31.c. Nec obeſt nobis nunc textus.in can.Adrianus.63. diſtin. qui vult,omnes principes terræ debere Imperatorẽ in ſuperiorẽ cognoſcere:quia ita reſpondeo.illa poſſe pręſcribi aduerſus pręedictũ impera.per principem noſtrũ in ſuo regno.arg.tex. in.c.ſuper quibuſdã.de verb.ſig.Et hęc ratio eſſe poteſt, quã ego addo,tum quia talis præſcriptio fuit iuſta,pręedictis roni-
16 bus,tum quia in ſuo regno habet† poſſeſsionẽ,[a] quæ pręſcri-
a ptioni eſt requiſita.Sed an extra regnum ita ſit,dubiũ eſt.certum eſt tñ de facto ipſum nõ eſſe ſubditum,licet ſint qui dicant aliter de iure eſſe.vt gl.& Pañ.in.d.c.per venerabilẽ qui filij ſint & legit.quę gl.adfert ibi tex.in.c. in apibus.7.q.j. Teneremtamen ego,vt breuiter agam,etiã extra regnũ nec de iure,nec de facto regẽ Francię imperio ſubditũ eſſe, prædi-
17 ctis rõnibus . † Quibus adhuc addere poſſem & multa alia ſpecialia,quę Rex noſter à deo oĩpotenti habuit,præter reges cęteros vt ſunt,arma, vexillũ illud quod Auriflamma vulgus vocat,& amphora oleo ſacratiſſimo plena oĩa cœlitus elapſa,multáque alia de quibus per Gulielmũ Benedicti (qui diligẽter ab hyſtoricis hæc omnia collexit)in repetitiõe ſua.c.Raynutius ſub verbo duas habẽs filias.à nume.79. vſq; 89.Si ita igitur eſt,quod Rex Frãcię in ſuo regno neminẽ habeat ſuperiorẽ.an tñ tantæ poteſtatis ſit intra ſuũ regnum, quãtę eſt in vniuerſo orbe imperator.Et,vt in ſumma agã,de hac quęſtione me remitto ad Abbatẽ Pañ.in.c.quę in eccl'iarum. de cõſti.Inn.in.c.cũ P.Tabellio de fi.inſtru.Bar.in.l.hoſtes,ff de captiuis & poſtlimi.reuer.& in.l.infamẽ.de publicis iudi. ff.Bal.in.c.cũ veniſſent.de eo qui mit.in poſſeſ.cauſa rei ſeruan.Idem Bal.in.c.j.§.j.de pace tenen.inter ſubdi. & iura.for

[a] Poſſeſſionem uſucapionis potiſsimam eſſe partem reſponſum eſt.l.ſine poſſeßione.ff.de uſuca.c.ſine poſſeßione.& ibi Dyn. de reg.iur. in 6.Vſus ſiquidem poſſeßionem ſonat l. quoties.ij.de ſeruitu.ti gen. Prateius.

ra.firman.in vſibus feudorũ Andrę.de Iſernia.in.c.j.tit.qui feudum dare poſſunt.Bal.in.l.fi.C.de dona.inter vir.& vxo. Idem Bald.in.l.j ff.de aqua pluuia arcend. & Panor. in cap. paſtoralis. de officio delegat. Multa alia adhuc circa noſtri principis priuilegia hîc addere poſſem. Sed ne in propria cauſa iudices eſſe videamur, hæc ore clauſo pertranſeo.

19 † Ad prímamque viam reuertor, cum dicebam laicos ex priuilegio poſſe conferre beneficia. Intellige tamẽ per talem collationem à laico factã, ius ſpirituale non acquiri ei, cui talis collatio facta eſt, donec per epiſcopũ aut aliũ clericũ talis fuerit inſtitutus.c.in ſynodo.36.diſt.de quo vide Ioannẽ Mõ-

19 tania in ſuo tractatu de bigamis.quæ.5. Et † ſic dicerem ego talem collationem, quam laici ex priuilegio habẽt, propriꝰ præſentationem dici deberi: cum preſentatio requirat inſtitutionem ſequentem. Sed hæc melius diſcutiemus inferius. Et quia nunc diximus de priuilegio vel conſuetudine

20 præſcripta laicum beneficia conferri poſſe. † quid priuilegium ſit, quid conſuetudo, & illorum differentiam vide per glo.in verbo præſcripta.§.ſtatuit & decreuit.in titulo de cauſis in pragma.& de priuilegio perſonali & reali, vide per glo. per glo.magnam in verbo legatorum prope finem.§.item circa clauſulam poſitam ſub titu.de collationibus. in prag.

21 † Præterea ad Epiſcopum & capitulum ſimul de iure communi collatio beneficiorum ſpectare poteſt cap. poſtulaſtis de conceſſ.prębend.vel ad Epiſcopum & capitulum alternatis vicibus.clementina plures de iure patro. & cap.cum in illis.§.fin.de præb.in.6.illa clemen.plures loquitur de præſentatione patronorum, qui ſi plures ſint in iure præſentandi, inter eos vti poſſunt alternatis vicibus: datque ibi rationem Clemẽs Sum.pon.vt faciliùs prouideatur eccleſijs, & prędi-

22 cti res collatores ordinarij dici poſſunt.& † ſic nõ ſolùm Epiſcopi, imo & alij tam ſuperiores quàm inferiores, & ad quos beneficiorum collatio ſeu alia prouiſio ſpectat, etiam ſi iuriſditionem non habeant.ita gloſ.in clemen.j.in verb.ordinarium.vt lite pendente &c.Cui eſt ſimilis glo.in cap.ſi ſoli

in.1.de offi.ordi.ita Decius etiam in cap.poſt ceſsionem.de
probationibus & Cardinalis in clemẽ.j.§.adhæc de ſtatu mo
nachorum.Et,vt paucis agam,omnes qui à Papa, vel lege,
vel conſuetudine poteſtatem conferendi eccleſiaſtica bene-
ficia habent collatores dicuntur:cano. iudicibus.2.quæſt.6.
23 & notatur in cap.ordinarij de offic.ordi.in.6.† & quando à
talib⁹ ordinarijs fit aliqua collatio,non putes de ſubſtantia
a collationis eſſe literam[a],ſicut nec de ſubſtantia contractus
eſt ſcriptura,cum ſolo conſenſu perficiatur,ſed ſolùm fit ad
probationem contractus.l.contrahitur.ff.de pig.&.§.j.de ob
lig.ex conſenſu in inſti.ciui.Quando igitur ab ordinario col
latio fit,ſcriptura tantùm interuenit ad perpetuam rei me-
moriam,non quod ſit de requiſitis neceſſariò ad collationẽ,
24 arguendo ab ipſis contractibus † Quæ quidem collationis
à conferre habentibus intra ſex menſes de iure fieri debent,
exceptis electiuis,ſuper quibus arbiter eſt, vt plenius ſpero
me dicturum inferi⁹ & aliter illud ius conferendi deuolui
26 tur ad proxime ſuperiorem.cap.2.de conceſ.præb.† Et hoc
tempus ſex menſium generaliter à tempore ſcientię currere
incipit,& non à tempore vacationis cap.quia diuerſitatẽ. in
fine co.titu.& cap.licet magiſter de ſupple.negli. præla. ra-
tio eſt:quia qui neſcit,poteſtatem experiendi non habet:l.
annus in fi.ff.de calumniato.l.cum ſex mẽſes.ff.de ędi.edi.
& cano.biduum.2.quæſt.6.Sed is collator qui ſit beneficium
vacare,vlterius certiorari non debet.vt expreſsè habetur in
dicto cap.licet.de ſupp.negli.pręla.ibi dum dicit,ſi vobis cõ
ſtiterit quouis modo ſcilicet:& in cap.cum inter vniuerſos
de elec.& cap.de multa.§.j.de præb.facit text.in.l.j in fi.ff.de
26 actionibus emp.† Et hoc tempus ſex menſium ad conferen
b dum vtile[b] eſt,& nõ contiuum,arg. cap:quia diuerſitatem.
de conceſ.pręben.vbi tale tempus non currit à tempore ſu-
ſpeſionis ſciunt,quo eligere non poſſunt id facere habentes.
27 Quando † autẽ per negligentiam Epiſcopi vel alterius infe
rioris collatoris conferendi autoritas ad proximũ ſuperio-
rem deuoluatur.vide per gloſ.in verbo illos.§.quod ſi hi ad

quo

a Ad eſſe actus ſcripturam neceſſariã nõ eſſe reſcriptum.eſt.l. pactum bona.C.de pa. Qui tamẽ ſint caſus eam requirentes uide glo. c.j.de cenſib. Prateius.

b Qui dicantur dies utiles tradit iureconſul. l.j.§.dies.ff.quando appellãdum ſit no. l.ij.ff. quis ordo in bo. poſſeſ. ſer. De quadriennio utili uide text.l. petendæ.C. de temp.in integ reſti. Prateius.

quos in titu.de concubinarijs in prag.ſanƈti. Et quod ſuperiùs dixi, beneficij vacantis intra ſex menſes prouiſionem fieri debere, aliâs ius ad proximiorem deuoluitur: hoc tamen.
28 in patrono laico reſtringo, † qui intra quatuor menſes à tẽpore notitiæ vacationis pręſentare habet cap.vnico.§.verũ. iunƈta glo.ordinaria ibi, ad hoc.de iure patro.in.6. Et ſic in
29 hoc patronus clericus & laicus differunt: † cum clericus ad
30 præſentandum ſex menſes habeat, † etiam ſi in iure præſentandi concurrat cũ laico & hęc ratione cõionis quã inter ſe habẽt. Et ſic illo caſu vterq; iſtud tps ſex mẽſiũ ad pręſentandum habebit.ad inſtar eius quod dicimus, de eo qui rem communem cum pupillo habet.l.ſi communem. ff.quẽadmodum ſeruit.amitt.vbi ex reſponſo Pauli iurecõ.habetur. Si cõmunem fundũ ego & pupillus haberemus, licet vterq; non vteremur, tamen propter pupillum, & ego viam retineo. Ex cuius verbis notandum eſt, quod nõ poſſum per me, poſſum per alium.c.pe.de conceſ.præben.in.vj.l.Ariſto. ff. quæ res pignori obli.poſſ.l.his enim.ff.de fur.l.cum autem. §.fina.de ædili.ediƈt.l.iij.§.planè.&.l.non putauit.§ ſed & ſi exhęredatus.ff.de bono poſſeſſ.contra tabu.cum multis alijs ſimilibus, quas habes in gl.fi.d.l.Ariſto.& hoc fit propter ius commune inter aliquos, quod quidem indiuiduum eſt, ita, vt aut in totum retineatur, aut in totũ amittatur, vt in prædiƈtis iuribus.& ita illam iuris regu.intelligere habes, quod
31 non poſſum per me, poſſum per alium. † ſed quę ratio eſt: quare in hoc iure pręſentandi minus temporis patronus laicus habeat, quam clericus? hanc dicerẽ ego eſſe: quia qui in vno grauatur, in alio releuari debet, & econtra.l.eum qui.in prin.ff.de iureiur.l.j.primo reſponſo.ff.ex quibus cauſis maiores &c.& auth.contra qui propriam.C.de non numerata
32 pecunia. † Atqui laicus vnum habet, in quo releuetur: quia variat in præſentando poteſt, intra tempus illi à iure conceſ-
33 ſum ad pręſentandum.c.ſi verò.de iur.patro. † in alio grauatur: quia ad præſentandum quatuor menſes ſolum habet.c.
3 quoniam.&.c.cum propter.eo.titu. † Clericus verò è diuer

ſo,qui vnum habet,in quo grauetur:quia in præſentatione
35 variari non poteſt,† habet aliud in quo releuetur,ſex mēſes
ad præſentandum.c.eam te.& ibi optimè Panor.eo.ti.de iu
re patro.domini de Rota plenè de hac materia in deciſioni-
bus antiquis deciſione 560.& dominus de Boſqueto cardi-
nalis in recollectione ſuarum concluſionum ſub titu.de iu-
re patro.c.iij.& pleniſsimè Rochus de Curte in repetitione
36 rubr.de iure patro.in verbo honorificum.q.xxvij. † Quod
autem dixi,patronum clericum ſi in iure præſentandi cum
laico concurrat quantum ad tempus præſentandi,iure cleri-
37 ci vti debere.† idem dico eſſe in nominationibus,ſcilicet ſit
clericus,& laicus concurrant in iure præſentandi quod tūc
tale ius patronatus ſapiat naturam clerici, & ſic licet bene-
ficia quæ ad præſentationem laici ſpectant, non cadant in
turno nominatorum.per gl.in verbo eccleſiaſtico.§.item qd
ad dictas tit.de colla.in prag.ſanctio. Illud tamen verum eſt,
vbi talia beneficia purè ad præſentationem laici ſpectarent,
quod ſecus eſt,quando concurret cum patrono clerico. cum
eo caſu talia beneficia naturam clerici ſapiant, tanquam di-
gnioris.facit capitulum per tuas.de arbit.capitulum quod in
dubijs de conſecra.eccleſiæ vel alta.capitulum. j. de iure pa-
tro.&.l.quæ religioſis.de rei vendi.ff.Hoc tamen melius tan
38 genus inferius.† An autem per collationem ſummi pont.
poſſit patrono laico derrogari,vide plene per gloſ. in verbo
39 eneruantur.§.cæterum huiuſmodi.in proœmio prag. † & in-
tra quod tempus à patrono laico præſentati inſtituēdi ſint,
vide in gl.in verbo.reſpectiuè.§.item circa clauſulam in titu.
de colla.eod.lib.Sed ne propriam materiam noſtram videa-
mur reliquiſſe quantùm ad ipſas collationes,quæ ab habenti
40 bus conferre fiunt:dico † quatuor neceſſario de iure oporte-
re adeſſe in eiſdem.Scilicet vt purè,palam,liberè fiāt, & ſine
41 quauis diminutione.† Sed priuſquàm hæc tangamus, quid
collatio ſit,vide per rebufi in ſuis gloſſematis, concordatorū
42 ſub titu.de colla.in princ.† Et quid prouiſio,& præſentatio,
vide per eundem ibi in gl.in verbo prouiſionem & in glo.in
verbo

verbo præſentationem. Quid verò inſtitutio ſit, vide per Hoſtien. in titulo de inſtitu. in ſua ſumma. Et vltra eum, ita
43 ipſam deſcribo. † Inſtitutio eſt in corporalem poſſeſſionem
44 vel quaſi inductio ſeu traditio. Ideo dixi, vel quaſi, † quia inſtitutio ſæpe fit, per traditionẽ anuli, vel libri, ſeu cuiuſcunq; alterius ſimilis. c. cum olim. de re iudi. c. poſtulaſti. de conceſ-
45 ſio. præb. † Et ſic illa inductio realiter corporalis neceſſariò non requiratur. Et de his, quæ diximus nunc breuiter me expediens, vide per Rochum de Curte in ſuo tract. de iure patro. potiſſimùm in princ. illius ſui operis. & per de Selua in ſuo tract. de beneficio tota quæſt. j. 3. partis. tractatus. Super his enim, quæ iam ſatis ſuperquè ab alijs tacta ſunt, parum, aut nichil dicturus ſum, niſi ad gratiam colligenti fecerim,
46 quæ varijs ſparſa locis reperi. Nunc ad opus redeo. † Purè igitur collationes fieri debere, hoc eſt abſq; pacto aliquo, cõuentione, vel conditione. c. fin. de pactis. Et cano. quam pio. j.
47 quæſt. 2. † Huiuſmodi enim conuentiones ſymoniam inducunt, cap. cum pridem. de pact. Siue tacitè, ſiue expreſſè, ſiue directè fiant, cano. per laicos. 16. q. 7. facit regula iuris, Actus legitimi &c. de reg. iur. in. 6. & quod per dominum de Ancharano notatur ibi. Quod autem dico cõditionem in colla. in-
48 ducere ſymoniam: † hoc verum eſt, niſi talis conditio ſit, quę de ſui natura inſit in ipſa collatione. Puta ſi collator dicat, cõfero tibi talem eccleſiam vel præbẽdam ſi vaccet, vel ſi capax es eiuſdem. Talia enim vel ſimilia actum non faciunt conditionalem: quia quę in beneficiorum collatione de iure tacitè inſunt, ſine aliquo vitio ſymoniæ exprimi poſſunt. ita notat Pan. in. c. ſignificaſti de elec. in. c. olim. in. j. de reſtitu. ſpolia. & c. ad audientiã de præſcr. hãc igiť exp̄dictis elicio regulã.

Ea quæ tacitè inſunt, ſi exprimuntur, nihil operantur.

Pro hac regula adfero tex. in. l. 2. ff. de leg. j. & in. l. conditio-
49 nes. ff. de condit. & demon. † Aliter autem nec pactum, nec conditio in ſpiritualibus valẽt: cum talis conditio vel pactũ turpe ſit, & ſic ceſſare debeat. dict. ca. quam pio. j. q. 2. tanquã inducens ſymoniam. c. cum pridem. de pact. vel tacitum ſit,

50 vel expreſſum.dicto cano.per laicos.16.q.7.† Turpe pactum poteſt etiam dici,quod de re ſacra,ſeu ſpirituali fit.d.c.ſi. de
51 pactis.† Et tale pactum turpe nullam ſecundũ canones indu cit obligationẽ.c.vnuſquiſq;.c.in malis promiſſis.c.non ſem per ꝓmiſſa.c.diffinitio. c.ſi ad pactum.&.c.mulier. 22. q.4. Et nedum tale pactum turpe inimicum eſt canonibus, imò nec ſecundũ leges ſeruãdum eſt,nec obligat.l. generaliter. & l.veluti.ff.de verb.oblig.l.ſi vnus ex argentarijs.§.pacta.ff.de pactis.l.ſi remunerandi.§.rei turpis.ff.mandati. &.§. qđ turpi
52 inſtituta de inutil.ſtipu.† Turpe enim pactum dicitur,ſiue turpis rei.vt ſi quis promittat homicidium ſe perpetrare, vt in caſu illius.l.veluti.vel etiam ſacrilegium,vt in illo.§. quod turpi.vel ſi turpem cauſam contineat:puta ſi paciſcar,ne fur ti agam,vel iniuriarum.dicta.l.ſi vnus.§.pacta.ff.de pact. Vel ſi tale pactum ſeu promiſſio vergeret in animę detrimẽtum, etiam ſi vallatum eſſet iuramento.c.ſi ad peccatum.& cano. mulier.22.q.4.Et de iuramento addito tali pacto ſeu promiſ ſioni habes in.c.ſi aliquid.& cano.non eſt obſeruãdum. & in multis alijs.d.cauſa.&.q.Quibus addas regulam iuris. Non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum.de reg. iuris in.vj.† & breuiter omne pactum quod contra leges,cõ ſtitutioneſúe, ſenatuſcõſulta, plebiſcita,decreta,edicta prin cipum,vel bonos mores fit,eſt nullũ.l.pacta quæ.C.de pact. l.alia cauſa.§.eleganter.ff.ſoluto matrimonio . &.l.iuriſgen-
54 tium.§.prætor ait.ff. de pact.ſic & impoſsibile præceptum nullum eſt ſiue ſententia.l.Paulus.ff.quæ ſenten.ſine apella. reſcin. Pactum igitur vt hæc abſoluam,in collatione poſitũ, vel conditio collationem nullam reddunt.rationes iam vidi mus ſuperiùs.quod idem de modo dicendum eſt: qui qui dem conditioni æquipollet.c.ſi infideles.xviij.q.j.c.verum.
55 de conditio.appo.&.l.j.C.de conditio.quæ ſub mo.† Imò di co ego maiorem adhuc obligationem modum,quàm condi tionem inducere:nã ſi is cui ſub modo aliquid relictum eſt, caueat de eo implendo,ſtatim agere poteſt,ac ſi iam impleſ ſet.l.ſi tibi legatum.ff.de lega.iij.l.cum in teſtamento . ff.de

fidei

fidei commiſſa liber.&.l.quibus diebus.§.fi.ff.de conditio.&
demonſtra.quod ſecus in conditione dicendum eſt,euentus
cuius ſemper eſt ſpectandus.l.qui hæredi.§.fi.ff.de conditio.
56 & demõſt.ſed,vt paucis agam de hac materia,& † quõ conditio,modus,& cauſa differant me remitto ad Hoſt.in ti.de
condi.appoſitis.§.quid ſit conditio.in ſua ſumma.¶ Secundũ
57 qd diximus requiſitum in collatiõe eſt,† vt palam fiat, alioquin collatio ſuſpecta dicatur.c.vnico.§.porrò. vt eccleſiaſtica beneficia &c.facit tex.in.l.non exiſtimo.ff.de admini.
tu.vbi tutor pupilli pecuniam mutuo à contutore accipere
poteſt,vel à ſeipſo etiam palam & bona fide,non autẽ clam.
58 † Hoc tamen verum putarem ego ſolùm in electionibus clãdeſtinis,quæ ita factę à iure reprobant.c.quia ꝓpter.§.fi. de.
elec.& expreſſè Panor.in.c.j.de clãdeſt.deſpõ.& nõ in colla.
ſeu prouiſionibus,quæ,& ſi clandeſtinè fiant, propterea nõ
reprobantur,dum tamen is cui confertur,aliter capax ſit:&
ſic hodie,vt videmus ſeruatur.Nam his diebus hi,qui conferre habẽt, in cameris ſuis paucis præſentibus ſua conferũt
beneficia.Veruntamen ex diutina occultatione & ex quibuſdam alijs contra conferentem ſuſpicio oritur.& iſte eſt verus intellectus capituli vnici.in.§.porrò.vt eccleſiaſtica be-
59 neficia &c.† Proinde & tales collationes quæ clam fiunt,de
iure etiam ſuſpectæ dicuntur,vt voluit gl.in.d.c. vnico. in
verbo occulta.& ibi Imola & Panor.idẽ tenent Geminianꝰ,
& Archidiaconꝰ in.c.ſi tibi abſenti.de pręb.li.vj.qcqd cõſuetudo in cõtrariũ habeat,vt dicebamꝰ.Ex quibꝰ oĩbus hoc inferri põt,licet collatio bñficij,quę de nocte fit valeat,nec ſit
61 irritãda:† hoc tñ in electiõe locũ ſibi nõ vẽdicat:cũ electio
occulta,& clandeſtina nũquã valeat.d.c.qa ꝓpter.§.electiões
de elect.quod tamen verum eſt in electione,in qua ſeruanda
eſt forma dicti.c.quia propter.aliàs non.ita in ſpecie reperi
Felinum tenere in.c.conſuluit.ver.collator.de offi.delegat.
62 ¶ † Tertium,quod in conferendis beneficijs ſeruãdum eſt,
vt liberè fiat.Is enim qui conferre habet,quadam liberalitalitate moueri debet in conferendo,non carnali affectu: ſed

a Humanos quoſdã actus publicè fieri debere & reſcriptũ eſt & reſponſum.d.c.uno.§.porro.hic adducto in ſponſalibus nuptijsq; idẽ iuris eſt toto tit.de clã deſt.deſpõ. in antiquis quod & in teſtamentis eſt uerißimũ.l.heredes palam.ff.de teſtamentis. Prateius.

rationis iudicio.c.graue.de præben.& hunc rigorem, vt dicebamus,ſecutus fuit Benedictus duodecimus, qui dicebat Papam nullos habere conſanguineos.grauis profectò morbus eſt in eccleſia,maximusq; abuſus, & quoddam abſurdũ indignos ad eccleſiaſtica beneficia aſſumere,quæ carnis ſunt tantũ ſequentes.vnde quanta ex his paſſa fuerit eccleſia incommoda,nemo ſanæ mentis ignorat:nec ſcio ego quo velamine conferre habentes clauſos gerant oculos,vt dignis, & qui benemeriti ſunt poſtpoſitis,indignos aſſumant:qui eccleſiæ cui ſerui debent,nullum valeant impendere famulatum.vnde Hoſt.in tit.de prȩben.§.vlt.in ſua ſumma.de quibuſdam eccleſiæ argentinȩ canonicis refert.cum capitulum illius eccleſiȩ de creandis in ea quibuſdam canonicis tractaret,& quilibet canonicorum ſuum nepotem,vel conſanguineum inhabilem,& penitus inutilem nominaret, quidam eorum natione Romanus caſium capituli(qui viginti annis aut plus.d.capitululo ſeruierat)in canonicum nominauit,dicens talem aſinum ob ſeruitia quȩ capitulo fecerat,omnibus alijs nominatis eſſe digniorẽ.quibus auditis canonici in ruborem verſi abiere confuſi.Optima fuit hæc tanta canonici reprȩhenſio,quȩ omnibus exemplo eſſe debet,qui de beneficijs eccleſiaſticis prouidere habent,quomodo dignis illa cõferre debeant.Nihil certè periculoſius eſt,quam eccleſiaſtica beneficia conferre motu carnali,aut pecuniario.qđ Gregorius ſeptimus Roma.pon.non tacuit.in.c.ſi quis.j.q.iij.& & videas ibi pœnam ita conferentis,quæ eſt, vt ab officio
63 ſuſpendi debeat.i.deponi.cui eſt ſimilis tex.in.c.83.diſt.† vel aliter beneficia liberè conferri debẽt,hoc eſt nullo metu interueniente.c.dilectiſsimi.viij.q.ij.c.nihil.83.di.& in.c. quatuor modis.xij.q.iij.illo textu arguens de iudicio ad beneficij prouiſionẽ.quod argumentum optimè fieri poteſt:cum qui de beneficio prouidet,iudicare videatur,talem cui prouiſio fit dignum eſſe ad beneficium,& vt in ſponſum eccle-
64 ſiæ aſſumatur.† Quare ſicut in matrimonio carnali conſenſus debet eſſe liber,aliter matrimonium nullum eſt.c. cum

locum.

locum.de ſponſalib.vbi Alexander tertius decidit, conſenſum locum non habere,vbi metus,vel coactio intercedit.intellige tamen de eo metu,qui cadere poteſt in conſtantem virum,de quo in.c.veniens.&.c.conſultationi.eo.ti.de ſponſa. & vbi de matrimonio quæritur,plena debet ille ſecuritate gaudere,cuius eſt anim⁹ indagand⁹, ne præ timore dicat,ſe amare q̄d odit,& exitus ſequat̄,qui de inuitis nuptijs ſolet ꝓuenire.d.cum locum.quia quod quis non diligit,facilè contēnit.c.præſes.xx.q.iij.c.prætereà.in.j.&.c.requiſiſti. de ſponſal.Libertatem enim habere debet,qui conſenſum præſtat, aliâs non eſt conſenſus:quia coactus conſenſus,conſenſus nō
65 eſt,dictis iuribus.Sic † & quod de matrimonio carnali diximus,ſic & de ſpirituali cenſendum eſt.ita gl.& ibi Abbas Panor.in cap.bonę.in.1.& in cap.quiſquis.de electio.vbi Innocentius dicit electionem,quę minus fit,poſſe dici eam factā per abuſum ſecularis poteſtatis:quo caſu nulla eſt. ad quod facit bene tex.in capi.vbi periculum.§.cæterùm de elec.in.6. vbi tex.dū adimitur eligendi libertas,electio ceſſat.& hęc ratio eſt,quia vbi conſenſus cum qualitate libertatis requiritur,non ſufficit conſenſus,niſi & qualitas libertatis adſit.facit tex.in cap.Piſanis.de reſtit.ſpolia.glo.in cano.notificaſti. 23.quęſt.5.Panor.in cap.cum locum.deſponſa.& in cap.Abbas.de eo quod metus cau.Bar.in ſuo tractatu de tyranno.&
66 & Bald.in.l.decernimus. C.de ſacroſanct.eccle.† Et cum in collatione beneficij matrimonium ſpirituale contrahi dicamus,abſq; aliquo igitur metu conferri debet,& eo ita collato abſq; metu aliquo etiam,vel diſsimulatiōe regi debet.Sepe enim fit,vt rectores improuidi alijq́ue,qui curam animarum habēt, humanam amittere gratiam formidantes,recta loqui liberè pertimeſcunt,obliti interim vocis illius(qui via
67 veritas & vita eſt)apud Matthęum.10.cap. præcipientis talibus ac oībus nobis eos nō timendos,qui corpus occidunt, animā autē non poſſunt occidere:ſed potiùs eum eſſe timendū,qui poteſt & animā & corpus perdere in gehennam.quę verba habentur etiā in cano.nolite.11.q.3.quis quęſo ſuis pe-

cunijs,ſuę faciei ſplendore,ſuis officijs & dignitatib⁹ aut(ſi manis)vanitatibus tam tutus eſt,qui talẽ nõ timeat? Quare Ieremias cap.10.te non timebit ô rex gentiũ?quibus verbis Hieronymus ibi addit,qui duplicẽ gehennã habes ignis & frigoris.quod probatur iob.24.cap.vbi habes.Ad nimiũ ca lorem tranſibunt ab aquis nimium &c.Et ſic cruciatus ille erit ab extremo vſq; ad extremũ , ergo incompręhenſibilis. Propterea chriſoſtom⁹ ſub illis verbis,nolite timere eos qui occidũt corpus &c.Matthęi.10.ait eum qui aĩm perdere po teſt nõ timemus.eum vero qui põt corpus nr̃m perdere ſed interficere,timemus.vnde ꝓuerb.29.ca . Qui timet hominẽ citra corruet : & qui ſperat in dño ſubleuabitur. Quapropter Debent pręlati reliquique ſacerdotes liberè tyrannos corripere,& huius ſeculi ptãtibus voce libera reſiſtere,cap. generali.de electi.l.6.Meli⁹ eũ eſt,ꝓ veritate pati ſuppliciũ, quã adulatione bñficium . nemo peritorũ.11.q.6.exemplum nobis reliquit diuus Ambr.qui cum Theodoſium imperatorẽ excõicatione innodaſſet,eũ ab eccleſia excluſit,vt hr̃ in cano.duo ſunt quippe.99.diſti.Putatuſq; fuit pro altaribus immolari.cano.cõmemor.23.quæſt.8.ex quib⁹ colligẽdũ eſt prælatum prę̄ſto eſſe debẽt ad ſubeundam mortem,nõ ſolũ vbi fides eccl'ię impugnatus,ſed etiã ſi res ſuę eccleſiæ auferantur.inſtar beati Tho.archiepi Catuarieñ.qui pro rebus eccl'ię ſiue & libertatibus eiuſdem tuendis,ſuſcepit martyriũ,vt hr̃ in ca.ſicut dignũ.§.3.vſq; ad finẽ toti⁹ cap.de homi cidio Btĩ eñ ſunt q pſecutionẽ patiunť ꝓpter iuſtitiã &c. Mat.5.ca.Nõ eſt hęc octaua btĩtudo ſolũ,de qb⁹ ibi:ſed oĩm ꝓcedẽtiũ illuminatio,& ad ſingulas referẽda.Sic btĩ pauperes ſpũ,q pſecutionẽ patiunť pp iuſtitiã:Btĩ mites,q pſecutionẽ ꝓpter iuſtitiã.& ſic de ſequẽtib⁹.Nõ eñ oĩs q perſecu tionẽ patiť,btũs eſt,ſed qui ꝓpter deũ.quare dicit,ꝓpter iu ſtitiã de cęlo ꝓſpiciẽtẽ pſal.84.& ſic ꝓpter iuſtitiã cõſeruan dã,& defendendã exẽplo Io.Bap.q ab Herode ad mortem ꝓſecut⁹ eſt,ꝓpter Herodiadẽ dicebat nõ ei licere habere eã, Quis ille Herodes eſſet,cum plures fuerunt.Hiero. Mat.14.

Ioannes

Ioannes igitur perſecutionem paſſus eſt, ſtatuens iuſtitiam conſeruare,defendere,& propugnare:quia vera iuſtitia eſt, Deo reddere,quę Dei ſunt,& ſibi quæ ſui ipſius, & proximo quę proximi.iuxta illud Matthęi.22.c.Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari &c. non autem beatus ille,qui perſecutionẽ patitur propter iuſtitiam ob ſua ſcelera,vt hæretici, latrones,homicidę,& cæteri malefici.vnde.j.Petri.iij.cap.ſed & ſi quid patimini propter iuſtitiam beati.rurſus apud eundem.iiij.c.nemo veſtrum patiatur quaſi homicida,aut fur, ſicut duo latrones illi qui cũ ſeruatore noſtro hinc, & hinc ſuſpẽſi ſunt.Lucæ.23.c.& qui piſtoribus Pharaonis pręerat, â Pharaone ipſo ſuſpendi iuſſus eſt Geneſeos.40.c.igitur eorum qui ꝓpter iuſtitiam perſecutionem patiuntur,Regnũ cœlorum eſt per ſucceſsionem:quia ſi filij,& hæredes.Rom.
68 8.ca.✝& nedum per ſucceſsionem regnum cœlorum eſt eorum,qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam,imò & per donationem.Lucæ.12.c.nolite timere puſillus grex:quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnum &c.itẽ & per emptionem Matthęi.13.c.ſimile eſt regnum cœlorũ thæſauro abſcondito in agro,quẽ qui inuenit homo,abſcondit,& prę gaudio illius vadit,& vẽdit vniuerſa quę habet,& emit agrũ illum theſaurus ille eſt ſciẽtia Chriſti Geneſis.27.Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni &c.Abſconditus dicit:quia in eo omnes theſauri ſapientiæ,& ſcientię abſcõditi ſunt,vt ad Coloſſen.2.c.ager verò eſt cœleſtis Hieruſalẽ, quem emere nos oportet Prouerbiorũ.31.c.conſiderauit agrũ & emit illũ &c.Ex quibus argumentũ colligi poteſt, nos vitam æternã ex condigno creatam,non increatã mereri poſſe:quia nõ dicit emi theſaurũ,ſed agrũ.quare Auguſtinus ſub prędictis Matth.verbis,ſimile eſt regnũ cœlorũ &c.ait venale habeo quid dñe regnũ cœlorũ quõ emitur paupertati regnũ dolore,gaudiũ,labore,requies,ignominia,gloria,morte,vita.inſuper & per violentiã ſui ipſius regnũ cœlorũ eſt.Matt.11.c. regnũ cœlorũ vim patitur,& violẽti rapiunt illud.Hi enim qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã,ſunt qui cum

Chriſto comedũt in via panẽ doloris,& aquã tribulationis bibũt.Eſaiæ.30.c.dabit dñs panem arctum,& aquam breuẽ, vnde cum eo comedent pinguia in die ſolennitatis.& adhuc in.e.Eſaia.25.c.faciet dñs exercitiũ omnibus populis in monte hoc.i.in patria cœleſti cõuiuium pinguiũ,cõuiuium vindemię.Iſti enim ſunt ſocij paſsionũ Chriſti in via vnde erũt ſocij cõſolationum in gloria.2.Corinth.1.c. ſcientes quoniã ſicut ſocij paſsionum eſtis,ita eritis & conſolationũ.Iſti cum Chriſto in paupertate manent,ideò cũ eo permanebunt in hæreditate.& Lucæ.22.c.Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ in tentationib⁹ meis.& ego diſpono vobis,ſicut diſpoſuit mihi pater regnum:vt edatis,& bibatis ſuper menſam meã in
69 regno.Hæc † enim beatitudo,beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum licet vno fine claudatur cum prima beatitudine deſcripta ibi ab euangeliſta,quæ eſt,beati pauperes ſpiritu,quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum ab ea tamen differt:quia prima regnum Dei habet in ſpe,hæc autem in re . iure optimo igitur in.viij.ponitur loco,cum generalem reſurrectionẽ ſignificet,vt ibi dicit Auguſtinus.Hanc igitur perſecutionem pati debent viri eccleſiaſtici,& qui eccleſiæ commoda aſſumunt,potiſsimùm epiſcopi,prælatiq; alij à tyrannis,& ſeculi poteſtatibus eos increpando,& ne quidpiam à talibus ab eccleſia auferatur,iuxta verbum Pauli apoſtoli & ad Timotheum vlt.c.Prædica verbum. inſta oportunè , importunè argue,obſecra,increpa in omni patientia,& doctrina &c.de hac perſecutione adhuc habes.1.Petri.2.&.3.c.& in.c.à recta xxiiij.q.1.&.c.ſcimus.43.diſt.¶ Quartum,& vltimum quod
70 dicebamus in collatione requiritum eſt,vt abſq; aliqua diminutione beneficium conferatur.Non eſt enim illius,qui confert beneficia minuere illa,ſed cum ſuis oĩbus iuribus illa cõferre habet,niſi aliter ex cauſa fiat . de quibus his omnibus vide totũ illũ titulũ,vt eccleſiaſtica beneficia &c.cũ ibi not. quæ cũ quilibet pro libito ibi videri poſsit hîc prętermitto.

TIT.II. FINIS.

De plu

DE PLVRALITATE BENEFICIORVM ET DISPENSATIONE SVPER EISDEM.

TITV. III.

ARGVMENTVM

Tituli tertij progreſſus in vniuerſum eò tendit, vt oſtendat canonis gratiam ad ſacerdotiorum congeriem minimè faciendam. Digreſſione nihiloſecius quædam in prælatis notanda, & in concedendis eccleſiaſticis dignitatibus abuſus varios inſerit.

SVMMAE.

1 *Neminem beneficia duo ſimul obtinere poſſe ampliat.nu.3.4.7.& .11. limitat.nu.18.*

2 *Is tamen etiam à iudice ſpoliari non debet.*

5 *Quæ dicantur eccleſiæ parochiales, qui parochi, parochiani & cur ita dicti ſint.nu.6.*

8 *Diſpenſationem facilè concedi non debere.*

9 *Propter officium deberi beneficium.& nu.49.*

10 *Beneficiorum cumulum canonibus inimicum,& cur: eundemq; à lege prohibitum in dignitatibus.nu.11.*

12 *Quodcunq; beneficium regulare reſidētiam perſonalem requirere. & nu.16.17.& .20.& qua de cauſa.nu.28.& .29.Idq; quomodo accipi debeat.nu.15.*

13 *Paſtoris vocem audiunt oues: & illius officium.*

14 *Limitatio regul.qui per alium.de reg.iur.lib.6.*

19 *Conſuetudinem diſpenſationi æquiparari.*

21 *Intellectus §.is autem.c.fin.de off.deleg.*

22 *Vicarij perpetui qui ſint, à quo,& quando inſtitui poßint.*

21 *Vicariæ perpetuæ quibus annexæ ſint.*

24 *Vicarias perpetuas curata beneficia eſſe, iuncto.nu.22.ſ.*

25 *Præter romanum pontif.canonis gratiam facere poſſe neminem.Temperat declarans.nu.26.*

27 *Iuris pontificij aut cæſarei profeſſor alium ſibi ſubſtituens an ſalarium ex promiſſo conſequi poßit remißiuè.*

30 *Beneficiarios intra annum à tempore adeptionis benef. ad ſacros ordines promoueri debere. & à quo die, & quibus curratpræſcriptio nu. 31. & non admitti hoc caſu purgationem moræ. nu. 32.*

33 *Studij cauſa ſuſceptionem ordinum ſeptennio differi quantoq́; tempore, quóue loco ſtudendum ſit.*

36 *Ordinandos cuius ætatis, & qualitatis eſſe oporteat.*

35 *Temporarij vicarij qui.*

37 *Sententiam Panor. præualere qua vicarios perpetuos titularios non cõmendatarios eſſe dictum eſt.*

38 *Diſpenſatio quid.*

39 *Diſpenſandi quæ cauſſæ.*

40 *Commendam propriè beneficium non dici.*

41 *Beneficij commendatitij acceptionem & materiam locis illic adductis tradi ſcribit.*

42 *Iuſtam diſpenſandi cauſſam in Rom. pontifice præſumendam. Idq́; in diplomatibus principum locum habere.*

43 *Principem legẽ animatam viuamq́; eſſe.*

44 *Diſpenſanti quid ſpectandum.*

45 *Concluſio in materia diſpenſationum.*

46 *Egregios doctoſq́; viros diſpenſari ad plura beneficia poſſe. Intellectus ad. C. de multa. de præb. & dignit. in vol. græg.*

47 *Commode cuilibet beneficia diſtribuenda eſſe idq́; pro perſonarũ qualitate. & nu. 50.*

48 *Commdde viuere, & in penuria viuere mutue dißident.*

49 *Beneficium qua ratione concedatur.*

51 *Condolet clericis victum quæritantibus.*

52 *Beneficiorum congeriem periculoſam eſſe.*

53 *CHRISTVM non Rom. pontificem rerum ſacrarum dominũ, eaſq́; à papa alienandas non eſſe.*

54 *Romanum pontif. ſine cauſſa diſpenſare nõ poſſe: beneficia eccleſiæ primitiuæ tenuißima fuiſſe. nu. 55.*

56 *Diſpenſandi cauſſas hodie ceſſare.*

57 *Monaſticæ vitæ genus quale à notatione verbi.*

Collatis

CAP. I.

COllatis Itaq; ſic beneficijs ab his,qui ius confe rendi habent, de quibus proximè ſuperiore titulo vidim⁹. Sed cum in varijs iuris partibus deciſum
1 ſit , † neminem duo,aut plura ſimul de iure obtinere poſſe, capit. quia nonnulli:de clericis non reſiden.& cano.ſingula 81.diſtin.cum pleriſq; alijs ſimilibus.Et quia nunc dubium oriri poſſet, an talis poſſet cui duo beneficia aut plura collata ſunt,ſaltem o-
a ptionem habeat retinēdi,[a]quod maluerit? Quare ſuper hoc dico:licet olim id fieri licuiſſet,per cap.referente de prębend.ho die tamen ſecus eſt,cap de multa eodem titu. Quo cautum eſt,ſi quis perſonatum ſeu quoduis aliud beneficium curatū habens,ſecundo tale receperit,ipſo iure vacare primum . Et ratio illius deciſionis eſt:quia talis vtrunq; habere volens in culpa eſt,qđ ſi fortè illud primum retinere cōtēderit, vtroq; priuandus eſt.facit tex.in.l.ſi rem & pretium.ff.de peti.hær. Nec obſtat nunc dictū.c.referente.de prębend.quo deciſum eſt, habentē duo beneficia poſſe eligere,quod illorū magis velit: quia certe hodie correctus eſt per Inno.tertiū in.d.c.de multa.à quo ibi deciditur,hodie per adeptionē ſecundi beneficij
2 vacare ipſo iure primum.† Non pōt tamen epiſcopus talem ſpoliare eo priùs nō citato:quia licet talis duo habeat beneficia,poſſet adhuc ſibi defenſio cōpetere puta diſpenſatio, vel quid ſimile.c.licet epiſcopus.de prębē.in.6.&.c.ordinarij.de offi.ord.eod.lib.Et ſi de facto fieret,deberet ſtatim etiam de facto reuocari.arg.cap.cum cauſa.de offi.deleg.&.c. conquę rente.de offi.ord.&.l.finali.C.ſi per vim vel alio modo &c. Sed tali vocato,qui pluralis eſt.epiſcopus ad ſpoliationē poterit procedere & iſte eſt verus ſenſus.d.c.de multa.Pluralitas enim beneficiorū exoſa eſt canonibus. ca.quia intantùm de præb.cano.ſanctorum.70.diſt.c.dudum.in.2.& ibi Inno.

a Huc ui uidetur pertinere quod not. Abb.in c.extirpanda.§. quia uerò.de prębenb.col.10. dicens neminem poſſe habere duo beneficia etiam non curata,aut ſimplicia, & ſi nō requirāt reſidētiam Ab. ubi.ſ. col.15. Amplio etiam ut nemo duabus gratijs expectatiuis uti poßit.G Caſſado.in deciſi.ad regul.Cācell. deci.34.nu.1.Prateius.

Multitudo inimica

de elect.idem Inn.in.c.fi.de cleri.non reſid.Ioa.andrę,& alij in.c.gratia.de reſcrip.in.vj.Henricus boyc.in.c.de multa.de præben.Panor.in.c.extirpandę.§.qui verò.e.ti.& Io. de Lignio in ſuo tractatu de pluralitate beneficiorum.& ſcribentes in alijs varijs iuris locis de epiſcopatibus,& dignitatibus alijs ſuperioribus expreſſà cautum eſt per.c.cum in cunctis. §.cum verò.de elect.&.c.ſicut.de exceſsibus pręlatorum.&

3 toto illo titu.de tranſlatione epiſcopi.† De inferioribus autem dignitatibus,& curatis beneficijs habetur in.dicto.c.de multa.§.ij.& inextrauaganti,execrabilis.& cle.j.de offic.vicarij.qualibet enim eccleſia ſuum rectorem ſaltē habere debet.c.cum non ignores.de præbend.c.quia nonnulli.de cleri.

4 non reſid.&.c.ſicut.vij.q.j.† nec valeret conſuetudo vt quis plures eccleſias parochiales poſſet habere:nec excuſaret.c.fi. de conſuetudine cū talis cōſuetudo ſit ſummè periculoſa animabus.c.ſi præsbiter.26.q.facit tex.in.c.vlti.de pœnitent.&

5 remiſ.† & ſi nunc dubitaretur,quæ eccleſię parrochiales dicantur,dic eas propriè eſſe in quibus eſt cura animarum.& obiter oſtendam nunc quæ illi ſint parochiales eccleſiæ: &

6 quare parochi,& parochiani dicantur.† Parrochianos enim puto dictos à parochis: erant nempe apud Romanos quidā qui parochi magiſtratus dicebant:& iſti publicis legatis,qui ad Romanos veniebant,ligna,& ſalem præbenda curabant: quia ſine ſale,& igne apud hebræos nullum fiebat ſacrificiū: & vt parochi illi legatis de neceſſarijs prouidebant,ita & ſacerdotes(qui tēplorum præfecti ſunt & rectores,quæ ad ſalutem animarum pertinent)ſuis ſubditis adminiſtrant. non abre igitur ſi tales eccleſię parochiales dicantur, & in eiſdē ſacra adminiſtrantes parochi:& quibus adminiſtrātur parochiani vel aliter quæ eccleſia parochialis dicatur quid parochia ſit,quid paroch⁹,& parochiani vide per Panor.in.c. extirpandæ.§.qui verò.in.j.q.quam ibi mouet. de præbend.

Sal, & ignis.

Parochi.

7 ſed hæc incidēter,dixerim,& ad quod propoſui redeo† Nō enim iniuria fit ſi pluralitas beneficiorum ita ſit inimica canonibus,cum ab ea multa incommoda ſequantur:nam diſſolutionis,

lutionis,& vacationis materia inducitur,& maximum periculum animarum continet.c.quia intantum.de præben. Ex opibus enī,pſalmiſta referente, procedit iniquitas & plura alia adhuc inconuenientia,quę ex hac pluralitate procedunt
8 vide per Pa.in.d.c.& de multa.§.quia verò. de præbē.† Propereà tales diſpenſationes facile concedi non deberent.Nam licet papa de plenitudine poteſtatis indifferenter diſpenſare poſſit, de poteſtate inordinata non debet.argu. cano.nos ſi incompetenter.2.q.3.& legis digna vox. C. de legibus iuncta l.ex imperfecto.de teſtamentis.Sed de iſtis diſpenſationib⁹ ſuo loco dicemus meliùs.De regularibus verò beneficijs habetur in.c.cum ſingula.de pręb.in.6.& in clemen.j.de ſuppl. negli. prælato. quod de alijs ſimplicibus beneficijs idem di- *Regularia beneficia.*
9 cendum eſt † cum propter officium debeatur beneficium vt dicebamus & habetur in cano.89.diſt.c.de conſuetudine. &
10 cap.fi.de præb.in.6.† Et vt hęc compleam verbo vnico quare pluralitas beneficiorum quoruncunq; ſit ita exoſa canonibus vltra prænotata dicerem has rationes eſſe. Primò quia quilibet titulus requirit reſidentiam perſonalem.c.j.de celebratione miſſarum. c. quia nonnulli.& ferè toto illo titulo de cleric.non reſiden.c. ex parte.de offic.vicar.c.peruenit de appella.& cano.ſanctorum.70.diſt. notant doctores in capi. fina.de cleri.non reſiden.& Panor.in repetitione, cap. extirpandæ.§.qui verò.de præben. ſed fieri non poteſt quem vno tempore reſidere in pluribus locis dicto canone.ſanctorum. cum ſimilibus ergo &c. Prætereà ſingula officia eccleſiaſtica ſingulis ſunt perſonis committenda canone.ſingula.89. diſtinct. & vix ſufficit vt vnus vni bene deſeruiat .d. capit.
11 quia nonnulli † quod & in honoribus ac officijs ſecularibus. Idem videmus eſſe vt quis duos honores ſeculares ſimul habere non poſſit.l. libertus.§.præſcriptio. ff. ad municipales.l.fina.C.de aſſeſſoribus. &.l. quiſquis.C.de poſtulando.Præſertim quando per actum vnius exercitium alterius impediretur. Si igitur hæc vera ſunt in ſecularibus officijs quantò magis in eccleſiaſticis in quibus verſatur ma-

12 ius periculum.c.vbi periculum.de electio.in.6.† Et quod diximus quodcunq; beneficium requirere reſidentiam perſonalem intellige hoc verum eſſe etiam in beneficio quantuncunq; modici valoris ſit & ſi non excederet ſummam viginti ſolidorum ita notant Hoſt.Ioan.Andrę.& Pañ.in.c.fi. de cleri.non reſid.quibus hanc rationem addo quia nullum eſt beneficium quodcunq; ſit vel quantuncunque minimum quin (vt prædiximus)ex ſua fundatione ſuum officium habeat:ille igitur, qui talis beneficij fructus ſeu reditus percipere vult: in eo reſidere habet, vt tale officium exercere valeat. Et ſic deſeruiendo beneficio de eodem viuat iuxta præd.Pauli Apoſtoli verba qui altari ſeruiunt &c. Et ſi talis dicat ſe poſſe conſtituere vicarium,qui ſuo nomine reſideat abutitur profectò:niſi ex cauſa maxima id fiat.Cuius cauſæ certus debet fieri epiſcopus illius beneficij qui diligẽter oĩb⁹ examinatis in non reſidendo cum tali diſpẽſet aliter vtrunq; maximo pondere onerat:& nedum ſufficit talem habere iuſtam cauſam abſentię:niſi & ſubſtitutum ibi relinquat earũdem qualitatum,quales & habere ipſum oportuit ad tale beneficium optinendũ per illam iuris regulã tritam.Subrogat⁹ debet ſapere naturam illius in locum cuius ſubrogatur aliâs committere cuicunq; negotium maximum animarum immineret periculum.Quare in his maturè agendum eſt dicto capitu.vbi periculum de electio.in. 6. Et quod beneficiati in ſuis beneficijs reſideant hoc præcepto, & exemplo ſeruatoris noſtri habent Ioannis decimo capitu.vbi oſtendit qualis debeat eſſe, qui curam aſſumit eccleſiæ & qua via ad eam admitti debet ita alloquens Phariſęos amen amen dico vobis,qui non intrat per hoſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro hæc enĩ verba pulſant eos,qui ſymoniacè,vel aliter dolo,fraude, blãditijs,p fas,vel nephas habent beneficia.Et tales dicit veritas ipſa & verbum increa-
13 tum Ieſus Chribus fures,& latrones:† qui autẽ per hoſtium intrat,paſtor eſt ouium,huic hoſtiarius aperit,& oues vocem eius audiunt,& proprias oues vocat nominasim,& educit eas,

cit eas,& cum proprias oues emiſerit ante eas vadit,& oues illum ſequuntur:quia ſciunt vocem eius alienum autem nõ ſequuntur:ſed fugiunt ab eo:quia non nouerunt vocem alienorum hoc prouerbio vſus eſt dñs,& redemptor noſter loquens de his qui canonicè ad beneficia intrant illis oſtendẽs quomodo in ipſis regendis ſe habere debeant.exemplum ſui ipſius ita addens,ego ſum paſtor bonus,bonus paſtor animã ſuam dat ouibus ſuis,in his verbis deſignat quẽcunq; beneficiatum qui paſtor dici poteſt,ſubſequitur ibi mercenarius autem,& qui nõ eſt paſtor cuius nõ ſunt oues propriç videt lupum venientem,& dimittit oues,ac fugit,& lupus rapit,& diſpergit oues,mercenarius autem fugit: quia mercenarius eſt,& non pertinet ad eum de ouibus his verbis oſtẽdit vicarios qui in locum eorum,qui beneficia habent,ſufficiuntur vt pro ipſis reſideant & deſeruiant,& tales mercenarios vocat parum,aut nihil de his,quæ illis iniuncta ſunt curantes quare fit vt pro defectu paſtoris gregẽ dñicum lupus rapax inuadat.c.ne pro defectu.de elect.Nunc ſatis cunctis in aperto eſt,quanta ſit in beneficijs neceſſaria eorum ,qui be-
14 neficiati ſunt,reſidẽtia,† nec obſtat nũc illa iuris regula qui per alium facit &c.quia vera eſt,quando actus legitimè per alium expediri poteſt:quare audias aliam iuris regulam,qui ſentit commodum,& onus ſentire debet,& econtra,qui ergo commodum eccleſiç vult reſideat in ea , & deſeruiat , ne verba prædicta domini in eum retorqueantur non enim ferendus eſt,vt dicebamus,qui lucrum amplectitur,onus autem ſubire recuſat.d.l.vnica.§.pro ſecundo.C.de caducis tollen.& econtra.Iuſtum namq; eſt vt illi conſequantur ſtipendium qui pro tempore ſuum commodare reperiunt obſequium hæc ſunt Gregorij verba in.c.charitatem.xij.q.ij.facit tex.in.c.quicunq;.ea.cauſa,&.qõ.c.delapſis.xvj.q.vj.& in c.Pontifices.vij.q.j.Hæc tamen,quæ nunc diximus de reſidentia ita recipienda ſunt,niſi(vt iam prælocutum eſt)non reſidendi ſubſit cauſa maxima,quam ſi nouerit epiſcopus ſuper his poterit diſpenſare tanquàm in hoc à ſummo pontifi-

ce delegat⁹:ſed de omnibus his ampliori ſermone, vt ſpero
16 tangam inferiùs,† vnum tamen addo ſi quis diceret eum nō teneri ad reſidendum:quia beneficium tenue eſt hoc nō excuſaret imò illi imputandum eſt,qui tale acceptauit beneficium,nec alio remedio poteſt iuuari niſi,vel vt reſideat,vel beneficio renunciet:quia beneficiatus in ſua eccleſia reſidere habet:ſicuti maritus cum ſua vxore argu.eorum quę notantur per Inno.in.c.fi.de eo,qui mititur in poſſeſ.cauſa &c.& in.c.clericos.&.c.ex tuæ.de clericis non reſiden.& hoc putes veriſsimum quātum de iure potui colligere:ſed quod ita te-
17 neatur quis ad reſidentiam perſonalē in ſuo beneficio† hoc verum eſt quando tale beneficium daretur in titulum aliter enim arbitrari oportet ſi poſſeſsio alicuius eccleſiæ pauperi clerico ad vitam,vel precarium tantum concederetur:quia tunc talis non teneretur ad reſidentiam ſecundum Hoſt.Io. and.Pañ.in.d.c.fi.de cleri.nō reſid.facit text.in.c.conquęrente.c.pe.& vlt.de cleri.non reſid.c.ex parte.de officio vicarij. c.peruenit.de appell.&.c.ſanctorum.71.diſt.idem voluit glo. in verbo reſidēt.§.deinde.i ꝓœmio pragmaticę addo adhuc text.in.c.quia in tantum.de præben.& in extrauaganti execrabilis.Io.22.prope finem.& in alia extrauaganti eiuſdem incipiente ſuſcepti &c.& Panor.in.c.extirpādæ.§.quia vero. de pręben.ſed quantum ad hanc pluralitatem beneficiorum attinet dicebamus,ſtante quantuncunq; conſuetudine,neminem duo beneficia curata ſimul habere poſſe.c.illo.fi. de conſuetu.hoc tamen locum non habet in beneficijs ſimplicibus,in quibus licet aliter de iure requiratur reſidentia attamen cum neceſſariò continua non ſit in eiſdem ſicut in curatis.c.cum ſit ars artium regimen animarū.de æta.& quali.
18 † ſtante igitur tali conſuetudine,vel ſtatuto,duo ſimul ſimplicia quis poterit obtinere quæ conſuetudo, vel ſtatutum quoad eccleſiam militantem excuſat vt ſeruatum videmus hodie & quoad triumphantem etiam,dummodò is, qui in talibus beneficijs pluralis eſt,dignus ſit, ꝓuidus,& literatus iuxta beneficij qualitatem ita quod idoneiditas illa ſit ſuffi-

ciens

19 ciens ad inducendam diſpenſationem,† & tunc tantùm operatur conſuetudo quantùm diſpenſatio aliâs ſecus.c.mala conſuetudo.viij.diſt.&.c.fi.de conſuetudine.& ſicut iuramẽtum non debet eſſe vinculum iniquitatis.c.inter cætera.22.q.4.&.c.quanto.de iureiur.ſic nec conſuetudo.c.ex parte.de
20 conſuetudi.† In curatis verò beneficijs aliter cẽſendum eſt: quia in eiſdem non deſeruire obtentu conſuetudinis ſummè periculoſum eſſet animabus parochianorum,vt notant doſto.in.c.de multa.de præben.& ad ita perſonaliter deſeruiẽdũ induſtria rectoris videtur electa.c.fi.§.is autem.de offic. deleg.vbi ſunt hęc Gregorij.9.verba,Is autem,cui iniungitur,vt perſonaliter negotium exequatur dummodò partes conſentiant poteſt hoc alijs delegare,præterquàm ſi inquiſitionem fieri,vel eccleſijs de prælatis,vel alijs miniſtris prouideri mandaremus cum in his omnibus caſibus induſtriam,&
21 fidem perſonæ,cui talia cõmitimus eligere videamur.† dũ dicit,vel alijs miniſtris intellige de rectoribus per verba prę cedentia,quæ de prælatis loquuntur tanquàm ſe ad illa referant cum & ipſi ſicut & prędati in ſibi commiſsis curam habeãt animarum.& illam induſtriam,& fidem quam dicit in talibus requiſitum reſpicere qualitatem curæ animarũ quæ, & in prælatis,& rectoribus eſt.& ita ille tex.noſtro iudicio debet intelligi facit tex.in.c.is cui.eo.ti.in.vj.&.c.fi.de offic. vicarij.in illo.c.fi.Honorius terti⁹ mandat perpetuis vicarijs,vt in eccleſijs in quibus vicarias obtinẽt, reſideant,& ſe in præsbyteros(vt eorũ cura exigit)faciant promoueri pœnam illis indicens ibi ſi non paruerint.Et quia nunc ſe offert locus vt de iſtis vicarijs.1.perpetuis quidpiam dicamus.ſcias
22 † vicarium perpetuum dici qui canonicè à perſona eccleſię, & authoritate epiſcopi inſtitutus eſt,& certam de beneficio portionem accipere debet.c.adhęc.de offic.vica.certam portionem expone hoc eſt congruam.c.extirpãdę.§.quia verò. de præben.Iſte enim vicarius perpetuus conſtituitur per rectorem qui ſuo beneficio præbendam ,dignitatem,vel aliud onus incompatibile annexum habet:quia tunc cum per ſe.

ipſum ob aliud onus in tali beneficio annexũ deſeruire nõ va
Vicarij perpetui inſtitutio. leat:ei conceditur,vt in eccleſia parochiali idoneum & perpetuum habeat vicarium canonicę inſtitutum, quiquidem, vt diximus, congruentem portionem accipiat de ipſius eccleſiæ prouentibus. Aliàs qui parochialem eccleſiam habet non per vicarium ſed per ſeipſum illi deſeruire neceſſum eſt alioquin autoritate decreti ſummi pontif. Innocentij tertij illa ſe ſciat priuatum hæc verba habentur in.d.c.extirpãdę.§. quia verò.de præbẽ.ſuper quibus pauliſper inſiſtemus: colligendum igitur eſt ex illis verbis rectorem priuatum eſſe ſua parochiali eccleſia,ſi in ea non reſideat:niſi dignitati vel
23 præbendæ annexa ſit particulariter † vel capitulo, collegio, ſeu monaſterio eadem ratione & alijs adhuc quas nunc prætermitto : & ſic videmus hodie paſſim obſeruari cum ſint quamplurima ſcholarium collegia quibus talia beneficia curam animarum habentia annexa ſunt vt Toloſæ ſancti Martialis collegium. Pluraq; alia tam ibi,quàm caturci, & alibi ſic & de capitulis eccleſiarum tam earum quæ cathedrales ſunt quàm quę collegiate Lumberis conuenis ſancti Antonij aliter vallis nobilis vrbs illa olim dictum priuſquàm medium corpus ſanctiſſimum beati Antonij martyris in ea reciperetur,quod quidem nunc maxima in veneratioae ibi
24 à canonicis illi⁹ eccleſiæ & alijs catholicis habetur. † Et in omnibus ferè alijs capitulis ſunt talia beneficia curata annexa,quæ cũ ab his de capitulo,vel collegio deſeruiri non poſſint impediti alijs oneribus ſancitum eſt per vicarios perpetuos fieri poſſe quod regulariter à iure non permittitur plu-
25 ribus iuribus iam ſuperiùs ad hoc adductis † adeò,quòd nullus prælatus citra papam poteſt perpetuò diſpẽſationis gra-
26 tiam ſuper non reſidentia concedere. † Ad tempus tamen poteſt bene quilibet ſuperior,cauſa rationabili id expoſcente:vt habetur in capit. licet canon.in fin.de electio.in.6.quis autem hoc caſu ſuperior intelligatur. vide per gloſſ. notabilem ibi & quod notatur per Innocẽ.& alios in cap.relatum.
27 de cleri.non reſid.quæ † prædicta ad quæſtionem faciunt, ſi

doctor

doctor qui cũ certis ſcholaribus conuenit vno anno integro legere pro certo ſalario: demum ante finẽ termini vult alium æquè idoneum inuitis ſcholarib⁹ loco ſui ſubſtituere, an poſsit? & ſic ita ſubſtituendo quod ſibi promiſſum fuerat ſalarium aſſequi valeat? de hac quęſtione me remitto ad Ioan. andręã in regula qui facit per alium. in ſuis mercuria-
28 libus de reg. iur. in. 6. † Quare autem ita requirat reſidentiã parochialis eccleſia vltra á nobis datas iam rationes has adhuc addo primo quia dum alicui eſt collata parochialis eccleſia induſtria perſone electa videtur ideò alij talem curam cõmittere non poſſe, cap. ſua de offi. deleg. & cap. is cui. eo. titu. in. 6. nam & ſi quilibet ſacerdos vel bonus, vel malus, vel doctus, vel indoctus poteſtatem clauium habeat: cum nõ ſit ille, qui abſoluit potentialiter, ſed ipſe deus can. verbum. de penitẽtia diſt. 1. tamen imperitus ſacerdos neſcit ita ligare, & abſoluere, ac ſi doctus eſſet: quare vide gloſſ. optimam quæ inuehit aduerſum eos qui data opera accedunt ad imperitos ſacerdotes cauſa confitẽdi in can. menſuram. de pœniten. diſt. 1. quam iuuat tex. tex. in cano. quem pęnitet. eadem diſt. 1. vbi hęc ſunt anguſtini verba qui ergo oĩno confitetur & ſacerdoti meliori quàm poteſt confiteatur Pręterea & ſi quilibet ſacerdos vel bonus, vel malus verum corpus Chriſti conficiat can. dictum cano. non nocet & cano. multæ. 1. quęſt. 1. cum non ipſe principaliter, ſed deus operetur vt in cap. panis. de conſecra. diſt. 2. tamen boni facilius, quàm mali exaudiuntur pro quibus orant, tex. eſt notabilis in. c. ipſi ſacerdotes. 1. quæſt. 1. vbi alexander ſumm⁹ ponti. dicit ſacerdotes quantò digniores fuerint, tantò faciliùs in neceſsitatibus pro quibus clamant exaudiri, & faciliús peccata populi comedere, hoc eſt, ſuis orationibus debere vel, exẽplo bonæ operationis, & verbo prædicationis hoĩes corripiẽdo & ita (quantum in ipſis eſt) delent cap. qui eccleſiaſticis. 36. diſt. Solus enim deus peccatũ delet, ideſt peccati reatũ: ſacerdos verò pænã infligendã ꝓ peccato orationibus minuit: propter quod peccatũ deleri dicit. cap. animæ defunctorũ. 13. q. 2. vel

Clauium effectus.

Cui confitendum.

certè illi dicuntur comedere peccata populi,qui de ſuis poſ-
ſent ſubſtentari,& tamen percipiunt de eccleſiaſticis cap.il-
lud.129.& ca.paſtor.1.q.20.Sed ad locũ reuertẽs addo , quod
voluit glo.in cano.in grauibus.3.quæſt.7.colligendo argu.ex
dicto cano.ipſis ſacerdotes.1.quæſt.1.quantùm ad orationes
ſacerdotũ quod orationes iniquorũ nocent his ꝓ qbus orãt
ſed illã glo.ego reſtringo quando quis talem ſacerdotem eli
git ex certa ſcientia & ſuis moribus cõſimilẽ ita glo.49.diſt.
29 in ſumma.† Et nõ ſolum parochialis eccleſia ſed etiam ſim
plex aliud beneficiũ vt eſt canonicatus vel ſimile de iure ex
poſsit reſidentiam perſonalẽ. vnde non ſufficeret deſeruire
per vicariũ & ita aſſumptus ad regimen eccleſiarum parro-
chialis vel ad aliud beneficiũ eccleſiaſticũ deſeruire debet in
ordine quem ipſum beneficiũ requirit ſi tamen illo ordine
careat non propterea vitiat eius promotionẽ dummodo in
tra ſtatuta tempora expoſt promoueatur.ca.licet canon.cũ
ibi notatis de elect.in.6.capi. præterea de ætate & qualitate
& cap.ſi pro clericis de præbẽ.in.6.Ordo enĩ eccleſia parro-
30 chiali reqſitus eſt ſacerdotũ dicto cap.licet canon. † Recto
res enĩ eccleſiarũ in ordine ſacerdotali eſſe debẽt ſicut abba
tes,decani,& propoſiti,ſaltem intra annum à tempore pro-
motionis beneficij cõputandũ impedimẽto ceſante argu.ca.
quã ſit in fine eo.titu.ib.6.Et expræſſe habetur in cap.cõmiſ
31 ſa eo.titu.† qui annus iſte currit, ex quo talis habuit poſſeſ-
ſionẽ pacificã,vel per eum ſtetit quominus haberet,nec cur
rit iuſtè impedito dicto cap.cõmiſſa.& cap.licet de præben.
eo.lib.quod verum intelligas niſi cũ eis per Epiſcopos ſuos
fuerit diſpenſatum vt literarum ſtudio inſiſtentes non teneã
tur vſq; ad ſeptennium promoueri niſi ad ordinem ſubdia-
conatꝰ dumtaxat ad quem ſub pœna de qua in dicto.ca.licet
canon.infra annum promoueri tenentur ca.cũ ex eo . eo.ti-
tu.quę pæna dicti capituli eſt vt tali eccleſia ſibi commiſſa
32 priuet ipſo iure † nec morã purgare põt anno elapſo argu.
dicti.c.licet canon.&.c.licet de ſupple. negli.prælat.tamen
ſi modicum tempus ſuperſit de anno quod certum eſt eum
non

non poſſe promoueri propterea non eſt priuatus.d. c. commiſſa primo reſponſo eodem titu.in.6.& argumento.l. inſulam.ff.de verbo. oblig. vbi ex reſponſo papiniani ſi inſulam quis infra biennium alio loco ædificare ſpondeat ante finem biennij ſtipulatio non committitur quãuis reus promittendi non ædificauerit,& tantùm reſidui temporis ſit quo ædificum extrui non poſſit de reliquis ſuper hoc articulo vide
33 plene per gloſſ.in verbo priuatus dicti cap.licet canõ.† Supereſt ex præd.igitur ipſum epiſcopum ad ſeptẽnium ſcholarem beneficiatum ne ad ordinem præsbyteratus promoueatur pro literatum ſtudio poſſe diſpenſare.& cum text.nõ diſtinguat ibi de quibus literis intelligat dico eum debere generaliter intelligi & ſic ſiue in grammatica ſiue in iure canonico vel ciuili vel ſacra pagina ſtudeat caueantq; epiſcopi ne diſpenſent cum his qui dociles non ſunt cum in eis ceſſet dictæ conſtitutionis capituli cum ex eo cauſa. Ergo nec fieri debet diſpenſatio cano.quod pro remedio.j.quæſtio.7.& habentes ita diſpenſationem ob ſtudium ſtudere habent non in caſtris vel villis ſed in ſtudio generali.vt in cap tue de cleric.non reſiden.& ſic in vniuerſitatibus in quibus publicè & dietim iura interpretantur,& alij actus fiunt ad talia requiſiti:aliàs priuilegium non habebunt dicto ca.tuę cum fràus & dolus nemini debeant patrocinium impartiri.Et hęc diximus quantùm ad ordinem requiſitum beneficiato in paro
34 chiali eccleſia.† Canonicus verò in ſubdyaconali ordine ad minus debet eſſe conſtitutus ſicut epiſcopus dum eligitur.c. à multis.de ætate & qualit. vbi per Innocen. tertium videbis etiam quantæ perfectionis eſſe debeat, qui ad ſacros ordines vult accedere,dicens nemini eſſe permiſſum,niſi aut virgo aut probatæ caſtitatis exiſtat,& qui ad ſubdyaconatum vnicam,& virginem habuit vxorem,qui ordo ſubdyaconatus licet iam à primis diebus eccleſiæ eſſet ordo non tamen ſacer. cano.j. &.ij.25.diſtin.hodie tamen inter ſacros ordines computatur dicto cap.à multis vbi de his vide amplè.Igitur cum canonicus in tali ordine eſſe debeat dum aſſumitur in

hoc cum epiſcopo conuenit,& ſic eligens cum electo. vnde Hoſt.in.c.xx.de offic.archipręsbyteri.dicit ſicut inter cardi canales nullus eſt,quin dyaconus ad minus ſit, ſic nec inter canonicos quin ſit ſubdyaconus,& hanc rationem adde: quia illicitum eſt eum,qui in ordine non eſt eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.c.ſatis euidenter.96.diſt.vbi à Nicolao Papa hæc formalia verba habes,& ratio quare ita decidat hæc eſſe poteſt:quia tales qui in ſacris ordinibus non ſunt retrocedere poſſunt à ſtatu clericali.c.cum ex eo.de elect. in. vj. vel militando in terreſtri militia,vel negotiando,vel vxoré ſumendo quod ipſi clerici in minoribus ordinibus conſtituti poſſunt.c.j.de cleri.coniug.ſed qui ſunt in ſacris non poſſunt.c.vnico.de voto,& voti redemp.in.vj.De his tñ omnibus me remito ad clemen.vt hi qui.cum ibi nota.de ætat.& quali.& ad ipſos vicarios reuertor qui in talibus eccleſijs annexis de quibus diximus deſeruire habent,quos dico debere eſſe perpetuos vnde ſciendum eſt quod vicaxij.c.extirpandę §.qui verò.de præben.c.G.perpetuus.de fide inſtru.& clem. vnica.de offic.vica.de temporalibus autem habetur in.c.cũ ex eo.de elect.in.vj.& in.c.peruenit.de appella.cũ ſimilibus. Perpetui enim dicuntur:ideò quia inſtituuntur à rectore ec cleſiæ de aſſenſu tamen & authoritate epiſcopi,nec ſine cau ſa amoueri poſſunt.c.ad hęc.de offic.vicar.notat ita gl.etiá

35 in.c.penult.eo.titu.& Inn.in.c.clericos.eo.ti.† Temporales verò ſunt,qui pro tempore loco dominorum abſentium ex cauſa ſufficiuntur,vt prædictis iuribus & iſti vicarij habere debent,vnde honeſtè viuant:reſiduum verò fructuum beneficij reſeruari debet dominis ex iuſta cauſa abſentibus qđ ſi iniuſta cauſa,vel etiam ſimplici volũtate abſentes ſint, tũc omnes talis beneficij fructus in vtilitatem eccleſiæ conuerti debent.c.pe.de cleri.non reſid.& ſcribentes communiter in præfatis iuribus,hæc enim,quæ dixi,iuris ſunt:ſed quantùm à iure hodie diſceſſum ſit in hoc,& multis alijs:ſatis omnib'

36 patet.† Sunt & tertij vicarij de quibus in.c.pe.de offic.vicarij.& in.c.adijcimus.xvj.q.j.quibus quartos addemus, quos

text·cõ

tex.cõmemorat in cap.licet.de offic. vica.in. 6.& in cap.nullus de temporibus ordinationum eodem lib.tex.& ibi gloſſ. in clemen.& ſi principalis de reſcript.glo.in clemen.fina. de procura. & in ca.j.de offic. ordinarij in.6. de quibus ad hos
37 locos me remitto.† Sed nunc quæſtionis eſſe poſſet an vicarius perpetuus dicatur eccleſiam habere in titulum.glo.in.c. adhęc de offic.vica.tenuit quod non.habet tamen dicit ipſe ius vicariæ,& ita habet,quod ab ea expelli non poteſt ſine iuſta cauſa, ac ſi haberet in ea titulum & tunc per iudicem & non per prælatum ipſius eccleſiæ glo.illa igitur apertè tenet vicarium perpetuum non eſſe intitulatum ſed habere qua ſi eccleſiam vt commendatam de quo tamen vide tex.in cap. conſtitutus de fi.præsbiteror.& in cap. prouideas de offic. vicarij & ea ratione penſio,quæ vicario perpetuo debetur, minui non poteſt,quia perpetua,vt & ipſe perpetuus eſt ca. prohibemus.de cenſibus Panor.tamen in.d.c.adhæc dicit,id quod vicario debetur,non eſſe penſionem,ſed beneficium ei perpetuò conſtitutum ergo iudicio ipſius Panor.dici poteſt talem perpetuum, vicarium in ipſa eccleſia eſſe intitulatum opinioni cuius Panor.adhęreo hanc rationem, quàm tacuit ibi Panor.nec quiuis eius eam tetigit,addens quia omnia quę operatur titulus in beneficio & facit eſſe beneficium id idem in hoc caſu etiam operatur.Sed hæc cuique melius trutinanda relinquo ſuper ijs quoq; quæ dicenda ſuper ſunt ad Pañ. me remittens in dicto ca.adhæc & cap.clericos de offic.vic. Et adhuc plenius ad eundem Panormut.in repet. dicti capit. extirpandæ.§.qui verò. de pręb.& ita præcipuè vide regulã, quàm ſuperiùs aſſumpſi in materia reſidentiæ,in beneficijs per ſe,& non per vicarium, duodecim fallentias & ſic caſus duodecim de quibus de iure per vicarium quis ſuo beneficio deſeruire poteſt quos bene obſerues. Quibus ego adhuc aliã addo ſcilicet quando tale beneficium eſſet ſimplex quia tũc ſtante conſuetudine in eo deſeruire quis non tenetur, imò tunc per vicarium deſeruiri poterit,aut etiam nullo vicario in eo inſtituto ſi hoc conſuetudo habeat intellige tamen ta-

lem conſuetudinem valere ſi eccleſia illius beneficij ſimplicis ſeruitore non egeret puta quia nulla ſacramenta eccleſiæ in ea adminiſtrantur nec diuina officia celebrantur. Vel etiam, quia in ea ſunt alij,qui adminiſtrant:ita notatum reperi in.c. quæris.de ætate,& qualitate & cap.penult.de cler.non reſid. Sed quantùm ad pluralitatem beneficiorum quàm canonibus inimicam eſſe dicebamus nec de iure eſſe recipiendam hoc verum cenſeo abſq; ſummi pon.diſpenſatione cum ipſe omnia poſſit vt iam ſatis ſuperius oſtenſum eſt: ſed cum de diſpenſatione quidpiam nunc ſumus dicturi prius diſpenſa-
38 tionem definiamus. † Quæ eſt iuris communis relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo qui ius diſpenſandi habet, aduerte circa hanc ſuper pluribus beneficijs diſpenſationem ex iuſta, & rationabili cauſa fieri debere ſi velis à deo acceptam eſſe,& in foro cõſciẽtię valere gl.notab.ad hoc in.c.nõ eſt.in verbo,adimplere de voto & voti redẽp.& gl.alia in. c. quãto.in verbo abſolui de iureiurãdo.quæ in ſuo principio vult papã quẽlibet poſſe abſoluere à iuramẽto ex iuſta cau-
39 ſa. † Iuſtam cauſam diſpenſandi quantùm ad noſtrum propoſitum dico paupertatem cano.vnio.10.quæſt.3.vel clericorum raritatem ca.j.id fine.vndecima quæſtio. j. vel etiam ſi vnum in titulum tradat & aliud in comendam tantum vt in cap.qui plures.21.q.j.& cap.dudum in.2.de elect. commendare enim nihil aliud eſt quam deponere.l.Lucius. ff. depoſiti.
40 l.commendare.ff.de verb.ſignif. † Quare cui beneficium in commendam datur non dicitur propriè beneficiatus ſed potius procurator cano.obitum & ca.catinenſis.61. diſtin. habet tamen legitimam adminiſtrationem ca.relatio.21.quæ.j. & cap.cum nobis olim de elect.6. Quo fit,vt is,qui commendauit,dum vult reuocare, poteſt:ſed interim vacare non dicitur:quia iſte titulus commendæ eſt canonicus, vt ſint alij cap.dudum in.2.de electio.in.6. & dicto cap. qui plures modoq; debito ſit cap.nemo deinceps.de elect.in.6. Fructus tamen beneficij quod in commendam habet ſuos non facit: quia cuſtos tantùm eſt, nec in eccleſia ius habet, nec in fru-

ctibus

ctibus: niſi ad eos colligendum & prouidendum de his ſibi & miniſtris eccleſiæ de his verò, qui ſuper ſunt, in vtilitatem eccleſiæ conuertendum eſt. Ita Ioannes And. & dominicus, geminianus in.d.c.nemo deinceps.de electio.in.6. Sicut & de viſitatore dicimus cano.obitum.61.diſtinct.& ca. catinenſis eadem cauſa.& quæſt.hoc idem voluit Hoſtien.etiam in ca. dudum. de elect. contrarium tamen hodie ſeruare videmus quia ita cõmendatarij vtuntur, ſeu vt veriùs dicam, abutuntur, fructibus beneficij commendati, ſicut & illius, quod in ti-
41 tulum habent † de hac tamen materia commendæ quantùm de iure eſt & quot modis ſumatur vide optimam glo.in.d.c. nemo deinceps in verb.commendare de electio.in. 6. Sed, vt ad negotium reuertar Romanorum ponti. igitur tanquam rationabilis cauſa ſic diſpenſare poteſt vt quis vnum beneficium in titulum habeat, & aliud tantùm in commendam vel etiam in caſibus capitu. de multa. de præbend.aut quauis ſimili ratione alia de quibus vide per gloſ. magnam in.d. c.dudum de electio. aliter talis diſpenſatio potius diſſipatio dici poſſet: de quibus adhuc vide Innocen.in capit.cum inter. de renunciatione, & archipræſulem florentinum in titulo. de pluralitate beneficiorum.§.6. parte. 3. in ſua ſum-
42 ma. † Hæc tamen iuſta cauſa, & rationabilis, qua Summis pon.moueri debet ad diſpenſandum, præſumitur ſemper, quod ſit, licet per ipſum Summum ponti. non exprimatur: quia pro principe præſumendum eſt: quod ex iuſta cauſa moueatur ſemper ſecundùm gloſſ.in.l.relegati.ff. de pœnis volentem magnam iuſtam cauſam eſſe in principe ſolam
a voluntatem quaſi velit principem non velle niſi iuſtum[a] ſit. Et cum de voluntate ipſius apparet de iuſta cauſa etiam conſtat hoc tamen verum concedo in reſcripto quòd ab eodem motu propriò emanauit & non aliter de quo perſcribentes in.c.ſi motu proprio de præb.in.6.ita notant ſcribentes etiam in.l. fina. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam Cynus & communiter alij in.l.reſcripta.C. de precib. impe. offer. vbi hæc ſunt Cyni verba ſi princeps

a Huc pertinet quod Ioã mona. in extraua. rẽ nõ nonã. de dol. & cõtu. ange. §. ſed qđ princi col. ij. de iur. natu. gent. & ciuil.

a Quidhoc caſu faciendum ſit docemur reſcripto l ſi uidicari.C. de pœnis. canoniza. c. cū apud theſſalonicam.11.q.3. quo loco narrat̄ hyſtoria quæ conſtitutioni.d.l. ſi ui dicari cauſam dedit Prateius.

Lex uiua.

Neminē ſine cauſa occidendum.

a mandat aliquem occidiᵃ tanquam nocentem qui re vera innocens eſt,ſiue verum ſit,ſiue falſum illum commiſiſſe id, propter quod occidi mandatur.Præſumendum eſt cauſam ſubeſſe,ſententiaq; ipſius principis in dubio ſemper præſumitur eſſe iuſta.arg.l.fi.C.de legib.in cauſis.de re iudic.&.c. paſtoralis.§.qui verò.de offic.deleg.quibus adde archidiaconum.in.c.j.40.diſt.ſi tamen verum eſt non ſubeſſe iuſtā cauſam,princeps peccat.c.ex ſacro.de cenſib.&.c.j.de ſent.& re iud.in.vj.ſed iudex ſecundum mandatum principis indicās
43 non peccat,† cum ipſe princeps ſit in terris lex animata, & iudex ſecundum legem iudicare debeat.l.rem non nouā. C. de iud.hæc fuit igitur opinio Cyni.in.d.l.reſcripta. Henricus boyit tamen in.c.ſi ſacerdos.de officio ordi.& in.c.ex parte.in.ij.de offic.deleg.dicit prędictam Cyni opinionem ſibi non placere imò ibi dicit ſi conſtaret principem ſine cauſa aliquem occidi præcipere in hoc ei non eſſe obediendum cum tale præceptum iniuſtum ſit,cuiquidem ſciens obedire non tenetur.c.non ſemper.xj.q.iij.c.ſi dominus.&.c.Iulianᵘˢ. eadem cauſa,& quæſt.ita notatur etiam in.c.ad aures.de tēporibus ordinandorum.& in.c.literas.de reſtitu.ſpoliatorū. hunc tamen articulum an quis mandato ſuperioris illicitò obedire teneatur melius abſoluendum inferiùs remitto, & inhæreo Carrotio quantùm ad has diſpenſationes igitur dū
44 † ſummus pon.diſpēſat.ſuper aliquibus intueri debet circa bonum publicum,& eccleſiarum neceſsitatem.c.ſcias.vij.q. j.vbi cauſa neceſsitatis,& non aliter mutationes epiſcoporum fieri poſſunt.Facit tex.in.c.in cauſis.de ſententia, & re iudi.& in.c.expoſuiſti.de præbendis.vel etiam ob euidētem prærogatiuam perſonæ.d.c.de multa.Papa igitur licet oīa poſsit,vt prædixi:tamen omnia non debet. Quibus autem diſpenſare non debeat,nec de poteſtate ordinata poſsit,& ſuper quibus poſsit vide.P. de ſalua,in ſuo tract.de beneficio. parte.ij.q.viij.& parte.iiij.q.viij.vſque ad finem.totius illius quæſtionis & per ſcribentes communiter in.d.c.de multa.§. circa.de præben. Vnum tamen quod in hac materia notandum

dum eſt,hîc non prætermitto qualiter ad plura beneficia diſpenſatus cum eo diſpenſatum videtur etiam, vt in duobus non reſedeat ita ſignanter voluit gl.in.c.quia in tantum. & ibi Panor.de pręben.gl.in.c.ſi quis.in clerico..vij.q.j.glo.in c.non poteſt.de prębē.in.vj.& Felinus in.c.poſtulaſti.de reſcript.quia cum quis duo beneficia habet quorum vtrunq; requirit reſidentiam impoſsibile eſt omninò talem vno, & eodem tempore in quolibet eorum reſidere cum in duos ſe diuidere non poſsit:quare conceſſa pluralitate beneficiorū, & conceſſum videtur,vt in vno tantùm eorum talis perſonaliter reſideat,& quod in alijs per vicarium deſeruire poſſit cum conceſſo vno &c.c.extirpandæ.§.qui verò.de prębē. & hoc expreſſè voluit etiam Panor.in repeti.d.§.qui verò.in j.fallentia,quam tradit ad regulam de reſidentia perſonali in beneficijs facienda,& quamplures alios caſus in quibus qs deſeruire poſsit per vicarium vide cumulatos per de ſalua. in illo tracta.de beneficio.parte.iiij.q.vj.vbi.xxv.enumerat, & vt recto ordine hanc materiam pluralitatis beneficiorum ac diſpenſationum ſuper eiſdem tradam,hîc nunc talem regulam conſtituo.

Quæcunq; diſpenſatio,quæ ſine cauſa legitima fit, non diſpenſatio:ſed potius diſſipatio dici debet.

45 Et ſic† qando diſpenſatio abſq; iuſta cauſa fit nomen ſuum mutat:quia tunc,vt prædixi,non diſpenſatio:ſed diſsipatio dicitur argu.c.poſtquàm.j.q.ij.notat ita etiam Io.andr.& alij.in.d.c.de multa.Idem Io.andr.in.c.ſi quando.de reſcrip. & ſcribentes communiter in.c.quia in tantum.&.c.ad hæc. dę præb.& in.c.per venerabilem.qui filij ſint legitimi. Romanus Pont.enim inſtar patrisfamilias eſſe debet,& cum in terris vices Dei gerat diuinæ voluntati quantum poteſt ſe conformare habet.c.vnico.ver.porrò.vt eccleſiaſtica beneficia &c.legi ego aliquādo diuum Bernardum Eugenio Papæ in hæc verba ſcripſiſſe non prohibeo diſpenſare:ſed diſsipare,non enim ęam rudis ſum,vt ignorem vos poſitos diſpenſatores:ſed ad ędificationem non ad deſtructionē,vbi enim

neceſsitas vrget excuſabilis diſpenſatio eſt, vbi vtilitas prouocat laudabilis vtilitatem intelligo non propriam: ſed cōmunem. & cum nihil horum eſt non fidelis eſt diſpenſatio: ſed crudelis diſsipatio, hæc ſunt Bernardi verba. Sua igitur mente bene reuoluat, qui ex diſpenſatione plura beneficia poſsidet ſi has cauſas diſpēſationi requiſitas habeat alioquin pertimeſcat, ne in foro conſcientię viribus deficiat diſpenſatio. & ſi in confeſſo ſit per illud. c. de multa. quem duo be-
46 neficia ſimul ex diſpenſatione habere poſſe, † Intueare tamen quid ibi ſubſequatur in litera circa ſublimes, & literatas perſonas, quæ maioribus beneficijs ſunt honorandæ, cū ratio poſtulauerit per ſedem apoſtolicam poterit diſpēſari. & ſic illo textu colligi poteſt, ſi eum diſiunctiuè legamus, & pro, vel[a] ſcientiam nobilitare hominem cum ibi literatum ſublimi perſonæ hoc eſt nobili æquiparetur, ſcientia certè eſt illa, quæ nullo pretio comparari poteſt. l. j. §. eſt quidē. ff. de varijs & extraord. cog. quod facit aduerſus eos, qui cum multa à ſuis præceptoribus audiuerint iura nihil habuiſſe arbitrantur, & ſic pręceptores erga eos ſemper ſerui inutiles dicuntur & in hoc grauiſsimè tales diſcipuli eorum conſciētias onerant: quia cum maximum meritum ſit indoctum docere, & in tenebris ignorantiæ errantes ducere in viam rectā & lucidam ita & maximum pręmium eſſe debet, & in hoc ſeculo iam ab his qui talia acceperunt à præceptoribus beneficia, ſicut ex Dei repromiſſo in alio haberi ſperatur. Vel aliter illa verba circa ſublimes, & literatas perſonas &c. de quibus in. d. c. de multa. adhuc legi poſſunt. & ſic vt illa dictio & ponatur coniunctiuè quaſi velit priuſquàm diſpoſitio illius decretalis ſuper diſpenſatione pluralitatis beneficiorum procedat talem ſublimem eſſe oporteat, & literatum, nec alterum illorum ſufficiat quod certè verum crederem per ea quę melius dicturus ſum: ſed hæc intereà relinquo cuiq; cogitanda. Cum igitur aliqua ratione, vt prædixi Papa moueri debeat ad ita diſpenſandum, quę ratio eſſe poteſt, vt vnus tot, tantaq; beneficia habeat, quæ pluribus ſacerdotibus

ſufficerēt,

a ¶ Copulata in uicem diſiunctorum accipi reſpōſum eſt. l. ſæpe. ff. de uer. ſig & ibi Alciat. uerba enim pro materia ſubiecta interpretantur. d. l. ſæpe. & l. ſi uno ff. locati. Prateius.

ſufficerent,vt ex illis commodè,& honeſtè valerent ſuſten-tari,id certè nullo modo æquum minuſq; rationabiles appa rere poteſt:quorum teſtimonio ſe offert text.in.c.diaconi ſunt.93.diſt.† Ea enim ratio eſt quare eccleſijs bona data fue-rint,& adminiſtratio eorundem epiſcopis, ac prælatis alijs vt nullus in eccleſia patiatur penuriam.c.videntes.xij.qō.j. hæc eſt enim vna ex rationibus,quare canones ita pluralita tes beneficiorum abhorreant.& quod nunc dixi eccleſiã nol le beneficiatos penuriam pati,ſed vt honeſtè viuant,qui fru ctus requirantur ad ſuſtentationem beneficiati,vide gl.in.c. j.xxj.q.j.in qua reperies hæc omnia cõſyderanda eſſe ſecun-dum qualitatem perſonæ,& ſitum eccleſię aliquid enim ſuf ficit vni quod alteri non ſufficit.c.non cogantur.40.diſt.prę tereà,& conſuetudo patriæ in hoc attendenda eſt.c. erit au-tem lex.4.diſt.quia conſuetudo legem interprętatur.c. Ab-bate.de verb.ſigni.l.cum de conſuetudine.&.l.ſi de interprę-
48 tatione.ff.de legibus † differunt tamen non pati penuriam & commodè poſſe ſuſtentari.de quibus,& de his quæ dixi-mus nunc vide per gl.notab.in.c.vnico.§.ſanè.in verb. abſq; penuria.de ſtatu regularium.in.vj.Sed ad principale noſtrũ
49 inſtitutum reuertor.† Beneficium enim non datur ſimplici-ter propter officium:ſed etiam vt clericus ad tale officium aſſumptus de patrimonio Chriſti viuat,& non mendicet di cto.c.dyaconi ſunt.93.diſt.& intellige tales reditus eccleſiæ non debere ſolùm eſſe ſufficientes clerico ad officium ipſius eccleſię aſſumpto,imò & ijs,qui neceſſariò habent trahere moram cum tali clerico.c.ſtudeat.50.diſt.nam beneficiatus ſecundum qualitatem ſuæ perſonę debet habere familiam:
50 quia ſi doctor ſit,vel aliter perſona notabilis non debet ſibi parare cibos,imò ad hoc famulos habere debet, vnde dicit gl.in.c.extirpandæ.de præbend. quod minus ſufficit pau-peri, quàm diuiti: nam pauper, qui aliâs non eſt notabi-lis, vel literatus, tanto apparatu non indiget. De diui-te autem qui alias non eſt ſublimis, vel literatus idem di-cas cum de tali diuite reſpectus haberi non debeat vt nota-

tur in.d.c.de multa.in fi.& in cap.cum à reo de reſeri. & ca.
j.ij.q.j. An autem clericus de reditibus eccleſię ſuis ſubueni-
re valeat vide abbatem in cap.j.de cohabi.cleri.& mulie.tex
51 tum & ibi doctores in ca.non ſatis.86.diſt.† Sed prohdolor,
quanta ſacerdotum multitudo,& literatorum virorum ab-
unde ſuſtentari poſſet quos in maximum cleri opprobrium
videmus hoſtiatim mendicare,quod multòmagis adhuc fa-
cerent ſi hodie,vt olim tales liceret vxorari quia ſi (vt vide-
mus noſtris temporibus)ſeipſos vix ſuſtentare poſſunt quo-
modo id facerent ſi vxorem & familiam habere liceret quã
uis tamen(quod dolens refero)magnus ſit hodie numerus eo
rum qui vſurarias vxores habeant nimia familia conſtipa-
tas iuxta illud pſalmographi pſalmo. 127. (licet illius literæ
alius ſenſus ſit)vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus do-
mus tuæ:& filij tui ſicut nouellę Oliuarum in circuitu men-
ſę tuæ,horum enim clerici ſacerdotes rectores beneficiatiq;
alij eccleſiarum hodie gloriantur hæc verba otioſa addentes
promiſſionem à Deo eis factam eſſe generationem eorum
benedici iuxta ipſius Pſalmiſtæ verba generatio rectorum
benedicetur pſalmo.III.hoc ita exponunt præfati ſtulti,& iu
ſcij omnino quos gloria vexat inanis generatio enim eorum
benedicitur iuxta prædicta pſalmiſtæ verba ea in vero ſenſu
aſſumendo qui recto corde ſunt & rectè in conſpectu dei
ambulant mandata ipſius omnino adimplendo. Videant prę
fati igitur ſi ita vita eorum abutendo recti dici poſſint. Sed
vt eo, quo oportet,pede eamus: quando in hac materia di-
52 ſpenſationis ſuper pluribus beneficijs ſumus. † Cum igitur
tam periculoſa ſit illa pluralitas,& diſpenſatio,quæ ſuper ea-
dem fit ſequatur tantorum virorum conſilia:qui tot benefi-
cia ſibi congregat quia certè quoad deum ſecurus non eſt cũ
quo papa ita diſpenſat niſi vt ſępe diximus iam diſpenſatio-
nis iuſta ſubſit cauſa.Sed quis eſt quis neſciat Summum põ.
falſis rationibus ſæpę decipi?vt in ca.ſuper literis. de reſcr.
cum ſimilibus quandoq;(imò ſæpiſſimè)precum importuna
inſtantia vincitur cap.deteſtanda.de conceſſ. præb.in.6. cap.

quia per

quia per ambitioſam.de reſcr.eodem lib.Et in extrauaganti. execrabilis. in principio &.l.j.de petitis bonorum ſublatis lib.decimo . C . & interdum cum homo ſit,& ſic peccabilis,quodam affectu carnali mouetur iuxta ca.graue. de pręb. Papa enim non habet poteſtatem non peccandi. cano.j. 40. diſtinct.Et ſi quis nunc dicat Roma.pont.in eccleſiaſticis bonis tam temporalibus,quàm ſpiritualibus plenitudinem habere poteſtatis,fatebor equidem:non tamen quod illam habeat vt dominus,† ſed tantùm vt principalis miniſter,& diſpenſator Chriſti qui ſolus bonorum eccleſiæ dominus eſt ca.non liceat Papę & ca.pr ędia.12.q.2. bona enim eccleſiæ dicuntur Chriſti patrimoniũ.c.cum ſecundũ ap ľm. de præbẽ. &.c.cum eo.eo.tit.in.6.ideò papa illa alienare non poteſt iuribus prædictis an autem hoc verum ſit indiſtinctè vide per de ſalua in trac.de beneficio.3.parte.q.8. numero vndecimo.

53

¶ Sed quid tot verbis opus eſt?dicerem ego in hac materia diſpenſationis ſuper pluralitate beneficiorum , cum omni tamen reuerentia & obedientia ſancti Romanæ eccleſię,vix

54 diſpenſari poſſe.† Et ſi non temerariè hoc à me dictum putaretur crederem nec vllo modo hodie de iure id fieri poſſe. Nonne prædiximus ipſum Rom.pon.dum ita diſpenſat aliqua ratione ad id moueri debere aliàs potius diſſipatio , quã diſpenſatio dici poteſt,& rationes quę ipſum pontificẽ ſummum mouere habent ad ita diſpenſandum has potiſſimum

55 eſſe dicebamus vel propter eccleſiarum paupertatẽ.† In primitiua enim eccleſia bñficia eccleſiaſtica ita tenuiſſima erãt vt vix ex duobus aut tribus beneficijs vnus ſuſtentari poſſet ca.vno.10.q.3.vel etiam quia rari clerici in eccleſia erant ita quod multò plura erant beneficia quàm numerus clericorũ quare tunc nedum poterat Summus pont . ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare imò ad id cogebatur,vt in.c.j.in fi. 21.q.j.& adhuc prædictis rationibus & ſimilibus locum habẽ

56 tibus de quibus diximus.§.† non poterat cum omnibus diſpenſare ſed tantùm cum ſublimioribus perſonis & literatis quę vt prędictum extitit per illud ca.de multa .ſunt maiori-

56 bus beneficijs honorandę. † Sed palam hodie omnibus eſt ceſſare prædictas rationes ergo & tales diſpenſationes ceſſa re debent argu.cap.cum ceſſante.de appellationibus cum ſimilibus. Primò quia eccleſię pauperes nō ſunt imò certè ditatæ nimis quæ diuitię chriſtianam religionē in ruinam ducunt: deuotio enim peperit diuitias ſed filia ſuffocauit matrem vt verbis Bernardi vtar quę habentur in gloſ. in verb. poſſeſſoribus in prœmio pragm. Quantus enim ſit inter criſticolas maximè inter monachos harum diuitiarum eccleſiæ abuſus, quiſq; iudicet monachi enim dicuntur loca duodecim apoſtolorum tenere quo ad proprietatis renūciationem ca.ex autoritate.iuncta gloſ. ibi.16.q.j.nec hîc reticebo quid circa ipſos monachos ſtatuerit papa Eugenius ita inquiens

57 Placuit vt nullus monachorum pro terreno lucro temerario auſu à monaſterio exire præſumat neq; commatres ſibi facere neq; alijs quibuſcunq; negotijs ſeſe implicare ſed ſit ſuo contentus clauſtro quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita ita monach⁹ ſine monaſterio ſedeat itaq; ſolitarius quia mūdo mortuus eſt viuit autem deo. Agnoſcatque nomen ſuū monos enī græcè latinè vnus eſt, achos verò triſtem ſignificat: vnde monachus vnus triſtis dicitur ſedeat ergo triſtis & ſuo officio vacet hæc ſunt præd. Eugenij verba quæ habentur in ca.placuit.16.quęſt.j.adde & ipſos monachos feminas de oſculari non debere ca.peruenit.18.quęſt.ij.

ARGVMENTVM

Luxu victus, veſtituſque, incontinentia, negotiatione, atque beneficiorum cumulo clericos labefectari: obidque ambitum effugiendum ſuadet.

SVMMAE.

1 *Honeſta veſte indutos clericos eſſe debere & corporis ornatu animi cultum ſignificari.*

2 *Moribus, geſtuq; clericos graues eſſe debere.*

3 *Caſtos eos eſſe oportere, verborum funditatores non item.*

4 *Limitatum precum tempus ex cauſſa plerūq; commutari & in quibus hoc verum ſit.nu.5. Reſtringit.nu.6.*

Compre-

7 *Comprecandi forma.*
8 *Horis præſtitutis templo adeſſe clericos oportere.*
9 *Horariarum precum æthymologia & nu.13.& cur canonicæ dictæ ſint nume.14.*
10 *Animo, non ſolo Labiorum ſtrepitu Deum adorandum.*
12 *Hæreſes, ac ſcandala clericorum ex inſcitia progenerari.*
12 *Iudæorum mos in promotione ad ſacerdotia.*
15 *Horariarum precum inuentores: earum tempus à quo limitarum & cur ſeptemnario numero præſtringantur. nu.16.& qui ad illas dicendas adſtringantur. nu.21.*
17 *Vicitudinaria cantandorum pſalmorum forma à quibus inuenta.*
18 *Chorus vnde dicatur, & ex quibus conſtetur.*
18 *Sanctorum vitæ cuius rogatu, & à quibus ſcriptæ ſint.*
20 *Diuerſæ comprecationum formæ.*
22 *Luxum victus, veſtituſq; in clericis damnatum. & hiſce temporibus quales videntur. nu.23.*
24 *Clericis negotiationem prohibitam eſſe.*
25 *Clericum in templis frequentem eſſe quomodo accipi debeat.*
26 *Eiuſq; vitæ genus quale eſſe debeat.*
27 *Quo veſtium genere, cuiuſq; coloris eos vti oporteat.29.*
28 *Crapula vnde, & in quo ab ebrietate diſtet & quid afferat. nu.39.*
30 *Clericos continentes eſſe oportere. & concubinæ varias in iure appellationes.*
31 *A mulierum conſortio clerici abſtineant: & quæ concubinariorum. pœnæ numero.32.*
33 *Incontinentiam in clerico damnari.*
34 *Publicus concubinarius quibus argumentis probetur & qui fuit. nu.36.*
35 *Ex ſcelere publico quot, quantaq; mala profluant.*
37 *An, & quando ex crimine publico inducatur irregularitas,*
38 *Publicum communi voce quæ complectatur, communioremq; ſignificatum reſtringi. idq; à notorio diſsidere.*
39 *Eccleſiaſticum iudicem concubinariorum eſſe competentem. Idq; forum concubinam ſubire.*
40 *Concubinarius ſacrificator triplici ſceleris labe inuritur.*
41 *An habens plures concubinas bigamiæ vitium incurrat.*

42 *Spurios nullo modo ſuccedere, Procedit vt.numero.43.44.45.46. v nec patribus conuiuere debeant.nu.47. fallit.nu.48.49.&.51.*
50 *Legitimationis modi.*
52 *Cautelæ relinquendi ſpurijs remiſsiuè.*
53 *Vnam non plures concubinas habere eidemq́; , vt vxori , ligare licuit.*
54 *In meretrice raptum non cadere : & quæ dicatur meretrix. numero.55.*
56 *Concubinatum lege diuina , ac pontificia prohiberi : quandoq; tamen tollerari.n.57.*
59 *Eundemq́; ciuili iure tollerari quo modo accipiendum ſit.*
59 *Concubinatus notionem iudici ſeculari non competere ſed eccleſiaſtico. nu.60.inuito.nu.66.*
61 *Quinq; adulterij pœnæ.&.nu.62.63.64.&.65.*
67 *Nouiſsimo iure quæ eius pœnæ. Et quando in adulteros animaduerti poßit & quæ à Lege moſayca impoſita fuerit.nu.68.*
69 *Eccleſiaſticorum beneficiorum repræhenſa congeries.*
70 *Monachis inhibitam fuiſſe venationem etiam obliquam.*
71 *Impoßilem hodiè eſſe diſpenſationem, cum ceſſet cauſa.*
72 *Impoßibilium genera quatuor. Periculoſam eſſe beneficiorum congeriem.nu.73.*
74 *Dignitates ambiendas non eſſe CHRISTI exemplo.*
75 *Honoris ambitum effugiebat. CHRISTVS, & quo inſtituto.*
76 *CHRISTVM & aduocatum, & iudicem noſtrum eſſe.*
77 *Ambitio vitium quid adferat.*

CAP. II.

In viris Eccleſiaſticis quicunque [a] ſint illi quinque potiſsimum ſunt repræhenſione digna. Primum eſt diuini officij negligentia, eum cui ſeruire habent nequaquam conſiderantes nonne ſi quis principem ſeculi rogatur⁹ ſi eſſet habitu honeſto ſeipm̃ ſtuderet coponere Sepe enĩ (inter ignotos maxiè) veſtis cã honoris eſt iuxta illud † hũc hoies decorãt quẽ decorãt veſtiméta & vir bñ veſtitus

a Huic digreditur ad aliam, quã inſtituerat, materiã, ut clericorum uitæ genus cẽſoria uirga pnotet digreßionẽ q́; ad ca.8. huius tituli perducit.

veſtit⁹ pro veſtibus eſſe peritus:à mille creditur.& Iuuenalis.
Rara in tenui facundia panno.
Nam talis prima facie prǽſumit qualem eſſe veſtes indicāt. l.item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de iniurijs.c.cōtingit.de ſentē.excom.c.ſi iudex.eo.ti.in. j.facit tex.in.c.pe. 23.d iſt.licet tamen ex ornatu veſtis non ſit quis iuſtitiam habiturus.c.ſi quis virorū.30.diſt.& veſtis humilis non reprobetur diſſoluti tamen & fracti veſtibus non recipiuntur.c. per ſimoniam.41.diſt.vnde Hyeronimus,nec affectatæ ſordes,nec exquiſitę deliciæ laudem perimit adde text.in.c.ij. cum ibi notatis.de cuſtodia euchariſtiæ.ex quibus nunc dictis id poteſt aſſumi argumentum clericos veſtibus ornatos debere incedere dum tamen non ad iactantiam.c.omnis iactantia.xxj.q.iiij.per decentiam enim habitus extrinſeci morum intrinſeca honeſtas oſtenditur cle.ij.de vita,& honeſt. clerico.& ad hoc vide Henricum boyc.in.c.j.de priuilegijs. Io.and.in regula eaquę.de reg.iur.in.vj.in eccleſiaſticis viris igitur:hæc habitum honeſtas attenditur quæ illos magis attentos circa diuinum officium reddat vnde licet clerici ſeculares à iure certum habitum non habeant,nec color, quo in veſtimentis vti debent à iure expreſſus ſit,vt nota.in clemē. j.de elect.tamen propter honeſtatem certę formæ, & certi colores ſunt eis prohibiti,vt in cle.quoniam.de vita, & honeſtate clerico.& mulieres habitu viri vti non debent, nec è cōtrario.c.ſi qua mulier.in.2.30.diſt.† Prǽtereà geſtu decēti,& vultu hilari talis ſeipſum ſtuderet componere oſtendens ſe iucundum & benignum principi,& ſine riſu, niſi ex cauſa maxima:nam vt habetur prouerb.x.c.riſus in ore ſtultorum.nec ſit vagus oculis non effrenis lingua fluidoq; geſtu non incedat:ſed pudorem mentis ſimplici habitu,& inceſſu oſtendat obſcenitatē etiā membrorū,& verborū ſicut & operum penit⁹ exercetur viduarum virginū reliquarūq; mulierum penitus fugiat frequentatio enim talis prohibetur:ex eo enim quod frequenter fit præſumitur quod malè fiat.c.clericus.89.di.c.hoſpitiolum.32.di.† Caſtimoniam

quoq; non violati corporis perpetuò obſeruare ſtudeat ſenioribus quoq; debitam præbeat obedientiam,nec vllius ia ctantiæ ſtudio ſemetipſum attollat,demum doctrinæ lectio nibus pſalmis hymnis canticis exercitio iugiter incumbat,ta lis eñ eſſe debet qui diuinis cultibus ſeſe emancipandũ ſtu det prolatione nõ pręcipiti.Qui enim inconſideratè loquitur ſentiet mala prouerb.13.c.maturitas enim in loquẽdo ſer uanda eſt hoc à calixto Papa habemus in.c. Ponderet vnuſquiſq;.50.diſt.& hæc tria quę nunc prædiximus habere etiã bonum oratorem,ſeu aduocatum habitum honeſtum.ſ.geſtum decentem,& diſtinctam pronunciationem quę latiùs proſequitur ſpeculator in tit.de aduocatis.§.ſequitur videre. &.§.hoc dicendum eſt.Inſuper & is,quem dicebamus verba ſtuderet co mponere,vt illa ordinatè loqueretur.verba eñ inordinata interdum vitiant,vt nota in.l.per ſeruum.ff. de vſu,& habitatiõe.Præſertim in ea re in qua põderanda ſunt, vt in ſubſtitutionum materia quæ ſignificationem verborũ reſpicit cum in verbis cõſiſtat effectus ſubſtitutionis:vt per Bart.in.l.j.ff.de vulgari.Caueat etiam oraturus à ſuperfluis: nam melius eſt pauca idonea effundere quâm multis inutilibus homines prægrauari.l.tanta.§.contrarium.C. de veteri iure enucleando.&.c.cum ſit ars artium.de ętate,& quali.Facilè enim quis ex nimia effuſione ſermonis incideret in peccatum.arg.l.fi.C.de dona.tit.generali.& idem ſpeculator in prædicto loco.An tamen,& quando locutionibus proprijs vti poſſumus & verba ſecundum ſubiectam materiam debeant intelligi vide per Bal.in.l.fi.C.de hæred.inſtitu.Si igitur alloquuturus terrenũ principem ita ſe cõponere debeat quantò diligentius in ſacro loco omnipotẽtem oraturi Deũ viri eccleſiaſtici hæc omnia agenda curent.de minori ad maius arguens quod argumentum in iure receptum eſt.c.cum in cunctis.cum ibi nota.de elect.& ele.ſi dominiũ.in principio de reliquijs,& veneratione ſanctorum.Grauius enim eſt Deum offendere quàm principem ſecularem.c.ſicut qui eccleſiam.xvij.q.iiij.l.manicheos.C.de hęret.&.c.vergentis.e.

ti.ſtudeat

tit. ſtudeat igitur vnuſquiſq; eorũ qui viri eccleſiaſtici ſunt (negligẽtia illa poſtpoſita) ſanctè, ac religioſè in diuinis adeſ ſe quiſq; pro ſuo officio: ſi qui enim Cathedralium eccleſiarum, ſeu collegiatarum beneficiati horis debitis, & competẽ tibus laudes Deo perſoluant non curſim, non feſtinãter, ſed tractim prout decebit & hoc præſertim ſeruari debet cum publicè horæ dicuntur, in eccleſia licet, & ita ſeruandum ſit, quando priuatim dicuntur. ſ. nec curſim, nec feſtinanter: ſed
4 moderatè dicantur. c. j. de celeb. miſſarum. † ibi tamen vide optimam gl. clericis pauperibus conſulentem, qui cauſa victus laborare habent qui ſimul omnes horas dicant ne fortè ſi occupatio aliqua ſuperueniret aliquam horarum contingeret relinquere quod Papa, Cardina. reliquiq; prẹlati obſeruant, cum multa (his expletis) habeant ratione officij expe-
5 dire. † & hoc idem dicerem poſſe ſeruare à quibuſcunq; clericis, qui ex cauſa legitima, ſeu neceſſaria timerẽt occupari: quo caſu veſperas etiam manè dicere poſſent per illum tex., in. c. j. de celebra. miſſa. in prin. iuncta doctrina ſcribentium. ibi & ita moderni etiam in clemen. j. eo. tit. Henricus boyc in. c. pernicioſus. e. ti. in antiquis, vbi dicit ex cauſa tali poſſe ſero diei ſequentis dicere matutinum: vel aliter in alijs dicẽdis licitum eſſet tempus prẹuenire: quia regulariter in omni lege, vel ſtatuto cauſa legitima eſt excepta. c. ſi quando. de re-
6 ſcript. &. c. ex parte. in. j. de offic. deleg. † aliter ceſſante cauſa legitima licitum non eſt tempus præuenire ita notãt doctores, vbi. ſ. ſicut obligatus certo tempore ſtatuto ſoluere in fauorem creditoris, vt Dei in hoc caſu noſtro ante tempus ſoluere non poteſt. l. ſi ita relictum. § pegaſus. ff. de lega. j. &. l. ſtipulatio iſta habere licere. § inter incertam. ff. de verbo. obliga. Albericus de ferrarijs in ſuo tractatu horarum quęſt. xiiij. &. xv. cuius hæc verba ſunt. ſcholaris circa ſtudium literarum occupatus manè omnes horas ſimul perſoluere põt: vt vtrunq; Deo reddere valeat, & debitas laudes, & ſtudij honeſta opera, nec vnum per aliud impediatur quod intellige cum talis valde occupatus eſſet circa ſtudium, vt quia le-

ctor,vel alr publicè docere haberet.tuncenim tale ſtudiũ ex cuſaret eſſetq; iuſta cauſa prępueniendi tẽpus facit ad hoc.c.
7 ſuper ſpecula.de magiſtris.&.c.cum ex eo.de elect.in.vj.† & cum ab eccleſiaſticis viris horæ dicuntur reuerenter dici debeut,hoc eſt cum puritate conſcientię deuotione animi habitum,geſtum,& cautum debita compoſitione.c. dolentes. de celeb.miſſa.cle.j.e.tit.& clemen.j.§.nos itaq;.[de reliquijs. & veneratione ſancto.nec huiuſmodi reuerentia omittenda eſt,nam quod pro reuerentia alicuius debetur remitti nõ poteſt.l.alia.§.eleganter.ff.ſoluto matri.&.l.fi.§.paterna reuerentia.C.de bonis,quę liberis.& hec potiſsimùm † cerimonię
8 ab omnibus beneficiatis cathedralium,& collegiatarum eccleſiarum ſeruari debẽt.c.cum teneamur.de celeb.miſſa.qui omnibus horis intereſſe habent toto illo titulo,quo tempore quiſq; debeat eſſe in choro in prag.ſanct.cum ibi notatis niſi aliqui eorum abſint ex cauſa probabili:vt eſt cauſa ſtudij vel pro negotijs eccleſiæ.c.ex parte. &.c.ad audientiam. de cler.non reſidẽti. tunc enim in domibus eorum,vel alibi horas canonicas dicere poſſent.c.fi.92.diſt. Archidiacon⁹.in.c. miſſarum.de conſecra.diſt.j.& toto illo titulo qualiter horæ canonicę ſint dicẽdę extra chorum in pragmatica,& ibi plenè vide modum quem habentes dicere horas ſeruare debent,& qui ſint, qui ad eas dicendas teneantur, de quibus adhuc ſpero me dicturum melius.j.ſed cum tanta prædixerimus,& adhuc ſum⁹ dicturi de his horis canonicis,quomo-
9 do autem inſtitutæ ſint in eccleſia nolo hîc præterire.† dũmodo dixero prius quare ita nuncupẽtur,horę enim ab oro dicuntur:quia orando,& quodãmodo plangendo dici debent.c.vbi periculum.§.vlti.de elect.quod profectò aduerſus quàm plurimos facit qui cum has horas decantant diuina officia perſoluentes,id cum maximis clamoribus faciunt more venatorum,nec cogitantes quid dicant,nec quem alloquantur,corpore præſentes,& animum in patinis habentes
10 iuxta verba prophetæ Eſayę.ſuo.c.19.† eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo,& labijs ſuis glorificat me cor au-

tem eius

tem eius longè eſt à me quę verba referuntur à Chriſto do-
mino aduerſum ſcribas,& phariſæos apud Matthęum . 15.c.
inquiente.ibi hypochritæ bene de vobis ꝓphetauit Eſaias
dicens,populus hic labijs me honorat,cor autem eorum lon
gè eſt à me.Eadem domini verba ſunt marci.7.c.nec mirari
ſatis poſſum quid ita in eccleſia cantantes arbitrentur,nõne
hoc faciunt potiſsimùm,vt cultus,qui Deo tanquàm plaſ-
matori noſtro debetur,& ſummus honor reddatur?proinde
vt mediatores Dei,& hominum ſint ac propiciatores pro
peccatis noſtris,& peccata noſtra comedentes?At quomo-
do tales erũt?cum maior numerus eorum ſit,qui neſciat,q̃d
cantet,quid petat,quomodo enim fieri poteſt tales à domi-
no exaudiri?talibus enim verba conueniunt,quæ Chriſtus
matri filiorum Zebedæi petenti,vt duo filij eius ſederent,
vnus ad dexteram,& alius ad ſiniſtram in regno ſuo,dixit ijs
pro quibus talis petitio materna facta fuerat ,neſcitis quid
petatis.Matth.20.c.& marci.10.vbi Hyeronimus ait matrẽ
poſtulaſſe ita errore muliebri,& pietatis affectu , neſciebat
enim quid peteret.nec mirum ſi arguantur imperitiæ cum
de Petro dicatur quando tria vult fieri tabernacula,neſciens
quid peteret Matthæi.17.c.Marci.9. & Lucæ.9. ſic & iſtis ita
cantantibus dici poteſt,neſcitis quid petatis,non tamen prę-
dictis rationibus: ſed tanquã omninò excœcati ignorãtia,&
defectu literarum:quo fit,vt ab omnibus hodie contemnan
11 tur,& honor,qui eccleſiæ debitus eſt,non deferatur,† vnde
enim tantæ hæreſes?vnde tanta in eccleſia generantur ſcan-
dala?niſi potiſsimùm ab ignorãtia eorum qui miniſtri ſunt
eccleſiæ videat,quæſo,quiſq; quantò plus in hoc iudæi per-
12 fectiores ſint,quàm nos Chriſtiani:† illi enim , vt à fide di-
gnis accepi,nullum ad ſacerdotium legis Moſaicæ aſſumũt,
niſi optimè literatum,& hoc ita faciũt:quia ſacerdotes ſunt
illi,qui legem ſub qua militant tueri debent.Prætereà & in-
ſcijs , qui ſub eadem lege ſunt illam docere habent : atqui
noſtri ſacerdotes (quod iniquiſsimè fit) ob eorum ma-
gnam literarum imperitiam neutrum eorum faciunt.

Excandeſcit in eos, qui pſitacorum more Deum opti.maxi. labijs adorantes conclamitant.

13 †Sed ad rem redeo vel horę etiam ad hora dicuntur quia certis horis diei dici debent ca.j.& ca.dolentes de celeb. miſ.
14 †Canonicæ autem ſic dictæ ſunt quia à canone ſunt inuentæ vel quia à canone hoc eſt regula dici debent.c.2.91.diſtin.
15 & cap.fi.12.diſt.quas Hieronimus,†primus Euſebio cremonenſi & pleriſq; alijs qui cum eo vixerant inſtituiſſe fertur quibus diuinę in templis laudes canerentur vt ex ſacra patet hyſtoria quas patres deinde receperunt imitati carmem dauidicum pſalmo ſuo.118.ſepties in die laudem dixi tibi &c. Sunt autem,qui tradant & imprimis diuus Cyprianus morem celebrandi primam tertiam ſextam & nonam horas à Daniele ſumptum quod ille ter in die poſitis humi genibus ſic orare conſueuiſſet.Poſteà,quod ſatis conſtat Pelagius ſecundus decreuit, vt ipſæ ſeptem horę canonicæ quotidie à ſacerdotibus celebrarentur velut pręſentaneum remedium humanæ imbecilitati futurum quo ſicuti iuſtus ſepties in die quemadmodùm Salomon ait forte per ignorantiam ca-
16 dit ita perorandi curam toties reſurgat reualeatq;†vel etiã ita ſeptem dicuntur ad deum laudandum pro ſuis beneficijs interq; beneficium creationis maximum eſt ſeptem diebus expletum vt habetur Geneſeos.j.c.& beneficium etiam redemptionis ſeptem quodammodo horis peractum matutinali videlicet.j.3.6.9.& cæteris,quibus his ſingulis horis Gregorius præfationem dedit initij pſalmi Dauid Deus in adiutorium meum intende &c. Superaddiditq; hymnum illum gloria patri & filio & ſpirituiſancto vt totidem etiam horę in honorem deiparę virginis quotidie recitarentur Vrbanus.ij.inſtituit in concilio quod gallis opus claromontanos habuit at hyeronimus damaſſi rogatu pſalmorũ librum in ſeptem partes digeſſit ad numerũ dierum vni⁹ hebdomadę, vt quilibet dies certũ pſalmorũ haberet.Numerũ, qui caueretur quod ita ab ipſo Hyeronimo diſtinctum ex ipſius damaſci decreto in omnibus templis nunc(vt videmus)legitur.Fertur inſuper eundem pontificem primum omnium hymnum in fine omnium pſalmorum adijeciſſe.quem in niceno

Euſebi⁹ cremonenſis Hieronymo conuixit.

Horæ canonicæ.

Horariarũ precũ præfationis inuentor

Claromõs urbs aruernis a Ceſare Gergonia appellata.

ceno conuentu prius ęditum memorię proditum eſt. Item primitus inſtituit vt choros alterius pſalmos caneret quanquàm ſint, qui dicant id anteà ab Ignatio epiſcopo anthyochenſi inſtitutum fuiſſe qui per quietem audiuerat Ange-
17 los ad eum modum viciſſim pſalmos continentes.† At diuus Auguſtinus libro confeſſionum.9. ait Ambroſium mediolanenſem antiſtitem hunc canendi hymnos, & pſalmos morem primum apud occidentales inſtituiſſe populos quod non vtiq; multùm abhorret à ſententia eorum qui damaſſo aſſignant nam cum ambo per idem tempus fuerint & quod vnus cœpiſſet ab altero ratu haberi oportuerit non iniuria igitur ambo eius rei autores dici poſſint non tamen ea cauſa eum canendi modum in eccleſiæ inuenerunt vt diligentiùs cantum quàm ſacrorum verborum pondus attendamus cōtenti eiuſmodi clamorum contētu de vi verborum minimè curantes, vnde eò ventum eſt vt apud vulgus omnis diuini cultus ratio in iſtis cantoribus ſita eſſe videatur quáuis generatim nullum aliud horum genus ſit leuius aut improbius. Et tamen bona pars populi vt eos ita clamantes audiat in ſacras ædes velut in theatrum concurrit, eos pretio conducit eos fouet eos deniq; ſolos domini Dei ornamēto exiſtimat. Quare proculdubio ex religionis vſu ſatiùs foret aut eiuſmodi graculos è templis eijcere, vel eos ita inſtituere omnino vt canētes more potius legentium quàm in ſtrepentium hymnos recitarent. Quod diuum Athanaſium Alexandrinum epiſcopum olim in ſua diœceſi feciſſe Auguſtinus in pręnotato lib. atteſtatur, atq; magno opere laudat idq; Lugduni in
18 omnib⁹ eccleſijs ſeruatur etiam.† Chorus enim multorum vocibus conſtat ita vt ex pluribus vna reddatur fiatq́ue concentus ex diſſonis autore Seneca & Macrobio chorū à chara i. lætitia dici autumat Plato lib. 2. de legib. Vitas verò diuorum quas electiones dicimus Paulus dyaconus & Iſnardus monachus circiter animi ſalutis octingenteſimū rogatu Caroli magni ſcripſerunt. Et quoniam cum aliâs tum pręſertim imperāte diocletiano, vt Damaſſus & Euſebius teſtantur ad

Diuinus cultus.

19 decem & ſeptẽ † criſtianorũ millia dieb⁹ tãtùm.xxx. per diuerſas prouincias afflicta ſupplicijs fuiſſe difficilè erat vel vitas deſcribere,vel diem feſtum cuilibet dare,quare illi lectiones(quas vocamus)compoſuerunt quę martyribus pluribus cõfeſſoribus(quos vocãt)vel virginibus cõuenirent quas patres poſteà de concilij ſentẽtia cõprobarunt certiſq; diebus qui ipſis ſanctis ſacri haberẽtur recitari inter horas canonicas mãdauit.Poſthęc quidã preces alias inſtituerunt:nam benedictus ſuis monachis certũ orãdi modum pręſcripſit.itidẽ Bernardus ſuis & idem dominicus ſuis qnin & ſinguli pro-

Verũ orãdi modũ & cuius loco ſit orandũ prædocuit Chriſtus Mat.6

20 nunciales antiſtites idem fecerunt † ita vt hodie alij aliâs preces vſurpent & id factũ fuiſſe arbitror Romanorũ pont.cõſenſu qui nihil reſpuere voluerũt qd diuinũ augeret cultum

21 & ad has horas canonicas dicẽdas ex præcepto tenẽtur. † Primò omnes in ſacris ordinati à ſubdyaconatu iam hęc eſt cõmunis opinio theologorũ & canoniſtarum in.c.dolentes.de cęleb.miſſa.ſecundo oẽs clerici beneficiati etiam in ſacris nõ exiſtẽtes ita cardinalis Zabarella de cęleb.miſſarũ in clem.j. nec excuſantur adhoc quãtumcũq; beneficium tenue ſit,imò illis imputandum eſt quare paſſi ſunt in tali beneficio ſe intitulari vt dixi,idem tenet Gofredus in ca.cleric⁹.victum.9.di. Et ſecundum cõmunem ſcribentium theologorum opinionem id fieri debet in perſona propria:cum tale onus ſit perſonale:& in perſona propria & nõ per procuratorem velint intrare Paradiſum de his tamẽ omnibus vltra quàm dixerim,vide plenè per Antoninum florentinum in.c.4.de horis canonicis toto decimotertio titu.in ſua ſumma.Tertiò tenẽtur ad horas canonicas religioſi profeſſi,quorum religio per eccleſiã eſt cõfirmata & ita adhoc ligati ſunt ratione ſuę profeſſionis quia non ſolum huiuſcemodi religiones inſtitutæ ſunt vt quiſque pro ſe orationem ad Deum habeat.particulariter, imò etiam & pro vniuerſali vtilitate fidelium. Et hac ratione potiſſimum inſtitutæ ſunt in eccleſia horæ canonicæ, & religiones etiam hoc enim dixerim & ſufficiat quantùm ad primum,quod in viris eccleſiaſticis

eſt

22 eſt repræhenſione dignum. † ¶ *Secundum* (quod diceba-
mus)prętioſior cultus in victu,& veſtitu vltra quàm clericis
deceat de quo toto illo titu. de vita & honeſt.cleric.& tota
23 illa.41.diſtin.vnde Bernardus ad Eugenium Papam. † Quid
hoc enim eſt quod clerici aliud eſſe volunt & aliud videri
nempe habitu milites queſtu clericos actu verò neutrum ex-
hibent? Et idem Bernardus ſuper cantica intuere quomodo
incedant nitidi & ornati circumamicti varietatibus tãquàm
ſponſus procedens de thalamo ſuo. Et idem adhuc de malis
clericis conceditur tibi vt ſi bene deſeruis de altari viuas nõ
autem vt de altari luxurieris vt tibi compares inde aurea fre
na cellas depictas &c. denique quicquid præter neceſſarium
victum & ſimplicem veſtitum de altari retines tuum non
eſt imò rapina eſt ſacrilegium eſt quia res pauperum non da
re pauperibus ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur quibus ver-
bis addo ego tex.in.c.ſicut hi.c.aurũ habet eccl'ia &.c.gloria
24 Epi.12.q.2. † Tertiũ eſt quia negotijs ſecularib⁹ ſe immiſcẽt
clerici enim officia vel commercia ſecularia exercere non de
bent maximè inhoneſta quod ſi faciant pœna à iure eſt vt
officio ſuo degradẽtur.c.clericus.91.diſt.imò de manu clerici
pſalterium nunquam exire debet ca.nunquam.de cõſecratio
ne diſt.5.vbi hęc ſunt Hyeronimi verba ad ruſticum mona-
chum ſcribẽtis nunquã de manu tua vel oculis tuis liber pſal
terij diſcedat intellige nunquã hoc eſt horis cõſtitutis argu.
tex.in.c.ſi quis vult.36.diſt.vbi ſunt eiuſdem Hyeronimi ver
ba ſi quis vult pontifex eſſe non tam vocabulo, quàm meri-
to inuitetur: Moſem imitetur & Aaron,quid enĩ dicitur de
his? qđ non diſcedunt de tabernaculo domini. Erat ergo mo- *Moſes in tẽ*
ſes indeſinẽter in domini tabernaculo &c.ſubſequiť ex poſt. *plis ſ eq̃*
25 † Oret ergo ſacerdos in eccl'ię indeſinẽter intellige, vt prędi *tiſſimus.*
xi horis ſtatutis: ſimile adhuc habetur in.c.hi,qui. 21.q.3. vbi
ex quadã epiſtola Cypriani ad præsbyteros & dyaconos ha
bem⁹,qui in eccl'ia domini ad ordinationẽ clericorũ promo
uentur in nullo ab adminiſtratiõe diuina auocẽtur nec ab al
taribus,& ſacrificijs recedãt ſed die noctuq; cœleſtib⁹ rebus

& ſpiritualibus ſeruiant hoc eſt horis præſtitutis addo text in can.ſi laicus.31.diſt.vbi Hyeronimus contra Iouinianũ ſacerdoti ergo cui ſemper offerenda ſunt ſacrificia ſemper orã dum eſt.& in ca.ſacroſancta.22.diſ.vbi Anachletus Papa verba Pauli Apoſtoli referens ſcribẽtis ad Romanos.j.c. *Teſtis eſt mihi Deus cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filij eius quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis*. Et adhuc in cano.de quibuſdam.37.diſt. in quo hæc verba ſunt. Ab vniuerſis epiſcopis ſubiectis plebibus,& alijs locis,in quibus neceſſitas occurrerit omnino circa,& diligentia habeatur,vt magiſtri,& doctores conſtituantur qui ſtudia literarũ liberaliumq; artium dogmata aſſiduè doceant vnde Beda ſuper Lucam ait ſacerdotibus vt ſemper valeãt altari aſſiſtere ſemper ab vxoribus eſt abſtinendum ſemperqúe caſtitas obſeruanda præcipitur intellige his verbis ipſum Bedam alloqui ſacerdotes non occidentales ſed orientales qui ſoli hodie coniugio vtuntur.vt in.c.aliter.3.diſt. & hoc incidenter dixerim.Sed ad prædicta addo text. de iure ciuili.in.l. ſi quis ita.ff.de condit.& demon.vbi ex Pomponij iurecon. reſponſo habem⁹ quod ſi alicui taliter legatum eſt vt cum filijs ſuis habitet nõ requiritur quòd in quolibet momẽto ſit cum eos his enim verbis quę nunc dixi plana volui eſſe verba ante di

Magiſtri cui rei præficiendi.

Sacerdotes ſoli orientales coniugati.

26 &i cano.nunq̃ de conſecrat.diſt.5.quę† volebant pſalterium nunquàm debere exire de manu clerici qui prouidè mimis & irculatoribus intenti eſſe nõ debent,nec tabernas intrare niſi itinerantes ſint vel aliter neceſſitatis cauſa quæ ſemper excuſat nec legem habet vulgatis iuribus neq; luſores alearũ & taxillorũ vel etiã ludẽdo intereſſe.§. interdicim⁹.in auten. de ſanctiſ.epiſcopis colla.9.qđ ſi aliter fecerint illo textu tribus annis ab officio ſuſpẽdi debẽt coronãq; & tõſurã cõgruẽtẽ habere debẽtes vt monachi ab alijs cl'icis diſcerni videant & ecõtra.Sed hodie vix eſt qui in eccl'ia tõſurã deferre dedignet quaſi vereãtur deferre inſignia ſeruitoris eccl'ię,& ei⁹ tanta dignitate prępollet nec arbitror ego eos alia rõne.moueri niſi quia ſe indignè ad tm̃ officiũ ꝓmotos vidẽt verent

que eſſe

27 quę eſſe in tanto honoris culmine.† ſtudeant igitur tales of
ficia ad quę vocati ſunt diligenter exercere tam in habitu
decenti,quàm in bonis ſtudijs procedentes quare indumen
ta,quæ nec nimia longitudine,nec breuitate notari poſſunt
deferant,& ſic in hoc medium ſpectare debent.c.quærenti.
de offic.delega.l.adeò.§.cum quis.ff.de acquiren.re.domi.

Sacerdotū ueſtitus.

27 †pannis rubeis,aut viridibus non vtantur frenis,ſellis,pecto
ralibus,calcaribus deauratis,aut aliam ſuperfluitatem gerē
tibus:quia his et iam ſine principis licentia laicus vti nō de-
bet.l.nemo.de veſtibus holoſericis, & deauratis &c.li.xj.C.
Conformes tamen eſſe debent in veſtibus conſuetudini re-
gionis ne hypocritę videantur.c.ſi quis virorum.30.diſt.&
c.erit autem lex.4.diſt.& ne vileſcat etiam dignitas clerica-
lis.c.epiſcopi.80.diſt.ſed de his vide in ſumma.xxj.q.iiij.&
tota illa.q.& ſicut veſtimentis decentibus vti debent,nō mi-
nus tamen ſobriè habent viuere diligenter ſe abſtinentes à

Crapula eſt fugienda: & quę p̄generet incommoda.

28 crapula, & ebrietate† crapula dicitur quantum ad cibo-
rum ſuperfluitatem quaſi cruda epula,nemo igitur tales ci-
bos accipiat,vt ait Hyeronimus quos aut difficulter digere-
re,aut comeſtos magno paratos labore doleamus,ne bre-
uis hora victum longi temporis conſumat.arg.capituli.cum
apoſtolus.in princi.de cenſibus.his ergo vtendum eſt cibis,
qui arte impendijs,quæ cocorum indigeāt,& ſine cura mo-
deratè ſumpti humanū genus ſubſtentent:quia auidè nō de-
uorantur,quę irritamenta gulæ non habent,& tunc leuiori
digeſtione decocuntur:ſed dum vſq; ad inſtomachationem
ventris onerantur morbi ex nimia ſaturitate excitātur.ſub-
dit idem Hieronimus ſe legiſſe quoſdam morbo articulari,
id eſt guta arteticha,quam vocamus,quę fit in iūcturis quā-
do verò fit in pedibus podagra dicitur,qui in manibus cyra-
gra,& in alijs membris etiam arteticha,& podagrę humori-
bus laborantes,proſcriptione bonorum ad ſimplicem men-
ſam,& pauperes cibos conualuiſſe(argumētum eſt igitur hîc
contraria contrarijs curari,adde tex.ad hoc.in.c.j.de pœni-
tentia.diſt.2.)caruerant enim tales ſolicitudine diſpenſandę

Morbus articularis.

dom⁹ epularũ largitate quæ & corp⁹ frangũt & animũ irri
det horatius ciborum appetitum qui conſumpti relinquit
pœnitentiam ſic inquiens.

Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas.
Et alibi idem.
Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes:
Cum redire voles epicuri de grege porcum.

Vnde eccleſiaſtici.37.capi.noli auidus eſſe in epulatione &
nõ te effundas ſuper omnem eſcam in multis enim eſtis erit
infirmitas propter crapulam multi obierunt qui autem ab
29 ſtinens eſt adijciet vitam.† Ebrietas vero quantum ad po-
tum dicitur & cõponitur ab e quod eſt ſiue.ſecundũ quoſdã
& bria quod eſt menſura vnde ebrius eſt qui bibit ſint men-
ſura quare horatius.

Fecundi calices quem non fecere diſertum?
Tunc ſurgunt rixæ tunc pauper cornua ſumit.

Maximum profectò dedecus eſt & graue adferens incomo
dum ebrioſum eſſe nec abs re ſi Salomon in ſuis prouerbijs.
cap.21.dixerit qui diligit epulas in egeſtate erit & qui amat
vinum &pingua nõ ditabitur vinum certè immoderatè ſum
ptum præſentaneum veneaum eſt quid enim magis tur-
pius(maximè clerico)quam luxuria?& eſſe fedatum illo vi-
tio?& corpore pollute miniſtrare altaribus? Et tamen luxu-
rioſa res eſt vinum & tumultuoſa ebrietas prouerb. 20.cap.
Vinum ſecreta pandit quare.23.cap.ibi ne intuearis vinum,quando flaueſcit, cum
ſplẽduerit in vitro color eius ingreditur blande ſed in nouiſ
ſimo mordebit vt coluber & ſicut regnans vera diffundò &
adhuc ibi vlti.cap.noli regibus dare vinum quia nullum ſe-
cretum vbi regnat ebrietas ne fortè bibant & obliuiſcantur
iudiciorum & mutent cauſam filiorum pauperis vnde eccle
ſiaſtes.20.ca.*cogitaui in corde modo abſtrahere à vino carnem meã,
vt animum meum transferrem ad ſapientiam* . & eccleſiaſti.9.*cum*
Effubiendæ luxuriæ argumenta *aliena muliere non ſedeas omnino,nec accumbas cum ea ſuper cubi-
tum,& non alterioris cum cap.in vino,ne forte declinet cor tuum in
illam & ſanguine tuo labaris in perditionem operarius.* Ebrioſu,

non

non locupletabitur vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes eccleſiaſtici.19.multa adhuc alia hic addere poſſem quibus cognoſceret quam ſit iniquum vino vti imo quæ tamen in eccleſiaſtico relinquo videnda cap.ſuo.31.& varijs ſa
30 crorum canonum locis.† ¶ Quartum eſt publica eorum incontinentia non enim verentur pleriq; publice tenere concubinas contra ea quæ habentur toto titu.de cohabitatione cedat & mulier &.28.31.&.32.diſt.diſt.per Et vt hanc rem de modo quo decet aperiamus concubina dicitur ea que in domo vnica & retinetur ita Bal.& abbas Panor.in.c.innotuit de elec.& glo.in.§.hoc dicimus in autē.de triente & ſemiſſe colla.3.glo.& Bar.in.l.penul.ff.de concubinis.glo.in.§.ſi quis autem defunctus authē.quibus modis naturales proficiantur ſin coll,7.ſpeculator in titulo de ſucceſsionibus ab inteſtato §.1.verſi.& nota.tria Paul.de caſt.conſilio.131.incipiente cauſa,quæ vertitur coram domino nicolao.j.col. Bald. in.l.parentes.ff.de in ius vocando. glo.in.l.ſtuprum in verb.concubina.ff.de adulterijs Ludouicus Romanus cōcilio.326.incipiente in pręſenti conſultatione in qua quęritur &c.in vltima colū.& adhuc Bald.in.l.eam quā.C.de fideicōmiſsis vel proprius concubina eſt mulier ſoluta quam ſolutus indubitato affectu in domo tenet.§.ſi.inſtit.de nup.&.§.quib⁹ cōnumerare neceſſe eſt inſt.de hęre.que ab inteſt.deferunť quę cōcubina aliter de iuro canonico focaria vocatur tanquam publicè & ordinariè ad focū & ollam ac ſi vxor eſſet teneatur quod quidem fieri potiſsimùm à viris eccleſiaſticis turpiſsimum eſt eiſq; ſub grauiſsimis pœnis à iure inhibitum cuiuſcunq; conditionis ſtatus religionis dignitatis,etiam ſi pontificalis,vel alterius pręeminentiæ exiſtat ita quod ſi poſt conſtitutionis notitiam conſtancienſis & baſilienſis conciliorū ſuper hoc habitæ quis per duos menſes poſt publicationem eiuſdem habere præſumpſiſſet publicè à perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ipſo facto ſuſpenſus eſſet cum alijs certis pœnis grauiſsimis ibi talibus iniunctis ſi moniti demum ab eorum ſupe-

Concubina que.

riore illas non dimitterent, hæc igitur antedictorum ſancto rum conciliorum conſtitutio Epiſcopos etiam ligat quibus nullam, licet omninò cum eiſdem habitare mulierem quod ſi probetur ab Epiſcopatu expelli debent. §. Epiſcopũ verò. in auth. de ſanctiſs. Epiſcopis col. 9. & in auth. Epiſcopo. C. de Epiſcopis, & cleri. quod in ſancto Brixio actum eſt, qui poſt diuũ Martinum Turonicæ ciuitatis Epiſcopus extitit, cum enim trigeſimo ordinationis ſuæ, anno contra enm lamenta bile crimen oriretur quadam muliere quę cubicularijs veſti menta abluebat concipiente, & demum pariente idomne cri men ſuper Epiſcopum obijecerunt quod quidem, vt etiam in re erat) ipſe negant Populo autem non credente ab epiſco patu eum eijeceruut. & tanto tempore ab eo expulſus remã ſit donec rurſus peracta tñ prius pœnitẽtia eorum, quæ ali quando in diuum Martinum commiſerat, in eo receptus eſt & qđ de Epiſcopo diximus, idẽ de monacho cenſeas. c. peruenit. xviij. q. ij. etiam ſi mater, vel ſoror eſſet, vt communiter volunt ſcribentes in. c. de cohab. cleri. & mulier. de Augu ſtino enim legimus, neq; cum propria ſorore habitare conſenſiſſe dicente, quæ cum ſorore mea ſunt ſorores meæ non ſunt. c. legitur. cum ibi no. 81. diſt. & quicquid in hoc contra riari voluerit Panor. in illo. c. de cohab. cleri. & mulie. Iſtud eſt honeſtius maximè ptopter alios, qui cum Epiſcopo com

Diui Brixi electio

Cohabitatio mulierũ cum clericis prohibita.

32 morantur. † Alij verò clerici ſecum habere poſſunt matrẽ aut aliam conſanguineã non ſuſpectam: vt quia ſenes ſunt, vel infirmi. c. volumus. & c. cũ omnibus. 81. diſt. cũ in illis nihil ſiniſtri poſsit ſuſpicari. l. eum qui. C. de Epiſcopis, & cleri. & c. nobis. de cohab. cleri. & mulie. At intellige tales in eadẽ domo habitare poſſe: ſed non in eadẽ camera. c. Eps. 77. diſt. Præthereà & ijs addit Panor. in. d. c. de cohab. cleri. & mulier. cõſanguineas quantuncunq; iuuenes dum tamẽ aliter ſuſpectæ non ſint clericum, qui bonæ famæ eſt, poſſe in domo ſua ſecum retinere: ſed extraneas iuuenes nullomodo poſſe quãtuncunq; talis clericus bonę famæ eſſet: quia hæc cõmixtio periculoſa eſt: ſed cum cõſanguinea non eſt ita dũtamen nõ

habeat

habeat iuuenem pediſequã,nec ſolus clericus in ſuo cubiculo habitet,ita ſentit gl.in.d.c.volumus,licet hoc Henri.boy. in.d.c.j.nõ placeat,imò idem vult eſſe quantũ ad hæc in epõ ꝙ in quocũq; clerico,quã opinionem tenere tutius eſt:nã vt in illo.c.j.de cohab.cle.& mu.dicit̃ inſtigante Dyabolo etiã in illis.ſ.matre,ſorore,amita,& pediſecis perpetratũ ſcœlus reperitur.& quatuncunq; clericus bonæ famę ſit,tñ ſuſpicio à ſuis famulis,& alijs extraneis ibi frequẽter cõuerſantibus
33 oriri poſſet,& ſcandalũ generari.† Publica igitur clericorũ incontinentia eſt & alia cauſa in clericis maxima repræhen-
34 ſione digna tanquã concubinatum publicè exerceant†.Publici aũt cõcubinarij intelligẽdi ſunt nõ ſolùm in iudicio factã,ſeu per rei euidentiam,quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari notorius eſt:ſed qui mulierem ſuſpectam de incontinẽtia tenet & per ſuperiorẽ admonitus ipſam cũ effectu nõ relinquit graue eſt profecto crimẽ clericũ publicè peccare: *Concluſio.*
35 † quia ex clerici publico crimine maximè ſacerdotis tria mala ſequunt̃.Primũ aliorũ præſertim laicorũ ſcãdalum generatur,Scdm officium eccleſiaſticũ vituperatur:Tertiũ alijs licentia,& materia peccandi præſtat̃.c.ſi mala.2.q.4.c.ſignificaſti.de adult.&.c.magnæ.de vo.& voti redẽp.& quia tã graue crimẽ eſt publicè peccare,ea etiam ratione publicis cõcubinarijs à.d.ſacris concilijs tã graues pœnæ infligunt̃ qđ aliter fieret ſi occulti cõcubinarij eſſent:quia licet coram Deo graue peccatũ ſit etiã,tñ ita grauiter nõ puniunt̃:ſed aduerſus tales,ſicut aduerſus occultos cõcubinarios erit ꝓceden- *Publicè peccare graue eſt*
36 dũ.† Publicus igitur cõcubinarius dicit̃ qñ de crimine infamatus eſt.Occultus verò qñ non eſt infamatus de quibus vide per gl.in verb.diffamatos.§.qđ ſi hi.in tit.de cõcubinarijs. in prag.in cle.j.iũcta ſua gl.in verb.publicè.de vita,& hone. cleri.& plenè per gl.in verb.inhabiles.§.& nihilominus.in ti.
37 de cõcubinarijs.in prag.† & qñ crimina inducant irregulari
38 tatem,vel non vide ibi.† Publicũ enim nomẽ generale eſt ad notoriũ,famã,manifeſtum,& euidentiã ſicut fornicationis nomen eſt generale ad omne genus illiciti coitus,& cõpræ-

hendit ſub ſe fornicationem ſimplicem adulterium,ſtuprũ,
inceſtum,& raptum,quod tñ meliùs vide per Gelaſiũ Papã
in.c.lex illa.36.q.j.qñq; tamen verificatur duntaxat publicũ
in notorio:vt in prædictorũ conciliorum cõſtitutione.&.c.
de illo.de eo qui cognouit cõſang.vxoris ſuę,&.c. Porrò de
Verba ſecũdum cõmunem uſum accipiẽda.
diuortijs.hæc tamen omnia verba recipiunt interprętatio-
nem ſecundum ſubiectam materiam arg.eorum,quæ notan
tur per gl.j.in.c.rogo.xj.q.iij.cle.exinde. paradiſo.de verbo.
ſig.& ſcdm communem loquendi vſum arg.l.cum de lanio-
nis.§.aſinam molendinariam.ff.de fundo inſtructo &c.&.c.
quamuis.de verb.ſig.ita notat Panor.in.c.cum olim.illo tit.
& Io.fabri in procemio inſtitutionum.in verbo proteſtanſ
in materia notorij,& euidens aliquando ponitur pro noto-
Euidens p notorio accipi poſſe
rio qñq; pro manifeſto de quibus,& de triplici notorio vide
per gl.in verbo euidentiam.eiuſdem tit.de concubi.in prag.
Cùm igitur tantum,& tam graue crimen concubinatus ſit
in viris eccleſiaſticis potiſsimùm,quis eñ iudex eſt,qui Dei
39 eo cognoſcere poſsit?quare dico† cum ſit crimen eccleſiaſti-
cum de illo etiam cognoſcit tantum eccleſia.rationem addo
quia originaliter prohibitum ab ea fuit.c.nemo.32.q.4.& ſic
hoc crimen cõcubinatus iudex eccleſiaſticus punit tam in vi-
ro,quàm muliere,maximè qñ mulier tale delictum fornica-
tionis cõmitteret cũ clerico cum tunc & ipſa ratione huius
Vnus modus ſortiendi forum
delicti de foro eccleſiaſtico efficiatur:& à ſolo eccleſiaſtico
iudice puniri poſsit.& ſic eſt argumentũ concubinam cleri-
ci propter concubinatum ſequi eius forum.c.ſi quis quam.
de cohabi.clericorum,& mulierum.&.c.ſi concubinę.de ſen
40 tentia excommunicationis.† Præſertim ſi cum præsbytero
delinquat,quia tunc triplex crimen committitur concubina
tus,ſacrilegium,& adulterium.c.qui in Chriſto.&.c. virgi-
nes.vigeſimaſeptima quæſt.prima Hoſtien.in titu.de cohab.
clericorum,& mulierum.§.qua pœna.in ſua ſumma.Henri
cus,& Panormitanus in dicto.c.ſi quiſquam.& Panormita-
nus in.c.vt clericorum.de vita,& hone.cleri.vbi inquit pręſ
byterum mulierem ſolutam cognoſcentem non cõmittere

ſimplicem fornicationem cum quaſi contraxerit matrimonium ſpirituale cum eccleſia ſuſceptiõe ſacrorum ordinum. Vnde adulterium ſpirituale committere dicitur:& ita ſentit etiam Paulus de Eleaſarijs in clemen.j. de offi.ordina.ideò dicit gl.notanda.in cap. per venerabilem.qui filij ſint legitimi. Adulteriũ ſpirituale.
quæ eſt in verbo adulterinos filios præsbyterorum adulterinos dici quia cum hi qui in ſacris ſunt fornicantur adulteri dicuntur.quaſi.mariti eccleſiarum facit tex.in.c. Cenomanẽ ſem.56.diſt.& gloſſ.in.l.2.C.de epiſcopis &.clericis . dicit eos incœſtum committere licet pleriq; dicãt tales committere ſimplicem fornicationem vt Pan.in.c.innotuit.de elec.& ſic Incœſtus.
ſibi contrarius Matthęus.& Imola.in clemen.ad noſtrum de hæret.& ita notatur in.c.Maximianus.81.diſt.in gl.in verbo remoueantur in.c.præsbyter.82.diſt.in.c.lator.2.q.7.& videtur ad hoc eſſe tex.in.c.quia circa.de bigamis. Vbi ab epiſco-
41 po Lugdunenſi apoſtolicæ ſedis legato dubitabatur, † an Bigami.
præsbyteri plurimas concubinas habentes bigami cenſeantur. Et ſuper hoc ab Innocentio tertio voluit edoceri ad qđ ita reſpondet ibi quod cum irregularitatem non incurrerint bigamiæ cum eis tãquam ſimplici fornicatione nòtatis quoad executionem ſacerdotalis officij poterit diſpenſare. Sed primum crederem verius eſſe . vnde illi.c.quia circa ſatisfaciens Hoſt.& Henricus ibi dicunt legendum triplici fornicatione & nõ ſimplici:vnde dicit Pañ.in.d.c.qa circa.quod cõſtitutus in ſacris ordinibus plus peccat fornicãdo quàm vxo-
42 ratus adulterando. † Quare ſequitur huiuſmodi præsbyterorum filios,nec patri,nec matri ſuccedere poſſe:quia tales cũ
43 ſpurij ſint † & ex damnato coitu nati ab hęreditate parẽtum
44 repelluntur auten.ex complexu.C. de incœſtis nuptijs † etiã matris.auten.quibus modis natur. effici.ſui in fine. cum ibi nota.colla.7.gl.in.§.nouiſſimè inſtit.ad orficianum Cynus in l.ſi qua illuſtris.C.eod. Pañ.in.d.c.innotuit gl.& doctores in
45 cap.tanta qui filij ſint legitimi. † quod idem dicas de natis ex alijs clericis in ſacris ordinibus conſtitutis:licet adhuc ordinem præsbiteratus non habeant ita notatur in. d. l. 2. C. de

epiſcopis & cleri.etiam ſi ex concubina huiuſmodi clerici na ti ſint vt notat Bar.in.l.ſi gener.ff.de his,quibus vt indignis quia concubinatus ſpecialius in clerico damnatus eſt toto il
46 lo titu.de cohabi.cleri.& mulier.† Idem dico de natis ex cle ricis in ſacris non conſtitutis tamen beneficiatis. Cum eadẽ ratio ſit ita tenit Ioann. Andr.in regula ſine culpa de regu. iuris in.6.in ſuis mercurialibus & Bart.in.l.in concubinatu. ff.de concubinis.idem Bart.in.l.& ſi contra.C.de nuptijs. Et
47 tales filij apud ſuos patres cohabitare non debent.† Sed longè ab ipſis morari & educari ad vitandum ſcandalum, & vt tollũtur filij teſtes fornicationis parentẽ.Prætereà ne patres tales filios videntes in eiſdem delectentur recordenturq; faci noris commiſſi eos procreando nec illius doleāt quod fieret in maximum animarum eorum periculum, licet hoc vlti-
48 mum iam ſuperius meminerimus.† De æquitate tamen canonica eos alere debent etiam de fructibus eccleſiæ ſi alia bo na non habeant cum & de illis habeant prouidere pauperibus & hoc fit ne filij priuati alimentis pereāt:licet deum grauiter offenderint eos generando facit ad hoc conſtitutio clementis tertij.in cap.cum haberet de eo,qui ducit in matrimonium &c.& Bal.in.l.id quod pauperibus. C. de epiſcopis & cleri.licet de rigore iuris ciuilis ſpurij non alantur auten. ex complexu.C.de incœſtis nuptijs neq; his pater aliquid da re poteſt,licet naturalibus poſſit.l.j.C.de naturalibus liberis & auten.quibus modis natu.effic. ſui in fine colla.7.dicit tamen Bal.in.l.fin.§.ſi à ſocero.ff.de his quæ in fraudem credi-

Spuriorũ conditio

49 torum.† De æquitate canonica patrem ſpurio donare & legare poſſe vt habeat pro alimentis afferens tex. in dicto cap. cum haberet.& idem Bald.in.l.j.C. de ſacroſan.eccleſijs.vbi addit vltra alimenta non valere relictum niſi pater relinque ret ſpurio ſi legitimaretur aut ſi ingrederetur monaſterium quia tunc teneret relictum vltra alimenta ita Gulielmus de cuneo & Barto.in.l.Gallus aquilius.§.& quid ſi tantùm.ff. de
50 liber.& poſthum.dantqúe rationem† quia ſicut per oblatio nem curiæ legitimantur illo auten.quibus modis natu.effic.

ſui ita

ſui ita per oblationem monaſterio, quod eſt notandum.
51 Sed hoc intellige, vt iam ſuperiùs tetigimus. † Præterea ad-do de bonis quantuncunq; intuitu eccleſiæ acquiſitis cleri-cum filiæ ſuæ ſpuriæ pro dote legare poſſe ſi aliunde non ha-beat, vnde illi ſubuenire poſſit ca.omnino.31. diſt. ca. non ſa-tis.86.ca.relatum.in.§.licet 2 de teſtamentis. Subuenire enim tenetur potiùs propinquis, quàm alijs dum tamen eos diui- *Cautelæ.*
52 tes non faciat vt notatur in cap.in eos de hæret. † Et caute-las quibus ſpurijs relinqui poteſt vide per Bart. in.l.ſi is, qui duos.ff.de liber.lega.Bal.in.d.l.Gallus.§.quod ſi is & in.l.hac edictali.C.de ſecund. nupt. & omnino per Bertachinum in ſuo repertorio in verbo pater volens &c. Vbi triginta caute-las ponit. Caueat tamen ita relinquens de conſcientia & fide *Conſilium.* & circa alimenta naturalium filiorum & ſpuriorum vide ple-nè per ſpeculator in tit.de ſucceſſo.ab inteſt.& titu.qui filij ſint legit.& quicquid nunc dixerimus, ſufficiat, vt dicamus concubinatum crimen eccleſiaſticum eſſe: licet Hoſt. in cap. lator qui filij ſint legitimi.& Anto.de butr.in capit. cum ſit generale dicant crimen eſſe mixtum, & hodie per ius ciuile eſſe prohibitum & lenocinium etiam toto illo auten.de le-nonibus collatione tertia.& cap.primo.de filijs natis ex ma-trimonio ad morga.contracto in vſibus feudorum: & auten. vt non luxurientur homines contra naturam collatio. ſexta. Quo text.decidit Bald. dato, quòd concubinatus à iure ci-uili permiſſus eſſet tamen concubina nō dicitur honeſta ma-terfamilias.vt nota.in.l.ſtuprum.ff.de ritu nuptia. Quare di-cit Impera.caſtitatis. ſumus amatores.§. illud verſic.nominis quibus modis natur.effic.legit.collatio. ſexta. Et vbi de pec-cato agitur leges imitantur canones auten. quomodo opor-teat epiſcopos.in princip.collatio.j.& auten.vt clerici apud proprios epiſcopos conueniantur.§.ſi verò eccleſiaſticum. collatio.6.& cap.clerici.de iudicijs capit.j. de iuramento ca- *Imperatores caſtitatis amātes.*
53 lumniæ capitu.intelleximus de noui oper.nuncia. † Veteri autem iure ciuili concubinatus nō prohibebatur toto titu. de concubinis.ff.&.l.j.C.eo.& illo iure ciuili ſunt quis duas *Vetus ſſoerū ius concubinas permiſit.*

vxores aut plures eo.tpe habere non poterat,vt vult Iulianꝰ in.l.j.& vlpianus.in.l.quid ergo in princ.ff.de his qui notan. infa . ita nec plures concubinas quare idem Vlpianus in.l. item legato §.item intereſt verſi.parui autem.ff.de lega.3.ait parui referre an vxori , an cōcubinę quis leget nec inter eas nihil intereſt niſi in dignitate meretricium tamē ſemper im probauit ius ciuile.§.ſi autem effuſa.autēti.de trieñ.& fuiſſe colla.3.§.ſi vero effuſa quibus modis natu. effici.ſui colla.7. §.penult.inſtituta de nupt.&.l.vulgò ff.de ſtatu hominum licet ab ipſo iure ciuili non priuatur quia vilitas vitæ nō pa titur meretrices laqueis legum innodari.l.qui adulteriū . C. de adult.ideo dicunt glo.& doctores in.l.vnica.C.de rapto.
54 virgi.† Raptum in meretrice non cadere ita gl.etiā & Bart. in.l.ſi vxor.§.j.ff.de adulte.& in.l.verum.in.ij.ff.de furtis & Pau.de caſt.cōſilio.203.quod verum eſt,ſi in ſua fœditate re maneat:quia poſtquàm palam ſe proſtituit non videtur venientes ad eam poſſe repellere arg.d.l.verùm.ff.de furtis & l.j.in fine.ff. nautæ caupones ſtabularij.Sed vbi à tali miſeria vitę vellit reſilire,& pœnitere:tunc rapiens pœna rapti s tenere videretur argu.§.mulieres itaq; in autē.de lenoni.colla.3.& cap.inter opera charitatis de ſponſalibus & ſic poteſt intelligi tex.in.§.ſi autem de publi.iudi.inſti.ibi vel alie.facit
65 ad hoc.l.imperialis.C.de nupt.† Quæ autem meretrix dicatur vide in cap.meretrices.32. quæſti.1.gloſſam & Panor.in
56 dic.cap.inter opera.† & hæc meretricium ſcilicet & cōcubinatus non ſolum lege diuina damnata ſunt vt in præcepto decalogi non mechaberis exodi.20.cap.& habetur in capi.ſi mechaberis.32.quæſt.6.per Paulum ad galat.5.cap.quæ præmiſſa fornicatione ibi & quibuſdē alijs vitijs ſubdit,qui talia agunt regnum dei non cōſequentur & Thobiæ.4. cap.attende tibi fili mi ab omni fornicatione,& præter vxorē tuā nunquàm patiaris crimen ſcire &c.1corinth.6.fugite fornicationē pleriſq; alijs iuris diuini locis,& hoc ſub pœna peccati mortalis,quam omnes & laici,& clerici incurrunt ex generalitate verborū ſacræ ſcripturæ.In prædictis & ſimilibus

Fornicatio effugienda

locis

locis quod ſi quis contrarium dicat: hæreticus cenſendus eſt clemen. ad noſtrum. §. 7. de hæreticis. imò & canonico iure
57 & ciuili vt prediximus omnino reprobata ſunt † eccleſia tamen ſub diſsimulatione pertranſit meretricium cauſa maioris mali vitandi nam ſæpenumerò propter maius malum vitandum tolleratur minus cap. duo & cap. nerui. 13. diſt. Quando tamen hæc, quæ de ſe mala ſunt, tollerantur ſub his ſimulationibus, turpes quæſtus debent euitari. l. quintus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. etiam. C. eo. l. mariti. §. qui quęſtum. ff. ad. l. iul de adult. in quibuſdẽ enim regionibus nonnulli iuriſditionẽ eccleſiaſticam habentes, vel & etiam ſecularẽ pecuniarios quæſtus à concubinarijs & à publicis mæretricibus percipere non erubeſcunt quibus accepti Patiuntur eos in tali feditate ſordeſcere ideò magis peccāt qui ita accipiūt pecunias quam qui talia perpetrant cum ex his autoritatem delictis præſtare videantur cap. qui aliorum. 24. quæſt. 3. cap. qui conſentit vndecima quæſt. 3. Et notatur. in cap. 1. de offi.
58 deleg. † Panor. tamen in dict. cap. cum ſit generale de foro compe. dicit legem ciuilem indirectè & non directè prohibere concubinatum non enim apparet, dicit, ipſe, quod per iura illa ciuilia, quæ iam à nobis præallegata ſunt, lex voluerit corrigere plures alias loquentes de concubinatu, quas nos diximus, & iura ſunt iuribus concordanda ca. cum expediat de elec. in. 6. euitandaq; ſit legum correctio illo textu quicquid autem ſit, & quātūcunq; ſcribentes noſtri ſub hoc arti-
69 culo varij reperiantur: † dicerem ergo iudicem ſecularem non poſſe nec debere punire & laycos de concubinatu mouerq; his rationibus Primò quia leges ciuiles ſuper concubibatu promulgatæ, quas ipſe ſequi debet ne videatur falcẽ in meſſem alienā apponere, nullius ſunt momẽti tū quia expreſſe iure diuino, vt iā oſtendimus, aduerſantur vnde legiſlator videtur potiùs in hoc erraſſe quàm legem ſtatuiſſe ca. ſunt quidā. 25. q. 1. tum quia ſunt cōtra legis ſubſtantialia lex enim iuſta & ſancta eſſe debet cap. erit autem lex. 4. diſt. & talis diuinit' ꝓmulgata. c. quo iure. diſt. 8. Proinde tales le

Minus malum tollerari

Turpiſsim' quorundā mos.

Legum humanarum origo

ges ſtatuerunt in materia peccati, quod ad eas non pertinet. c.nouit.de iudi.&.c.per venerabilem.qui filij ſint legit legit: igitur neceſſariò concludendū eſt tales leges nullas eſſe,& p non ſcriptis habendas meritò illis non parendum arg.l.fi.ff. de iuriſd.omnium iudicum.facit quod notatur in regula poſ ſeſſor.de regu.iur.in.vj.cum ergo lex dicat quod iura ciuilia non dedignantur ſacros canones imitari authen. vt clerici apud proprios Epiſcopos conueniantur.colla.vj.auth.quomodo oportet Epiſcopos.in princip.collat.j.&.c.clerici.de iudicijs.cum ſimilibus.& caſtitatem diligant,vt diximus.& iura canonica prohibeant expreſſè etiam in laicis concubinatum,& fornicationem,& concubinas eijci mandet.Ergo ius ciuile idē debet velle maximè vbi de peccato notorio agiť iudex ſecularis ad ius canonicum ſeruandum compellitur.c. licet.de iureiur.in.6.&.c.decernimus.de ſenten.excom. eod. lib.† & ad hoc imperator & quęcunq; poteſtas ſecularis aſſumit gladium,vt iubet eccleſiam ad tales concubinatus cohibendos.& ſic ſolus iudex eccleſiaſticus de his iudicare debet Brachium ſeculare,ſi oporteat,implorans offert ſe optimus tex.ad hoc.in.c.Principes.xxxx.q.v.vbi ſunt hæc verba Iſidori pulcherrima in fine.Cognoſcat principes ſeculi Deo eſſe reddituros rationem propter eccleſiam quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt,qui eorum poteſtati ipſam eis tradidit. itidem in effectu leo Papa voluit in.c.res autem.& Ioannes octauus in.c.adminiſtratores ea.cauſa.&.q.hoc eñ ſub hoc articulo putaui veriſsimum,prætermiſsis noſtrorum ſcribētium ambagibus quorum numeroſior pars in his nobis contrariatur.quid autem de adulterio dicemus,an ſit crimen mi

Brachiū ſeculare implorandū.

61 xtum,necne?† & t hunc articulum breuiter abſoluam,ſcire oportet pro adulterio quinq; pœnas à iure ſtatutas reperiri.Prima eſt thori ſeparatio,& quoad hanc pœnam imponendam eſt iudicis eccleſiaſtici.c.tuæ.de procuratoribus.c.j. de officio ordin.c.at ſi clerici.§.de adulterijs.de iudicijs.glo. in.c.cum ſit generali.de foro competent.quæ ibi enumerat
62 adulterium inter crimina eccleſiaſtica. † Secunda eſt pœna detruſionis

detruſionis in monaſterium,vt ibi adulterans peccatum illud nephãdum,quod perpetrauit,defleat.Pro hac enim pœna vterq; iudex adiri poteſt,& eccleſiaſticus,c.gaudemus.de conuerſione coniugato.& Laicus etiam authẽ.ſed hodie.C.
64 de adult.† Tertia eſt,quòd panni talium ante,& retro abſcindãtur:vel quod tondeantur,ſicut in quibuſdam locis moris eſt,& hoc fit in eorum deriſum,& ignominiam hanc pœnam de iure infligit iudex eccleſiaſticus.c.de benedicto.32.q.
65 q.j.† Quarta eſt excommunicatio:quæ certè pœna maior eſt omnium,quàm habeat eccleſia.hæc enim animarum occidit,quæ pluſquàm corpus eſt,vt iam diximus,pro qua imponenda adiri debet etiam iudex eccleſiaſticus toto titu. de ſententia excommunicationis.& in pleriſq; alijs canonibus. Quinta pœna eſt ſanguinis,& mortis naturalis in viro vt.l. quamuis.in.ij.C.de adulte.in muliere verò eſt:quia in monaſterio intruditur.auth.ſed hodie.C.eo.& alia adhuc pati debet,de quibus ibi.quæ prædictæ authẽ. diſpoſitio vera eſt, quando de ſimplici adulterio ageretur:quod ſi inceſtu, vel nephario coitu actum eſſet,tunc etiam talis mulier capite plecti deberet,& ſic tunc punienda venit ſicut vir.l.ſi adulterium.in princi.& ibi Bart.ff.de adult.quæ lex à iure incorrecta remanet,vt idem Bart.vult in illa.l.& angelus in ſuo tra
66 ctatu. de maleficijs.in materia adulterij. † & quantùm ad hanc pœnam ſanguinis adulterium eſt tantùm de foro ſeculari,nec in hoc iudex eccleſiaſticus adiri poteſt.c.ſentẽtiam. ne clerici,vel monachi.& ita Pañ.etiã in.c.cũ ſit generale.de fo.compe.Additq; ibi iudicẽ eccleſiaſticũ,& Laicos de adulterio puniri poſsit,niſi tantũ agereť de pęna ſanguinis imponenda,eccleſia enim ſanguine non gaudet: quare à Chriſto Petro dictum fuit mitte gladium tuum in vaginam.Ioan.18. cap.& Matthæi.26.conuerte gladium tuum in locum ſuum, & Lucæ.2.Domine ſi percutimꝰ in gladio?Et reſpõdẽs Ieſus
a ſinite(inquit)vſq; huc[a] quibus verbis omnes viros eccleſiaſticos qui futuri erant alloquebatur tanquam gladijs materialibus vti non debeant,ſed tantùm gladio ſpirituali cenſura ec-

Adulterij pœna.

a ¶ contrario iure in pleriſq; locis utuntur aliqui cõtra legis euangelicæ præſcripta dicãne ſcæ nouũ? qua ſi uerò iure ultimi ſupplicij illis competat.

cleſiaſtica ſcilicet hoc enim iam erat figuratum per illos du-
os gladios quos eius diſcipuli ſe habere dicebant Lucæ eodē
cap.quorum alter euaginatus non fuit gladium eccleſiaſti-
cum figurans hoc eſt poteſtatem eccleſiæ quæ non apparet,
nec viſibilis eſt,cū igitur de gladio materiali pro pœna cor-
porali tam adulterijs quā alijs infligenda index ſecularis ad-
67 itur qui ſolus hoc gladio vti debet. † Sed hodie quantùm
ad adulteria puniēda quod arreſtis decretiſq; curiæ decīſum
eſt non poteſt procedi aduerſus adulterium niſi marito vel
vxore conquęrente vt odijs quę inter coniuges oriri poſſent
obuietur. Quare fit vt his diebus tanta ſint adulteria & ita
impunita remaneant hodie enim hoc crimen adulterij inter
68 humanos læuiſſimum eſt† cum profectò ſit apud deum gra
uiſſimum vt perlegendo ſacras ſcripturas quiſq; poterit con
ſpicere & in veteri teſtamento pro hoc crimine lapidaban-
bantur,at nunc etiam ipſi coniuges quodammodo de eo per
petrato gloriantur maximè viri:vnde fit hoc ita(permitten-
te domine)vt ipſi inſcij per quæ peccant per hæc torquean-
tur & ea menſura,qua menſi ſunt,illis remetiatur qui habet
aures audiendi audiat, non enim minorem fidem debet ma-
rit vxori,quàm vxor marito. Imò in contrahendo matri-
monio illam ſibi viciſſim ſtipulantur:fides enim eſt vnum de
bonis matrimonij quæ mutua eſſe debet & ita grauiter of-
fendit vir adulterādo ſicut & mulier ſed non eſt notatus tan
ta infamia apud homines:imò ſępiſſimè mariti thorum con
iugale ita violantes à pleriſq;(iniquis & illis ſimilibus)laudā-
tur,& ſufficit ad committendum adulterium vnum ex com-
miſcentibus vxoratum eſſe quia tunc thorus coniugalis vio
latus dicitur,quæ thori violatio facit adulterium:& ita adul
rans & cōiugi infidelis carnem ſuam diuidere dicitur per ea,
quæ habentur à domino Matthæi.19.c.& erunt duo in carne
vna &c.Sed ne à noſtra principali materia egredi videamur
hanc prolixius non proſequar ſed de ea ad locos proprios
me remitto & hoc dixerim quoad quartum illud quod in vi-
ris eccleſiaſticis maximè eſt reprehenſione dignum: ſcilicet
quod

Mariti uxoriſq; mutuæ fidei adſeruādæ ratio.

Thori uiolatio.

quod ita publicè incontinentes ſint & ne vlteriùs id fieri cõtingat quiſque apponat manum ne Deus altiſſimus ſuo rigo
69 re iuſticiæ nos perpetuò opprimat. † ¶ Quintum eſt, & iſte eſt noſterproprius ſermo, nimia beneficiorum pluralitas quę à ſacris canonibus & pleriſque alijs iuris canonici conſtitutionibus propter inconuenientia quæ inde ſequũtur reprehenditur, de quibus dicturi ſumus inferius. Si igitur in clericis & alijs viris eccleſiaſticis has velimus ceſſare reprehenſiones, & cauſę quare ita reprehendantur ceſſare debent ne vlterius noſtra regula criſtiana abutamur. Sed vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat iuxta Pauli apoſtoli verba. 1. Corinth. 7. cap. nemo enim mittens manũ ſuam ad aratrum & aſpiciens retro eſt aptus regno dei Lucæ. 9. ca. hoc maximè monachos tangit, potiſſimũm Bernardinos & Benedictinos (de malis ſemper ſermo noſter eſt) qui nõ memores verborum Eugenij in præd. ca. placuit. 16. q. j. laxatis pudoris habenis dimiſſoqúe habitu (in quo profeſſi ſunt) veſtimentis ex ſerico purpura & byſſo induuntur inſtar illius mali diuitis de quo in euangelio Lucæ. 16. cap. nec verentur ſibi commatres facere & ſub tali palliatione committunt quàm multa facinora iuxta id quod ſolet dici vulgò.

Dulcia commatris ſub nomine furta tenemus.

Et ſi habitum non mittent tamen ſubtus cuculam illam (vt experientia didiſci) ſemicacodæmones ſunt, cum ego aliquãdo cum quodam ordinis benedicti ſermonem haberem & quærerem ab eo ſi in regula (quam profeſſus fuerat) legiſſet vnquàm diuum Benedictũ ordinaſſe monachos ſuos equos habere ad venandum & accipitres prout eum habere videbam cum id etiam cuicunq; quantuncunq; ſimplici clerico concilio Aurelianenſi, de quo in cap. vnico. de clerico venatore fuerit prohibitum tunc reuerendus ille monachus ad interrogata reſpondens ad fabulas conuerſus eſt quod iam de eo Paulus apoſtolus prædixerat. ij. ad Thimoteum. iiij. c. dicens, erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſubſtinebunt: ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros

prurientes auribus & à veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur, an ignoras (dixit) duos huius nominis benedicti fuiſſe: quorum vterque ſibi ordinauit regulam alter tamen eorum nobilis alter verò ignobilis, & ruſticus. Et ſi is qui ignobilis erat & ita ruſticus in ſua regula nolit ſuos monachos venatores tum id etiam proprium ruſtici non ſit. Ego tamen profeſſus ſum regulam nobilis qui hoc nobis conceſſit proprium cuius nobilitatis eſt etiam venari gaudere, & in omnibus lætari, at venerandus ille monachus clementinam primam in.§.porrò de ſtatu monachorũ non viderat vbi Clemens quintus in concilio Viennenſi de

Ineptiſſima & ridicula monachi reſponſio

70 talibus loquens ait. † Porrò à venationibus & aucupationibus omnes ſemper abſtineant, nec eis intereſſe, aut canes venaticos, vel aues per ſe, vel alios tenere præſumant: nec à familiaribus ſecum morantibus teneri permittant, nec infra monaſteria, ſeu domos, quas inhabitant, aut eorum clauſturas venaticos canes teneant nec venationi præſentiam exhibeant perſonalem hæc fuit igitur ipſius clementis optimè aduerſus monachos conſyderata ſententia cuiuſcunq; conditionis ſint, ſeu ſanguinis: quia quantò nobilior quis eſt tantò virtuti ſtudioſior eſſe debet & hoc contra eos qui de nobilitate gloriantur multùm facit. Aduerſus quos inuehit Bald. in.l.per adoptionem.ff.de adop.dicens nobiles vt plurimùm ſuperbos eſſe inimicos popularium, guloſoſq;, & luxurioſos pluſquàm populares: tales enim qui ſic virtutibus abutuntur nunquàm dicendi ſunt nobiles cum ſola nobilitas illa ſit quę animum moribus, & virtutibus ornat.c.venerabilis.de pręb. de quibus vide per Soſinum conſilio.248.incipiente. Eleganter parte.2.& certè quare tales ſint ipſi monachi cæterıq; viri eccleſiaſtici diuitię (quibus abundant) id operantur. De his tamen omnibus (vt negotium expediam) me remitto ad dominum bonaguida de aretio in ſua ſumma.tit. de monachis. 3.parte eiuſdẽ ratio illa igitur prima, ſcilicet paupertatis eccleſiarum qua olim Summi pontifices ad diſpenſandum in hac pluralitate bñficiorum inducebãtur hodie ceſſat & penitus eſt

Antitheſis ad reſpõſionẽ monachi

Diuitiæ flagitij anſa

Diſpenſandi ratio

tus eſt abolita:ſecundam rationem ita diſpenſandi diceba-
mus eſſe raritatem clericorum quia multò plura beneficia
erant quàm eſſent clerici ad ea obtinenda hoc noſtro tamen
tempore verſum eſt folium quia imò multò plures ſunt cle-
rici quàm ſint beneficia eccleſiaſtica ita,quòd pro vno benefi
cio ſint centum ſpectantes itaq; auctus eſt eorum numerus,
vt turba eos contemptibiles reddat ca. legimus.93. diſt.ſicut *Clerus mu-*
hodie etiam turba magiſtrorum inutilium magiſtros contẽ- *titudine vi*
ptibiles facit gl.in auten.de referendarijs.in prin.colla.2. Pa- *leſcit*
nor.in.c.j.de priuilegijs.& in.c.ſolitæ.de maioritate,& obe-
dien.vbi dicit dignitatem clericorũ hodie vileſcere ob nume
roſitatem,& quia olim indiſtinctè non promouebantur cle-
71 rici in ſummo honore habebãtur.† Si igitur rationes,quare
olim per ſummum pont.diſpẽſabatur ad plura beneficia ob-
tinenda,eſſent: conſequens eſt dicere,vt tales etiam eſſent di
ſpenſationes:cum ceſſante cauſa,effectus cauſę ceſſare debe-
at.c.cum ceſſante.de appel.cum ſimilibus impoſſibile eſt igi
tur hodie de iure Rom.pont.ſub hac pluralitate beneficiorũ
72 diſpenſare.† Et, vt hoc abſq; ſcrupulo remaneat, ſciendum
eſt aliquid quatuor modis dici impoſſibile.quia impoſſibile
eſt natura,vt cœlum digito attingere:de quo in.§.ſi impoſſi-
bilis.inſti.de inuti.ſtip.&.l.impoſſibilis.ff.de verb.ob.alia eſt
impoſſibilitas facti,vt mõtẽ aureũ dare,vel ſimile:de qua in
l.cum hæres.§.j.ff.de ſtatulib.alia eſt impoſſibilitas, propter
verborum perplexitatem,vt ſi dicatur ita,ſi titius hæres erit
ſeius hęres eſto,vt eſt caſus in.l.ſi titius.ff. de conditio.inſti.
alia verò eſt impoſſibilitas iuris vt non redimere ab hoſtibus
patrem,vel ei denegare alimenta, vel hominem occidere vel
vel(vt noſtrum propoſitum ſequamur)ſub pluralitate bene-
ficiorum diſpenſare:quod quidem a Summo pont. fieri im- *Impoßibili*
poſſibile dicebamus quare autem iſta impoſſibilitas iuris di *tas iuris.*
catur.Hæc ratio eſt quia quia ius talia abhorret præſumitq;
id fieri non poſſe,& de hac iuris impoſſibilitate vide adhuc
per legiſlatores in.l.conditiones.&.l.filius. ff. de conditio.&
demonſtrationib.cum ſimilibus. & non abs re ſi hanc plu-

ralitatem ita deteſtentur iura canonica, cum ex ea multa incommonda ſequantur, de quibus quidpiam ſuperiùs diximus, plenius tamen tangendum in ſubſequentibus relinquens. † Maximum profectò periculum eſt pluralem eſſe in beneficijs vnde quidam timoratæ conſcientiæ Pariſienſis Epiſcopus cum poſt adeptum epiſcopatum ſibi auferretur abbatia abſit (inquit) vt cum ſponſa habeam concubinam. Nam eccleſia vxori comparatur & beneficiatus marito. c. Ce nomanenſem. 56. diſt. & ita refert gl. etiam in verb. pereant in fine in proœmio prag. & maximè inter epiſcorum, & ſuam eccleſiam matrimonium ſpirituale contrahitur. c. requiſiſti. de teſtamentis. & in extrauag. Ioan. 22. incip. ſi fratrum &c. Ideò à ſpoſa voluntariè eligendus eſt cui per electionem initietur huiuſmodi matrimonium, firmetur per confirmationem, & per conſecrationem conſumetur. c. licet de trăſlatione epiſcopi. Pleriq; enim ſunt, & ſuper omnes religioſi, qui ſe nolle dignitates ſimulant: ſed cum eis offeruntur manibus, ac pedibus occurrunt promptiſſimi, lætiq́ue eas ſuſcipiunt &(quod magis eſt) voluntariè ſeſe offerunt ſæpiſſimè: ſunt etiam, qui in dignitate conſtituti fingunt ſe velle eas non habere, ſed per ſe, & alios quęrunt ſolicitè, vt in ipſis remaneăt.

Epiſcopatus quomodo quærat

74 † Vide tu (quicũq; ſis vir eccleſiaſtice) ſi hoc exemplum tibi dominus reliquerit qui honorem regium fugiens miſit per mare ſuos diſcipulos nec cum eis nauem intrauit, ne turbæ ibi eum quærerent: ſed ipſis non aduertentibus ſolus in montem aſcendit manus talium euadens Ioannis ſexto capite. Matthæi. 14. Marci. 6. & Lucæ. 6. pro miraculo enim panium hoc homines faciebant volĕtes ſub eo eſſe, ſub quo egere videbantur fugit enim in montĕ hoc exemplo nos docens proſpera mundi eijcere, & contra ea orare. Ideò ad locum orationis fugit in montem: ſcilicet itaque enim fugit, dicit Chriſoſtomus, eridiens nos mundanas contemnere dignitates, ac oſtendens nullo eorum indigere, quæ in terra omnia vilia elegit, & matrem, & dominum, & ciuitatem, & educationem, & veſtimĕtorũ copiam docĕs, nos contemne

Locus orationis

Quæ contemnenda, & Quæ ſpectanda

contemnere ea, quæ in terra ſunt, & ea deridere, futura verò, quę ſperam⁹, ex toto corde diligere. qui enim admirantur ea, quę hîc ſunt, cœleſtia non admirantur, ideò ipſe dominus Pilato dicebat, regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioannis 18. hac igitur ratione Christus fugit gloriam, vt & nos ſimiliter faciamus vnde Matthęi. 10. c. ſi vos perſecuti fuerunt in vna ciuitate, fugite in aliam. Eligi enim ad aliquem honorẽ, perſecutio eſt: quare Philoſophus Quæ fortunæ munera putamus, inſidiæ ſunt. & † notandum eſt ſeruatorem noſtrum, ita ſolum fugiſſe in montem multis rationibus. Primò, vt oſtenderet ſolitudinem orationi, & contemplationi competere, Threnorũ. 30. c. ſedebit ſolitarius, & tacebit item fugit ſolus, diſcipulis neſcientibus: oſtendens, quòd qui plus familiares ſunt, plus ad honores ſuadent: ideò, inconſultis diſcipulis fugit gloriam regni. Michæ. 7. inimici hominis domeſtici eius. Alias duas rationes addit adhuc Criſoſtom⁹. Prima eſt, vt oſtenderet quantùm grauis, & damnoſa eſſet eius derelictio: vnde pſalmo. 72. mihi adhęrere Deo bonum eſt, ergo à contrario enim derelinquere, vel ab eo derelinqui malũ Hieremi. e. 2 Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt dereliquiſſe te dñm Deum tuum. Scđa, vt maiorem amorẽ operetur in eis ampliùs deſiderantibus, & auidiùs requirentibus amiſſum, & ſolicitè magis cuſtodientibus inuentum, quid ergo? dicit propheta Zacarias ſuo. 9. c. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator &c. reſpondeo enim de regno quod in cœlis eſt dixiſſe diſcamus, igitur honores huius ſeculi cõtemnere, qui ad honorem æternũ eſt deriſio, & cõtumelia: vnde Eſayę 3. c. nolite conſtituere me principem populi. & eccleſiaſtici. 7. noli quærere fieri iudex &c. hos igitur honores ipſe dominus fugiens ſolus montem aſcẽdit, vt oraret, non pro ſe, nec ſua neceſsitate, vel impotentia: ſed noſtra non quaſi infirmus ſed quaſi pius, & vt formam hominis exprimeret, vnde. j. Ioannis. 2. c. aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris non pro noſtris tantùm: verumetiam pro totius mũdi vis enĩ.

Munera fortunæ inſidiæ

Chriſt⁹ peccatori aduocatus

ſcire, dicit venerabilis beda ſuper euangeliſtã Marcum. &c. 76 quomodo omnia quæ vult poſsit, † ipſe Chriſtus, & aduocatus, & iudex eſt in altero pietatis officium, in altero inſigne, eſt poteſtatis, ſciebat enim dominus dum ita fugit quantæ temeritatis ſit ad honores aſpirare. honor enim de maioribus laqueis eſt, & grauioribus ponderibus ad ſubuerſionem animarum ſiue honor prælationis ſit, ſiue potentiæ, ſiue ſciẽtiæ, vel ſimilium: cùm vix fieri poſsit, vt eum, qui in honore 77 delectatur: in periculo non ſit. † Hæc certè honorum ambitio vitium peſsimum eſt, cauſaq́;, & radix compluriu͂ aliorum vitiorum. Multos quippe hæc paſsio ita excœcat, vt etiam ea, quæ pleriſq; alijs manifeſta ſunt ipſi non videant. & ſic in foueam primæ culpæ, & in gehennam cadant. quid enim talibus prodeſt, ſi mundum lucrentur vniuerſum: ſe ipſos autem perdant, & detrimentum ſui faciant? vix enim fieri poteſt authore Bernardo, vt ex amara radice ambitionis, ſuauis fructus charitatis prodeant. & hodie in vſu venit honorem, & non onus, gloriam, & non laborem attendere, & honoris nomen non virtutis teneri. vnde idem Bernard. curatur inquit altero paſsim ab omni ætate, & ordine à doctis, & indoctis ad eccleſiaſticas curas tanquã ſine curis iam quiſq; victurus ſit, cum ad curas peruenerit: multi certè non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores, ſi & onera eſſe ſentirent: nec cum tantis laboribus, & periculo quarunlibet affectarent infulas dignitatum: nunc verò: quia ſola attenditur gloria, & non pœna ex debito officij purum clericum eſſe in eccleſia erubeſcitur, ſeq; viles, & ingloríos exiſtimant: qui quocunq; eminentiori loco non fuerint ſublimati, & adhuc idem Bernardus quaſi ſub ſanando alloquẽs ambitioſum, age, inquit, ergo quoniam duriſsimum iudicium his, qui præſunt, fiet, & potentes potenter tormenta patientur, adſcendit ſuperbia tua ſemper ſequere regem tuum omne ſublimè videant oculi tui: feſtina tibi multiplicare præbendas: ad Archidiaconatum vola, deinde ad epiſcopatum: nec adhuc ibi requiem habiturus: quoniam ſic itur ad aſtra

Honorum ambitus laqueus.

in dignitatibus captandis quid hodie ſpectetur.

Locus communis ĩ ambitioſos.

Quò

Quò progrederis miſer? an vt ab altiori gradu ſit caſus tibi grauior? neq; enim ſic paulatim decides, ſed tanquàm fulgur impetu vehementi quaſi alter ſathanas ſubitò deijcieris. & Hieronymus, letamur ad adſcenſum, timeamus lapſum. non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti terroris eſſe debet de excelſis cecidiſſe. Timeat ergo ambitioſus, & ita cupidus beneficiorum eccleſiæ, ne ab omnibus exaltatus, & pro tempore falſis florens bonis coram Deo humilietur, & inæternum pereat: quantò enim maiori honore ſublimatus quis fuerit, tantò maioris virtutis erit debitor, aut maiori ſupplicio ſubiacebit honores enim quaſi quędam ligna ſunt ignem in futura pœna creſcentia vnde Chriſoſtomus Honoris ſiquidem magnitudo his, qui non dignè viuunt in honore, cumulus incipit eſſe pœnarum. & tunc ambitioſus nullum regimen habebit, ſicut nec in ſeculo habere voluit. quid putas de ambitioſo? nunquàm enim quieſcit: ſed vel honorē, quē non habet, & ſic antiquus noſter inimicus cor eius ſemper mouet, & rotat ad inſtar molendini nunquàm quieſcentis.

¶ Honoris in onus & pœnā trāſfuſio

ARGVMENTVM.

Ambitu ad dignitates, aut perſonatus promouendum neminem, prouiſos quales cuiuſue ætatis eſſe oporteat. & gallorum principē nominare poſſe ex forma concordatorū, & quis ſit deuolutionis effectus.

SVMMAE.

1 *Inuitum ad dignitatem adſumendum, ambitu indignum effici: & prior electionis abuſus.*

2 *Non niſi via ſpiritusſancti, quem eligendum eſſe.*

3 *Diuina, aut iuſtu iam non vitiant miniſtri ne electorum improbitas electionem vitiat.*

4 *Beneficia electiua, omneſq; dignitateſq; ad nominationem gallorum principis pertinere & .nu.5. Ampliat .nu.9. & .10. limitat. vt. nu. 12. quod accipe vt nu.13. & .19.*

6 *Nominandi qui ſint cuiuſue ætatis eſſe debeāt, & intra quod tempus & cui nominandi.*

7 *Nominatis à Gallorum principe prouideat Papa. quod limitat nume-ro.8.& .11.*
14 *Clauſulæ, de plenitudine poteſtatis effectus quem limitat.nu.15.*
16 *Statuimus, innouamus, & ſimilia cuius iuris ſint inductiua.*
17 *Verbum, poteſt, ſi præcedat negatiua actum & impoſsibilem, & ne-ceſſarium facit reſtringe vt.nu.18.*
20 *Appellatione magiſtrorum qui veniant.*
21 *Ad dignitates aſſumptos quantæ ætatis eſſe oporteat & nu.27.& li-mitatio ad.c.cum in cunctis de elect.nu.22.quod accipe vt.nu.28.*
23 *Gallorum principis nominationem Ro.pontificis prouiſioni præuale-re. Quod accipe vt ibi adducta in marginalibus ſcholijs ratione.*
24 *Aetatem, & gradum capulatiuè in futuro beneficiario requiri.*
25 *Expreſſo conſenſu priuilegio renunciari poſſe quod & facto contra-rio admitti poteſt.nu.28.*
29 *Gallorum regi quos nominare Romano pontifici & intra tempus licet Huiuſq́; computatio quando incipienda.nu.30.& .33.*
31 *Clericum patronum intra ſemeſtre: laicum vero intra quadrimeſtre præſentare debere, & quãdo ill's tempus currat.nu.32.*
34 *Concluſiones aliquot prægnantes, quando, & quibus tempus prouiſio-nis currat: & qui ſint deuolutionis effectus, & ad quos fiat & tempus quomodo probandum.*
35 *Arbitrio relicta iudicantis quomodo conſideret Huncq́; ignorantia non excuſari.nu.36.*
37 *Regula, præſumitur ignorantia, & c quomodo accipienda.*
38 *Benefi-ijs oſtentationis, aut auari quæſtus cauſa inhiandum non eſſe.*
39 *Phariſæos ambitus & gloriæ à CHRISTO notatos fuiſſe. Ambi-tio quid adferat.*
40 *Væ in ſacra pagina in quem ſignificatum feratur.*
41 *Explicatus Paul.locus.1.ad Thimo.3.*

CAP. III.

Notandum eſt circa hãc pluralitatis, beneficiorum materiã quod præter ſimoniam, & multa alia mala quæ ſæpiſſimè non graui ſcandalo commitatur adhuc alię ſunt quibus multi noſtro tem pore

pore quaſi non mala,ſed licita eſſent,implicantur. Primum
eſt quia pleriq; priuſquàm vocentur ad dignitates, & curas
eccleſiaſticas per ſe & alios quærunt ſolicitè promoueri,nec
vocationem humiles ſpectant,ſed tanquàm ambitioſi pręue
1 niunt quod fit cõtra verba Paul.apſi ad hębreos.5.cap.inquiē
tis.✝ Nec quiſquã ſumit ſibi honorē:ſed qui vocatur à deo *aaron quo*
tanquã aaron quantuncũq; enim quis ſufficiens fuerit virtu *modo uoca*
tisq; plenus dignus nõ eſt niſi inuitus aſſumatur. Nam cum *tus*
quis honoris primatum ambit,ex hoc ſolo indign⁹ efficitur
quod indebitè pręſumpſerit vnde Gregorius virtutibus pol
lens coactus ad regimen veniat virtutibus vero vacuus nec
coactus accedat & de talibus qui in patrimonium C H R I-
S T I ſe ingerunt ſic Bernardus ait audi quęrelas dñm quid
ſub hac temeritate loquatur ipſi inquit regnauerũt & non
ex audi. Principes extiterunt ego non vocaui eos quid iſtud
temeritatis? Imò quid inſanię? vbi timor dei? vbi mortis me *Cur hodie*
2 moria? vbi gehẽnę met⁹ & terribilis ſpectatio iudicij? ✝ Ne- *nõ epiſcopi*
mo ſenim eligi vel promoueri debet niſi is,de quo ſpũſſanct⁹ *ſancti pro*
ſpirauerit:alioquin ipſi ſpiritui ſancto iniuria fit hodie ergo *biq; nõ ſint.*
valde iniuriatur ſpũſſctũs quia rarus aut null⁹ eſt qui illa via
ꝓmoueaſ.diuus Ludouic⁹rex Frãcię cũ a quodã viro deuo
tiſs.quęreret,quare Epi modò vt olim ſcti non eſſent ille vt
credi põt nutu diuino ita reſpondit quia tunc Epi inuocato
prius ſpũſctõ ab electoribus Canonicè eligebantur nũc veri
ſupplicationibus,& pecunijs Alijsq; ꝓcuratorib⁹ de his ꝓ-
uideſ. Et hac ratione hodie ſctĩ nõ ſunt nec miracula cõiter
operantur ſicut olim quibus à rege auditis dixit ſe à cæterò
nullatenus pro aliquo ſupplicare ita etiã hoc nrĩs diebus fie-
ri neceſſum eſſet & ſi objciaſ nunc electores corruptos paſ-
ſum eſſe pecunijs,& ad dignitates electos intrari ſimoniacè, *Hodie mi-*
vel per abuſum ſecularis poteſtatis vel particulari amore & *racula cur*
ſanguinis affectione,Et cum reatu periurij Fateor equidem *non fiant.*
id fieri ſolet,maxiē dũ in hęc regno adhuc electiões corã ſed
crederē ego eligere habētes nõ ita hac labe ſimonię,vel alijs
maculis,de qb⁹ dixi fuiſſe deturpat⁹ qn ſaltē aliq boni eſſent

3 canonicè ad electioné ꝓcedentes.† Quare nó eſt argumétũ ſoluere ſi hęc incoueniẽtia allegem⁹ quin electiões à iure ſtatutæ bonæ,& ſanctæ ſint nec.propterea vitandæ ſicut nec ſaraméta eccleſiaſtica,quę per malum miniſtrũ tractãtur propterea maculari poſſunt vt per Auguſtinum bonifacio epiſcopo ſcribentem ſua epiſtola.22.qd in ſacraméto digniori: ſcilicet euchariſtię probatur per Paulum apoſt.j.Corinth.11.c.Probet,inquit,auté ſeipſum homo,& ſic de illo pane edat & de calice bibat:qui enim manducat,& bibit indignè,iudicium ſibi manducat,& bibit non dijudicãs corpus dñi: ſicut nec iniquus iudex iniquam iuſticiam facere poteſt ſed ſolùm dicitur abuti iuſticia: quia iuſticia virtus eſt cardinalis, quæ de ſe ſemper bona eſt,ſed ſunt plures,qui ea abutuntur iniuſtè iudicando igitur ſi per malum miniſtrum ſacraméta eccleſiæ non ſunt relinquenda nec per iniuſtum iudicé quin iuſticia vtẽdum ſit,ita nec per malos electores quin adhuc electionibus vtẽdum eſſet,ſed malè ad electionem procedentes

allegare in cõueniens non eſt ſoluere argumentum

Panis cœleſtis quiedẽdus

Iuſticia ꝙ uirtus.

4 grauiter puniendos diceré vt cæteris exemplo eſſent.† Arbitror tamen non abſq; re maximè id factum fuiſſe,vt in hoc regno noſtro franciæ iſtis electionibus hodie non vtamur: imò omnes dignitates regni electiuę in quibus ſeruanda eſt forma.c.quia propter de elect.ſunt ad nominationé sereniſſimi noſtri principis vt illo tractatu concordatorum, quæ inter ſummum pon.leonem decimũ,& bonæ memoriæ regem francię Frãciſcũ inita ſunt,cõſtare pôt.& in rub.illa de regia ad prelatũ noïatione facienda:quæ verba nõ abs re hîc inſe-
a ro.Deᵃeorundé fratrũ conſilio,& vnanimi cõſenſu ex certa nr̃a ſciẽtia,& ptãtis plenitudine ſtatuimus,& ordinam⁹ &c. vt de cæterò cathedralibus& metrapolitanis eccl'ijs in regno &c.nunc & pro tpe etiã per ceſſionem in manibus noſtris, & ſucceſſorũ noſtrorũ.Rom.pon.canonicè intrãtium ſpóte factam vacãtibus illarũ capitula,& canonici ad electionem,
5 ſeu poſtulationé futuri prælati procedere non poſſint.† Sed illarum occurrẽte huiuſmodi vacatione Rex frãciæ pro tpe exiſtens vnum graué magiſtrũ,ſeu licen.in theologia, aut in

a Vide in hunc locum rebuffũ & Io. boſchetiũ in unione conſtitutionum ſub titulo des mãdats apoſtolics. & Ioan.de ay ma.c.mandatum.de reſcrip. Prateius.

vtroq;,ſeu altero iuriũ doctorẽ,aut licentiatũ in vniuerſitate famoſa,& cum rigore examinis & in.xxvij.ſuo ętatis ann. ad minus cõſtitutum,aliâs idoneum intra ſex mẽſes à die va-
6 cationis eccleſiarũ earundẽ computãdo † nobis & ſucceſſori
7 bus noſtris Rom.pon.ſeu ſedi prędictæ noĩare † & de pſona per regem huiuſmodi noĩata,per nos & ſucceſſores noſtros,
8 ſeu ſedem prædictam prouideri † & ſi contigerit præfatum regem perſonam taliter non qualificatam ad dictas eccleſias ſic vacãtes noĩare nos & ſucceſſores,ſeu ſedes huiuſmodi de perſona ſic nominata eiſdem eccleſijs minimè prouidere de [illegible],ſed tentatur idem rex infra tres alios menſes &c. decer[illegible]tes electiones contra præmiſſa attentatas, ac prouiſiões per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem huiuſmodi factas nullas & inualida exiſtere conſanguineis,tamen præfati regis ac perſonis ſublimibus ex cauſa rationabili,& legitima in nominatione,& apoſtolicis literis exprimenda necnon religioſis mendicantibus reformatis eminentis ſcientiæ & excellentis doctrinæ &c.ad dicti regis nominationem per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem huiuſmodi libere prouideri
9 poſſit.† Monaſterijs verò & prioratibus conuentualibus & verè electiuis videlicet &c.illorum conuẽtus ad electionem ſeu poſtulationem abbatis,ſeu prioris procedere nõ poſſint ſed idem rex illorum occurrente huiuſmodi vacatione religioſum eiuſdem ordinis in ætate viginti & trium annorum ad minus conſtitutum infra ſimile tempus ſex menſium &c. Nobis & ſucceſſoribus noſtris aut ſedi huiuſmodi nominare & de perſona per regem huiuſmodi monaſterio vacanti nominata per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedem prouide-
10 ri &c.† Si verò idem rex præsbyterũ ſecularem aut religioſum alterius ordinis haud minorem viginti trium annorum vel aliâs inhabilem nobis aut ſucceſſoribus noſtris infra dictum ſemeſtre,ſeu ſedi huiuſmodi nominaret talis nominatus recuſari & nullatenus ſibi prouideri debeat,ſed rex ipſe infra trimeſtre &c.Prioratus verò perſonis vt pręfertur qua-
11 lificatis,dũtaxat conferre liberè poſſint. † Electiones autem

& illarum cõfirmationes,necnon prouiſiones per nos & ſucceſſores noſtros ac ſedẽ prædictã contra pręmiſſa pro tem-
12 pore factas nullas irritas & inanes eſſe decernimus. † Per præmiſſa tamen non intendimus in aliquo præiudicare capitulis eccleſiarum & conuentibus monaſteriorum & prioratuum huiuſmodi priuilegia à ſede apoſtolica proprium eligendi prælatum obtinentibus quominus ad electionem epiſcoporum, ac Abbatum, & priorum iuxta priuilegia eis conceſſa liberè procedere poſsint iuxta formam in eorũ
13 priuilegijs contetã &c. † dũmodò de priuilegijs ſibi cõceſsis per literas apoſtolicas,ſeu alias authenticas ſcripturas docuerint omni alia ſpecie probationis eis in hoc adempta. Hæc ſunt verba in ſumma,quę habentur in prædicta rubrica cõcordatorum. Quid enim his verbis ſanctius eſt? Papa enim de conſilio fratrum,qui cardinales ſunt.c.j.& ibi gl.in verb. fratribus.de officij.deleg.lib.vj.hoc ita ſtatuit. Et ex certa ſcientia quod fieri videtur quando per ipſum Papam exprimitur alias non præſumitur Papa ex certa ſcientia ſcripſiſſe de quo vide gl.fi.in cle.2.de reſcrip.pro qua facit tex.in.c. ſi motu proprio.in fine.De præben.in.vj.q̃ vult,quod motu proprio ſolũm gratię fieri cenſeatur cũ hoc expreſſè cautum fuerit in eadem. Pręterea de plenitudine poteſtatis ita ſtatuit ſummus Pontifex,quam illũ habere non dubitandũ eſt.c.illa.de elect.de qua ipſius poteſtate ſuperiùs iam dixi-
14 mus. † Quid autem importet clauſula iſta,de plenitudine poteſtatis,ſi apponat̃ in reſcripto principis,vel ſpiritualis, vel temporalis dicas quod tunc ipſi dicuntur,ſupra ius diſpenſare ſecundum Guidonem Papæ in ſuo tracta.de reſeruatione adferens tex.in.c.propoſuit.de conceſſ.præbẽ.& cle.paſtoralis.in fine.de ſen.& re iud.& in.l.fideicõmiſſa.§.quãquã ff.de
15 lega.3. †,dum tamen ius diuinum non offendat, vt notat Hoſtien.in ſua ſumma §.quis poſsit.tit.de conſtitutionibus. & Panor.in.c.j.de tranſact.ratio eſt:quia cum par in parem non habeat imperium vt.l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff ad trebelli.cum ſimilibus,multò minus ergo minor in maioré id [illegible]

Cardinales fratres Papæ.

Certam ſciẽtiam nõ preſumi.

Romanus pontif. ex plenitudine poteſtatis diſponit

Titul.2.ea. 1.n.5.&.6 & per totum.

de iure

de iure naturali dicas cū illud immutabile ſit.§.ſed naturalia.
inſtitu.de iure natur.& doctores in.d.locis.non enim hîc di-
xit Papa declaramus:ſed ſtatuimus quod eſt verbum noui
iuris introductorium:vt per gl.fi.in princ.cle.fi. de reſcript.
quā in hoc cōiter ſcribentes ſequuntur,cui addo bonā gl.ad
hoc.in.c.vt litigantes.in verbo ſtatuimus.de offi.ordina. in
vj.& adhuc gl.ſimilem in.c.j.ver.qui verò in verb.receperit
16 in princi.de cleri.non reſidē.in.vj.† de quibus tñ & de natura
harum dictionū ſtatuimus declaramus innouamus decerni-
mus,& ſimilium,vide per ſcribentes in.c.decernimus.de iu-
dicijs.ita igitur ſtatuit.d.Leo papa tā pro ſe,quàm pro ſuis
ſucceſſoribus canonicè intrantibus,hoc eſt,nō contra legem
a diuinam ratione proprij vitij ingreſsis:ſed forma [a] ſeruata,
de qua in.c.vbi periculū.de elect.in.vj.vt eccleſijs cathedra-
libus,& metrapolitanus vacantibus illarū capitula,& cano-
17 nici ad electionē futuri prælati procedere non poſsint.† vti-
tur namq; tex.iſte in verbo pōt,negatiua præcedēte natura,
cuius regulariter eſt,vt actum in contrarium geſtum reddat
de iure impoſsibilem,& neceſsitatem obtemperādi diſpoſi-
tioni,in qua concurrit,importat.ita gl.in reg.j.in verbo nō
poteſt de reg.iur.in.vj.quā ibi dicit Philipp⁹ francus menti
tenendā,& illam dicit ad hoc ſingularem,idē franchus in.c.
religioſus.20.nota de teſta.in.vj.pro corroboratione cuius
gl.videndum eſt,& ponderandum principiū.l.nemo poteſt.
ff.de leg.j.&.l.nemo poteſt.ff.de furtis.quos duos textus ad
id propoſitum noſtrum allegat Bar.in.l.Gallus Aquilius.in
j.oppoſitiōe.ff.de libe.& poſt.dicens,qñ verbum poteſt,po-
nitur in diſpoſitione negatiua,tūc inducit neceſsitatem præ
18 ciſam:quia potentiā priuat,prout in propoſito noſtro.† qd
tamen verum putes,niſi reſultaret abſonus intellectus:tunc
enim verbum poteſt,cui præponitur negatiua.non impor-
tat neceſsitatem,ſed præſumptionem.ita Felinus in.c.quan-
to.per illum tex.j.notab.de præſumptio.& latiùs de natura
huius verbi pōt,vide in remiſsionibus copioſis quibus vtiſ
idem Felinus in.d.c.quāto.col.j.& per Bar.Angel.Iaſonem

Statuere nouum ius introducit

a Forma data a lege ſeruāda eſt eſt glo. in clem.j.de uit.& hone.cle.ad corruit actus tex.l.3.§ idē ſcribit.ff.ad exhibendum. Prateius.

& cæteros legiſtas in.d.l.Gallus.in expeditione gl.in verbo
19 poſſe.† Sed vult dictus Leo quod illarum occurēte vacatione Rex franciæ pro tempore exiſtens vnum grauem magiſtrum,ſeu liceñ.in theologia ad dictas eccleſias ſic vacantes nominare intelligit enim magiſtrum in ſacra pagina docto-
20 rem.† Solent enim qui gradu doctoratus in theologia decorantur magiſtri vocitari,& qui ſimili gradu in iure pontificio aut Cęſareo ordinanť doctores dici ſimpliciter ſecundū glo.clemen.2.in verbo.doctoratus de magiſtris quam in eius expeditione ſequuntur Ioan.de imola & cardinalis , ſed qui magiſtri vocari letantur,videant,ſi opera faciant,& veſtigia ſequantur illius,qui verè dominus,& magiſter in euangelio vocabatur Ioan.13.c.vbi cum redemptor noſter à diſcipulis, dominus,& magiſter vocaretur:ita nominari non ægrè tulit:quinimò eis dixit his verbis vtens:vos vocatis me, magiſter,& domine,& bene dicitis , ſum etenim , & tali nomine etiam diſcipuli phariſæorum eum vocauerunt Matthæi.22. c.Marci.12.& Lucæ.20.Quare dicit prædicta gl.clemen.2.de magiſtris non debere alicui hanc denominationem moleſtā eſſe quod facit contra plures ſcholares ſuperbos qui in diuerſis vniuerſitatibus degunt dum in plebeios ignaros iraſcuntur ſi magiſtri ab eis(ſemoto quolibet iniuriādi animo)appellantur.ſecundùm Barbatiam poſt Ioannem Andræ.in.c. j.de locato & conducto aliquādo etiam canonum, & legum doctores magiſtri appellantur adfero adhoc text.in.§. & anteà:verſi.& ſi quis ea,quæ recitabant in prœmio fforum. ex quo tex.nota.& gl.ibi in verb.magiſtri doctores dici magiſtros pro qua facit adhuc tex.in.l.dicere.§.vnde videndum in his verbis Catius ſcientiam magiſtri ſui bene excuſat. ff. de recept.arbitr.doctor enim in iure vocatur pluribus nominibus.j.magiſter vt hîc & in pręallegatis iuribus.2.doctor , vt in procemio decreta.6.& clemen.& in clem.2. de magiſtris. & l.medicos.C.de profeſſ.& med.lib.10.3.profeſſor auten.habita.circa princ.C.ne filius pro patre. 4. dominus legum . vt in.d.auten.iuncta glo.in verbo dominus.5. præceptor.l. ſi in

c Omnium artium a profeſſores magiſtros appellari poſſe innuit tex.l.unica.de ſtud. lib. urb.ro. lib.xj.C Prateius

¶ Chriſtus magiſter et dominus.

Legum doctres

ædibus

ædibus meis.circa finem. ff. de damno infect. 6. ſacerdos.l.j. verſi.ius eſt ars.ff.de iuſt.& iure.7.iuriſperitus.l. grammaticos.de profeſſo.qui in vrbe conſtantin &c.lib.12.C.8. pater quia qui diſcipulus eſt,filius ſui magiſtri dici pcteſt,& ſic capitur in.l.j.iuncta.j.expoſitione gl.in verb.filios.C. de excuſ. artific.lib.10.Celſior.vt in.l.ſinguli quoq; iudices. iuncta gl. C.de offic.vniuerſ.iudic.finaliter dici poteſt anteceſſor dum alios ſciẽtia & moribus antecellit & ſic ſumi poteſt in.§.ſed cum vos iũcta gl.in verbo anteceſſores in prœmio ffſorum. Ex his verbis igitur concordatorũ planè cõſtat eum qui ad dignitates aſſumitur eccleſiaſticas eminentis doctrinæ eſſe debere:ex quibus verbis apperet etiam pro doctoribus licentiatis eſſe præſumendum vt docti ſunt,potiſsimùm ſi in vniuerſirate famoſa gradum aſſumpſerint,vt maximè eſt pariſijs,carturceñ.noſtra& Toloſana,illi namq; nedum fama ſola,imò re & effectu famoſiſſimæ ſunt itidem atteſtantur hodie de eorum vniuerſitatibus à Papa , & rege criſtianiſſimo priuilegiatis aurelianenſes,pictones,andegauẽſes , bituriges, burdegalenſes,valentinenſes,montiſpeſulani cuiq; enim parocho:licet cõmendarẽ ſuas reliquias.Quę aũt dicatur famoſa vniuerſitas inferiùs dicẽdum me remitto dum aliquid di-
21 cemus de nominatiõibus:ſed vltra† quàm ita graduatos eſſe oporteat dignitates aſſumentes ætas etiam in talibus requiritur quæ per hanc cõſtitutionem nonam eſt viginti ſeptem annorũ nõ tamen cõpletorum quod cõſtat ponderãs verba dum dicit & in vigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno. adminùs
22 conſtitutum† & ſic venit ad reſtrictionem vt iam dixi capi. cum in cunctis.in prin.de elect. quo deciditur tales trigena-
23 rios eſſe debere,&† ſic ex verbis huius tex.concordatorum elicio virtute ipſorum Papã nõ teneri de archiepãtu nec epiſcopatu nominato per regem criſtianiſsimum vbi locus eſt
a nominationi prouidere niſi duo ſimul[a] in nominato cõcurrant,ſcilicet ętas,& gradus,quę legitimè apparet ex hoc tex. ſicut in ſimili dicebamus in deciſione cap.de multa quod circa ſublimes,& literatas perſonas ſub pluritate beneficiorum

Diſcipulus

Galicæ academie

a Duæ rationes uni præualent. §.quia igitur de cõſã. & ut eri.fr. col.6.c.licet de pba. ceſſantibus tamen his rationibus Romanus pontif.conferre non poteſt But. c.dilectus. col.3.de off. leg quia nõ præſumitur cõferre noluiſſe in alterius præiudicium. Prateius.

Papa poſſit diſpenſare dictionem,&, ibi poni coniunctiuè & ſi tales, ſuper quibus ita diſpenſatur, & ſublimes & litera-
24 tę perſonæ eſſe debent: † nec alterum eorum ſufficeret. Contingit tamen noſtris temporibus, iſtis etiam nõ concurrentibus, de epiſcopatu caturcẽſi moderno epiſcopo Paulo carretio via reſignationis in eius fauorem per Aloſium de carreto proprium eius patruum prouiſum per Papam fuiſſe: at tamen licet iſta non eſſent plura tamen alia, vt recœpi, concurrebant in tali prouiſione, vt puta præcedens regius conſenſus, prouiſio papalis & ſubſequens conſenſus venerabilis capit. eccleſiæ cathedralis caturcen. licet à principio nonnulli contradixiſſent, & ex parte etiam reſignantis concurrebat eius erga regem & regnum criſtianiſsimum franciæ integritas, & zelus fidelitatis prout videmus adhuc in moderno digniſsimo epiſcopo & à me multum reuerendo, & ſuis familiaribus: & vltra nobilitatẽ morum, & honeſtatem ipſius domini prouiſi quæ multum operari debent, vt aliquid per papam de regio conſenſu procedentem diſpenſatiuè ſuppleri poſſit, addo ego etiam nobilitatem generis dicti reuerend. prouiſo operari etiam aliquid vt hæc mereretur: quia nobilitate generis ornatus eſt quæ (prout fecit) mouere debebat ipſum Summ. pont. vt cum eo ſuper ſuis alijs defectibus diſpenſaretur. facit cap. de multa verſic. circa ſublimes in illis verbis de præben. & in extrauag. execrabilis verſi. nos itaque tot malis. eodem titu. & in regulis cancellariæ apoſtolicæ Innocen. octaui regula. 50. igitur his omnibus ſimul iunctis nobilitate morum, & generis ipſius prouiſi, integritateq́ue fidei erga regem & regnum (licet de regno nõ ſit, in eo, vt diximus, concurrentibus merebatur, vt ab hac conſtitutione poſitiua concordatorum per Papæ prouiſionem & eius diſpenſationem attento maximè ſuper his conſenſu regio declinaretur. [a] facit capitu. cum dilectus de fide inſtrumen. c. in noſtra. verſicu. nos verò. de procurat. c. niſi eſſent viri prouidi, & honeſti, cum ibi notatis per Panor. ſuo notabili. j. de præbend. & in. c. nobiliſsimus. 97. diſt. & ſi tã venerando

a Declinaretur imò verò ex ſententiis concilij Lateranenſ. ócordat auocãt iuuabatur illi prouiſio & ex tacita nomĩatione: quia ea noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur. l. j. §. & ideo C. de vete. iur. enu. & verba, tã ex ſẽtẽtia, quã ex verbis accipienda eſſe reſpõdit Vlpianus. l. nominis. §. verbum. ff. de verborũ ſignifi. Prateius.

nerando capit.cartur.ſpeciale priuilegium cōpetebat eligendi paſtorē proprium,& de facto cōpetit,vt recœpi,tali pri-
25 uilegio † per recœptionem ſpontaneam prouiſi ſaltem pro illa vice potuit.c.in fauorem ſic prouiſi renunciare ad hoc faciunt iura ſequentia.j.l. paciſci. &.l.pactum inter hæredes. ff.de pact.l.j.§.ſi quis ante ſententiam.ff.à quibus appell.non licet.l.ſi iudex.ff.de minori.ſi quis in conſcribēdo.C.de pac. c.ad apoſtolicam ſedem.de regu.& tranſeuntib⁹.ad religio. c.ſi de terra.&.c.accedentibus.de priuilegijs.&.c. dilecti. de foro compet.ſicut ergo ex facto illorum ad quos liberū ius eligēdi proprium paſtorem alterari,ſiue reſtringi poteſt eorum facultas.c.cum dilectus.de conſuetudine.c.cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſſeſſ.& propriè.&.c.abbate ſancti ſyluani.de verb.ſig.ſic ex eorum facto in totum pōt ſaltim quoad eos,& pro vice illa conſumi.ita vt eligere nullomodo poſſint.& in futuram in tali receptione cautè debet procedere c.dictæ eccleſiæ ſi priuilegiū ſpeciale habeant à ſummo Pō. eligendi paſtorem.ij.formam cōcordatorum hîc ne talis receptio obeſſe valeat:ſed in noſtro propoſito per receptionē huiuſmodi à.d.c..Caturceñ.factam videtur pro vice illa à priuilegio ſpeciali,ſi quod habet,eligendi proprium paſtorē
26 receſſum:† cum per factū[a] contrariū videatur quis iuri ſuo
a renunciare.l.ſi filius emācipatus.ff.de minori.l.ſi proponas. §.ſi hæreditatē.&.l.ſi exhæredatus.ff.de inoff.teſt.c.ſi.de vita,& honeſt.cleri.c.ſolicitudinem.de appel.c.ex ore.cum ibi notatis,& allegatis.per glo.in verb.renunciaſſe. de his,quæ fiunt à maio.parte capituli cum ſimilibus. igitur quæ geſta fuerunt in fauorem dicti reuerendi moderni Epi caturceñ. diſpenſatiuè,& modo prædicta geſta extiterunt:quod apparet per hunc tex.concordatorum diſponentem quoties locus eſt regiæ nominationi nominatus per ipſum ſummum
27 Pon.vltra gradum hîc deſcriptum debet, † & in vigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno adminus eſſe conſtitutus:non tamen,vt dixi,requiritur,vt ille annus neceſſariò ſit adimpletus:imò ſufficit per hunc textum quod inchoatus ſit. Annus

a Factum contrarium id operatur ut tacitum uelut conſē ſum operetur moderni & anti. repet.in.c. cum M.fer. per illū tex de conſtit.ī uol.Grego Factū enim uerborū effectū imo & pluſquā uerba operatur tex.c. dilecti filij. & ibi glo. quea dducit concor. de appella. Prateius.

ergo inceptus hîc habetur pro completo, prout etiam ſi ali cui de eccleſia parochiali prouideatur ad quàm obtinendam ſufficit quod vigeſimum quintum annũ attigerit.c.cum in cunctis.§.inferiora.de elect.c.licet canon.verſ.decernentes.e. tit.in.6.ſimile dicẽdum eſt in caſu cle.ne in agro.§.cæterùm. in prin.de ſtatu monac.vbi cauetur eum prioratu conuẽtuali capacem dici, qui vigeſimum quintum ſuę ætatis annum attigerit, licet ſint caſus aliquando in quibus complementũ anni poſterioris requirit, & ſic pfectio totalis ętatis requiſitę, vt in caſu.d.§.cæterum.clemen.ne in agro.in.ij.parte dicti ſui.&.c.permittam⁹.de ęta.& qua.in.vj.&.c.indemnitatib⁹.

Annũ cœptum pro cõpleto haberi

28 de elect.e.lib.cum ſimil.† & vltra quàm prædiximus eſſe requiſita in taliter à rege nominato oportebat adhuc, & talem eſſe idoneum, & ſic non ſufficiebat regi noſtro Chriſtianiſsimo per hæc verba concordatorum virum, & ætate, ſit gradu doctoratus, aut licentiaturę ad Archiepiſcopatũ, vel epiſcopatum vacantem Papę nominaret niſi alijs modis eſſet idoneus, & adhuc ita eſſe debet, ſi igitur rex noſter aliquẽ quòd abſit, Papæ indignum nominare contingeret: eo caſu poſſet ipſe Papa vti authoritate ſibi permiſſa, de qua in.§.& ſi contigerit.illius rubr.de regia ad prælatu.&c.in concord.

Gallorum rex Papæ nomĩatpro' mouendos.

29 † Omni igitur ſtudio, cura, ſolerti indagatione, ſummaq; diligentia, charitatiſq; zelo rex ipſe tum pro honore eccleſiæ militantis, tum bono publico necnon, & pro propriæ conſcientiæ exoneratione, vbi eius nominationi locus erit talẽ ſummo Pon.nominare ſtudeat, maximè ad archiepiſcopatũ vel epiſcopatum vacãtem, quem moribus, & virtutibus requiſitis ornatum cognouerit, de quibus per Paulum apoſtolum.j.ad Timothęum.3.c.& ad Titum.j.& in.c.vnum.verſ. ad.j.25.diſt.& in c.ſicuti.§.neceſſe eſt.47.nec eſt igitur parũ onus, quod Chriſtianiſsimo regi noſtro impoſitum eſt, qui accuratè conſiderare tenetur an illi, quos ad præmiſſas prælaturas vacantes Romano Pon.nominat viros præditi, & dotati ſint: iam dictis virtutibus, & moribus: tempore etiam ſibi præfixo: quia intra ſex menſes id facere debet, vt apertũ eſt in

Quales oporteat eſſe epiſcopos.

eſt in his verb.concordatorum,licet electoribus archiepiſco porum,epiſcoporũ,vel regularium prælatorum à iure cõi non dentur,niſi tres menſes infra quos,iuſto impedimento ceſſante,ſi electio celebrata non fuerit eligere debenres poteſtate illa eligendi pro ea vice priuati ſunt quę ad proximè ſuperiorem deuoluitur.c.ne pro defectu.de elect. Audi rationem ſanctiſsimam ne pro defectu paſtoris gregem dominicum lupus rapax inuadat,aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata graue diſpendium patiatur,& vt occurratur periculis animarum,& indemnitatibus eccleſiarum prouideatur. *Semeſtre collationi beneficiorũ præfixum*

30 † Qui prędicti ſex menſes quos rex noſter habet à die vacationis earundem eccleſiarum computandi ſunt intellige notitiæ,& ſcientiæ,ſicut & de collatore ordinario dicimus,qui ſemeſtre ad cõferenda ſua beneficia vacantia à iure præfixũ habet.c licet.de ſupplen.negli.pręlat.&.c.nulla.de con.pręb.

31 &.c.quia diuerſitatem.verſ. ſemeſtre.de con.prę. † ſicut,& in ſimili,& verè quippe,dicere ſolemus de tempore patrono a clerico,[a] ſiue laico ad pręſentandum à iure præfixo,quod in clerico ſemeſtre eſt in laico verò quadrimeſtre.c. ſi laicus.§. verum.de iure patro.in.6.non curare,niſi à tempore notitię vacationis beneficij prout firmat etiam rota deciſione.56. incipiente vtrum vacante beneficio in antiquis. & Ioannes andrę.in.c.ij.de ſupplenda negligentia prélatorum. quem refert & ſequitur Panor.in.c.cum propter.de iure patro.pro quorum corroboratione adfero tex.ad hoc ſolemnem in argumentum.in.l.item veniunt.§.petitam.ff.de peti.hæredita. quem in his terminis citat rota deciſione.38.incipiente nota

a Clerico Et ſecundũ præſentatio nem clerici electioni æ quiparari immo e cum authoritate iure patronat. Pratrus.

32 † quod patrono currit tempus in antiquis & quicquid in cõtrarium dici poſsit,& ſoleat circa hoc tempus patronorum ad prælentandum,tu tamen audacter tene patrono non currere tempus niſi à tempore notitiæ vacationis beneficij.arg. dicti cap.quia diuerſitatem. verſi.ſemeſtre.ita tenuit etiam

33 Rochus de curte ſuo tractatu de iure patro.in verb.honorificum.q.27.quod † idem concludendum cenſeo in caſu noſtro principali,ſcilicet quod ſemeſtre regi Chriſtianiſsimo

per concordata datum ad nominandum non currat niſi à tempore notitiæ vacationis,vel à tempore,quo ſcire potuit prædictis iuribus,& rationibus.& vt prædicta omnibus clarè pateant in hac materia curſus temporis ad conferendum beneficia quaſdam ſequentes concluſiones,& quantum potero breuiſsimas eliciam.

CONCLVSIONES QVAEDAM CIRCA TEMPVS CONFERENDI BENEFICIA.

Concluſio. I.

34 ¶ Hæc eſt igitur prima concluſio † ad conferendum beneficium ſemeſtre datur.c.quia diuerſitatem.de conceſſ.præbẽ. intellige hoc tempus numerari à die veræ notitiæ vacationis d.c.quia diuerſitatem.verſi.ſemeſtre.& ibi Panor.vlti.nota. quod procedit etiam in eo,qui iure deuoluto confert ſcdm eundem Panor.in.c.fi.de iure patro.ita quod.d.c.ij.de conceſſ.præben.de.j.ij.&.iij. gradibus deuolutionis prouidens tacitè videtur prouidiſſe de omnibus gradibus vſq; ad ſummum Pon & ſic quod quilibet ſuperior ad quem in negligẽtiam deuoluitur authoritas conferendi gradatim ſex menſes habeat donec ad Papam peruentum fuerit vt apertè colligitur ex dicto.c.ij.iuncto.c.licet.de ſupplen.negli.præla.

Deuolutionis gradus ad quem ſit deuolutio

Concluſio II.

¶ Secunda concluſio eſt quamuis collatori regulariter non currat tempus,niſi à die veræ notitię vacationis: quandoq; tamen à die præſumptæ,ſeu veriſimilis notitiæ currit. Eſt enim præſumptio contra debentem conferre ſi diſtulit, vltra ſex menſes à tempore vacationis.c.vt noſtrũ.ver.porrò. vt eccleſiaſtica beneficia &c.ita quod notat Panor. in dicto c.& nota.8.per illum textum,quod lapſo tempore præfixo ad beneficium conferendum is,ad quem deuolutio fit immediatè,conferre poteſt,nec tenetur requirere primum collatorem

torem,& computatur quantùm ad hoc vt talis ſuperior cōferre poſsit iure deuoluto tale beneficium tempus à die vacationis ipſius,ſcdm Panor.ibi.

ius deuolutiuum

Concluſio III.

Epiſcopi officium de iure communi

¶ Tertia concluſio eſt Epiſcopo,qui de iure communi tenetur per ſe,vel alium diocœſim propriam viſitare.c.cum venerabilis.de cenſib.& ſingulis annis.c.Epiſcopum.x.qō.j. necnon an beneficia ſint repleta indagare,etiam iuſtis titulis poſsideantur.c.ordinarij.de offi.ord.in.vj.currere incipit tempus ad conferendum beneficium ad ſe ex negligentia patroni deuolutum poſt vltimum diem patrono ad pręſentandum à iure aſsignatum de quo in.c.ſi laicus.§.verum.de iure patro.nec iuſtam poteſt regulariter Epiſcopus incœptæ deuolutionis prætendere ignorantiam: ex quo videt ad eum talis beneficij ſpectare inſtitutionem. c.cum ex iniuncto.in fi.de hæret.conſiderato etiam neminem fuiſſe ſibi infra tempus patrono datum ad pręſentandum præſentata,nec aliter conſtat de illo beneficio à quoquam poteſtatem habente ꝓuiſum extitiſſe inſpectoq; etiam quod ipſe collator ordinarius,aut eius vicarius ſufficiens in diocœſi,in qua tale beneficium vacauit,reſidebat arg.c.ſi.qui matri.accu.poſſ. & ita intelligenda eſt Rota etiam in deciſione.263.in nouis quam quidem illa ipſa corroborat deciſione.566.in antiquis quod ſecus dicendum eſſet,ſecundum dictam deciſionem.566. in collatore,cui onus viſitandi non iniungitur:quia talis non habet neceſſariò de beneficij vacatione inquirere ideò à tempore ſolùm notitiæ vacationis tempus conferendi currere inciperet dicta deciſione Rotæ.

Concluſio IIII.

¶ Quarta concluſio hęc eſt,qn̄ habens ius beneficiumconferendi probabilemignorantiam vacationis allegat ſtatur ſuo iuramento ita dn̄i de Rota.d deciſ. 263.pro hoc allegantes Inn.& Hoſtien.in.c.Paſtoralis.de exceptio.

¶ Concluſio V.

¶ Quinta concluſio, tempus patrono,& clerico. & Laico

ad præſentandum conceſſum à tempore ſcientiæ vacationis currit:arg.d.cap.quia diuerſitatem.verſi.ſemeſtre de con. ceſ.præb vel à tempore quo ſcire debuit vt rota.d.deciſione 566.in antiq.& ita etiam Rochus de curte ſuo tract.de iur.patro.in verbo honorificum.verſi.intellige tamen quæſt.27.

Concluſio VI.

¶ Sexta concluſio eſt licet textu expreſſo iuris non habeam* præfixum tempus infra quod tenetur graduatus nominatus, vel ſimplex beneficium requirere, & acceptare boni tamen iudicis eſt arbitrari,ſicut ordinario collatori datur ſemeſtre ad conferendum.d.c.2.de conceſ.præb.cum ſimilibus præallegatis ſic ĩ ſimili reſpectu graduati ſimplicis & graduati nominati dicendũ arbitror vt requirere & acceptare infra tale tempus teneantur quod voluit gl.in.c.placuit.§ item qđ oĩa prædicta in verb.ſ.titu.de colla.in prag. quod idem dicerem eſſe in mandatis apoſtolicis ſi in eorum gratia ſpecificus minor terminus ad acceptandum aliter non aſſignetur idẽ tempus arbitrarium eſſe gl.in.c.ſi clericus.in verbo negligẽtem & ibi Petrus de ancha.Dominicus geminianus & Philippus franc.q.de prǫb.in.6.Ioan.and.& Panor.in.c.capitulũ ſanctǫ crucis.ſub expeditione magnǫ gl.& ibi Felinus etiam columna mihi 3.verſi.fallit.j.de reſcrip.Cardinalis in clemen. eum ei,quem §.fin.3.quæſt.de conceſ.præb.materiam, cuius præſentis concluſionis retine pro nominationibus.

a Terminabit Licet iudex pleraque ex arbitrio poßit facere quæ percenſet Hypoli.maſil. Tractatu de quæſtionib.eius tamen arbitrium circũſtãtijs rerũ locorũ,tem & pſonar. reſtringi uoluit textus. apert.c de cauſis § fi. de offic.deleg. in antiquis. Prat:ius.

Concluſio VII.

¶ Septima & finalis concluſio quæ ad omnes prǫcedẽtes cõmunis eſſe,poteſt maximè ad principale dictũ huius tex. cõcordatorum per quẽ ſemeſtre datur regi chriſtianiſſimo ad nominãdum hæc eſt,quod an tempus collatori ordinario ad conferendum beneficium vacans à tempore verǫ ſcientiǫ vacationis beneficij,vel an à die præſumptæ notitiæ currere in
35 cipiet relinquitur id totum arbitrio boni viri. ☞ Bonus enim
a iudex hoc terminabit[a] conſiderata beneficij qualitate,modo vacationis,locorum diſtantia rumore,& fama vacationis beneficij ſecundùm Rotam in.d.deciſione.263.in fine & ibi vide allega

de allegationes per eam vbi in argumentum adfert. l. mora. ff. de vſuris cui addo tex. in arg. etiam in. l. continuus actus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & hoc idem firmat Panor. in. c. ex parte aſtenſis. in expeditione gl. in verb. ſuppetāt de conceſſ. præb. ergo iudex, qui in iſtis dubijs arbitratur, tenetur ex veriſimilibus motum ſui animi informare & quod maiorem præſumptionē habet veriſimilitudinis ſequi debet arg. c. af-
36 ferte & c. quia veriſimile de præſump. † Et caueat iudex ipſe, ne craſſam, ſupinam, aut affectatam ignorantiam pro excuſabili exiſtimet quālibet: namq; talem ignorantiam pro ſciētia ius commune reputat. c. j. ver. quod nec ſufficit de poſtu. prælato. c. apoſtolicæ verſ. cæterum: de cleric. excom. miniſt. cap. vt animarum periculis verſ. dum tamen de conſtitut. in 6. c. eos. & ibi Petrus de anch. 2. nota. per illum tex. de temporibus ordinandorum in. 6. non igitur abs re ſic aiebat Vlpianus in. l. nec ſupina. ff. de iuris & facti ignorantia. Nec ſupina ignorantia ferenda eſt factum ignorantis vt nec ſcrupuluſa inquiſitio exigenda eſt, ſcientia enim hoc modo eſt æſtimanda vt neq; negligentia craſſa aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit nec delatoria curioſitas exigatur: & Paulus belliſſimè in hæc verba ſcripſit. Sed facti ignorantia ita demum cuiq; non nocet, ſi non ei ſumma neglıgētia obijciatur. Quid enim ſi omnes in ciuitate ſciant quod ille ſolus ignoraret & rectè labeo diffinit ſcientiam neq; curioſiſſimi neq; negligentiſſimi hominis accipiendam: verùm eius, qui eam rem diligenter inquirendo notam habere poſſit verba ſunt. l. regula. ver. facti ignorantia. ff. de iuris & fac. igno. & ſic in dubio præſumatur ignorantia, vbi ſcientia non probatur. l. verius. ff. de

Iuris ignorātia neminē excuſari

37 proba. & regula præſumitur. de reg. iur. in. 6. † hoc tamen locum ſibi non vendicat in his in quibus ſcientia interuenire debet: & eſt neceſſaria ratione officij illius, qui ſcire tenetur. Ita Felin. in capitu. à nobis colum. j. de excep. adferens gloſſ. in cap. eos in verbo ſcienter de temporibus ordina. in volumine bonifacij, quam ſequitur ibi Domin⁹ gemi. & Philip. Franc. & ad hoc vide adhuc notata per gloſ. iuncto ſuo tex.

in clemen.in verb.ſcienter de conſangui.& affini.& ea quæ voluit glo.cap.fin.§.vt autẽ.in verb.ſciẽter de offic.dele.in.6. de textum iuncta ſua glo.in cap.innotuit.in verb.ignorantiam de elect,& in cap.cum inhibito.§.ſi quis.de clandeſt.deſpon.& in his quę quis ſcire tenetur rationẽ ſui officij procedunt à pari ſcire vel ſciri debere ſecundũ francum in.d.c.eos in glo.ſcienter de temporibus ordi.in.6.citans tex.ad hoc in l.quod te.ff.& certum peta.ſed,ad verba concordatorum redeamus,infra ſex menſes à die vocationis prædictarum eccleſiarum computando ſummo ponti.& ſuis ſucceſſoribus ſeu ſedi prędictę rex noſter aliqui ita qualificatum,vt prędiximus,nominare habet,ſcilicet grauem magiſtrũ ſeu licentiatum in theologia aut in vtroq;,ſeu altero iurium doctorũ aut licentiatum in vniuerſitate famoſa,& cum rigore examinis & in.27.ſiue ætatis anno ad minus conſtitutũ ad aliâs idoneum quid enim ſanctus eſt hac conſtitutiõe debito modo ſeruata?per quam clauduntur omnes doli fraudes?& abuſus antiqui(ſi qui erant)in electionibus eccleſiaſticarum dignitatum,vel ſeculorum,vel regularum?Sed hodie frenum huius ſanctæ conſtitutionis diſpenſationibus principũ quotidianis,& frequentibus nimis ſuperq; laxatur nec eſt,quòd mirandum ſit de aſſumptione in epiſcopum ita facta prædicti reuerẽdi patris Pauli de carreto moderni Epiſcopi caturcieñ.in quo prędictæ qualitates pro tẽpore illo,quo aſſumptus eſt,deficiebant:quia(vt antediximus)ſuper eo diſpenſatum fuit.& hodie poſsim ita ſit quia rari profectò ſunt hodie qui ad tales dignitates aſſumũtur,qui nõ his diſpenſationibus ſed hæc omnia ſunt remittenda voluntati,& poteſtati maieſtatis regiæ ſereniſsimi noſtri principis, & demum ſanctiſsimi noſtri Papæ eorum eſt nobis imperare noſtrum vero eis obedire.illi enim ſunt, qui pro voluntate poſſunt omnia:noſtrũ verò ꝓ poſſe omnia eorum mandata debem⁹ ſuſtinere,& exequi quæ enim dixi non vt de poteſtate ipſorum arguerem dixi quam arbitror ego abſolutã eſſe ſed vt quæ iuris ſcripti ſunt melius declararem quod quidem ius

Coucordatorum conſtitutionis, de qua effectus

Diſpenſationis incõmoda

in hoc

in hoc præſente meo opuſculo puto me omnino inſequi,& ad hunc ſcopum tendimus igitur ad ea quę iuris ſcripti ſunt *Ioannis Nicolai ſcop.*
38 Reuerto † Non ſolùm ergo qui ad dignitates,& curas ſe ingerunt ſunt in periculo,Imò & hi qui eas accipiendo delectantur,vel qui ita in eiſdem perſeuerant vnde Gregorius ſuper Iob.24.cap.vnuſquiſq; ſumptibus rector toties ad culpam apoſtaſiæ dilabitur,quoties præeſſe hominibus,ac honoris ſui ſingularitate delectatur vnde enim hęc vitiorum radix in corde regentium pollulat &c niſi ex illius imitatione qui deſpectis angelorum ſocietatibus,dixit aſcendam ſuper altitudinem nubium,&'ero ſimilis altiſſimo Vnde magnoperè curandum eſt,vt qui in regendis animabus prefertur mente ſua optimè reuoluat in illo diſtricto Dei iudicio de ſua tantùm anima vix rationem reddere poſſe numerare certè culpæ nequeunt quæ habendæ poteſtatis amore perpetrantur.Sicut enim electi tunc de viſione iudicis gaudebunt: quia precium eorum appropinquat:ſic & beneficijs onerati tanquàm reprobos iam ſe arbitrantes de iudicis viſione triſtabuntur tanquàm proxima ſit eorũ perpetua damnatio vnde Dominus in euangelio Lucæ.11.capite vę vobis phariſęis,qui diligitis primas cathedras in ſynagogis,& ſalutationes in foro Vę ideſt æterna damnatio ideò eccleſiaſtici 7.cap.noli quærere ab homine ducatum,neque cathedram *Ve quid* *Tempus uitæ incertũ.*
39 honoris à rege & beda ſuper Lucam illo cap.vndecimo † vę nobis miſeris ad quos phariſęorum vitia trãſierunt,qui breue,& incertum noſtrę vitæ curriculum quo peccata humiles plangere debueramus pro prioratu inuicem ſuperbè certando peccatis ampliùs onerare non metuim⁹ non enĩ dixit Dominus vę vobis phariſęis,qui habetis primas cathedras ſed qui diligitis quaſi non arguens eos,qui his vtuntur de officij ordine ſed eos tantùm qui,dum habent,ſummè diligũt: vel dum nõ habent ex ambitione ſummè deſiderãt hoc enĩ malum ambitionis, vt à Cypriano habeo in ſermone de ieiunio & tentatione domini, in vniuerſa eccleſia vagatur & tanquàm communis peſtilentia innumerabiles occupat vt *ambitioſi ſtatutum.*

pro gloria huius mundi, qui erant liberi ſe in ſeruos vendant & per vitia ad ſeruitia deputantur obligatique pacto cheirographum ſubiectionis conſcribãt dyabolo per omne nephas hodie voluptates emuntur, & per omne ſcœlus copioſæ libidines exquiruntur etiam & in ſinu ſacerdotum ambitio dormit ibi ſub vmbra recubat in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat, quæ certè ambitio ſociam habet ſymoniam. Symon apoſtolorum temporibus venalem putans Spiritũſanctum Petrum donis aggreditur, & tenere poteſtatem tentat, vt plura lucraretur hæc enim eſt ſacrilegij forma quæ per omnia officia & gradus eccleſiæ diſcurrit & nihil ambitio prætermittit intentatum. Quid enim vltra cupide quæris? quid amplius auare deſideras? nunquid & ſic poteſt impleri tua ambitio? aut ſatiari fames tua? Officia huius ſeculi iniecta tuis dentibus & faucibus vniuerſa rerum maſſa intruſa tu mundum habes deum autem non habes mundus tranſibit & tu cum eo ad perpetuam damnationem qui non ſtas cades tranſibis & rues: ve igitur talibus erit ve enim in ſcripturis ſacris ęternam notat damnationem, & gehennæ

Voluptatũ emptio

Ambitiõis ſocia

Apoſtrophe ad ambitioſum

40 ſupplicium vnde Chriſoſt. in præd. Lucæ verbis † dicit hanc
dictionem ve ſemper in ſcriptura ſacra de his dici, qui futu-
41 rum, & æternum euadere non poſſunt ſupplicium. † ¶ Sed
qui tali morbo ambitionis infecti ſunt illa apoſtoli verba, quæ habentur. j. ad Thimotheum. 3. capit. adferre ſolent qui epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat &c. quæ verba deſcripta ſunt etiam in cap. qui epiſcopatum. 8. q. j. opus (dicit Hyeronimus ad oceanum) non dignitatem, laborem, non delicias. Opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio. Opus enim bonum eſt, ſed illud deſiderare eſt malum ſicut & qui aurum furatur bonam rem furatur cum aurum de ſe bonum ſit: ſed id furari eſt malum, vnde Apoſtolus Paulus ipſum opus tanquàm bonum ac fructuoſum commendat quia: epiſcopatus nomen operis eſt, & non honoris græcum enim eſt ſcopus quippe græcè latinè intentio eſt[a] ergo † epiſcopus latinè ſuperintendẽs dicit & ita vt intelligit

a Epiſcopus. Notationem uocis elegãter adducit Budeus in poſterioribus. annot. ad. l. ſi §. itẽ epiſcopi. ff. de mune. & honoribus. Prateius.

intelligit quis ſe non eſſe Epiſcopum qui præeſſe dilexerit, & non prodeſſe Chriſtus verò ipſum deſiderare tanquàm malum & vanum condemnat tales ambitioſos igitur cecitatemq; eorum debem⁹ lugere, qui cum homines ſin⁹, & formati ad dei imaginem ipſum luciferum, vt cum Gregorio iam prædiximus, videmus imitari hæc enim maledicta peſtis ambitionis, rurſus dico, vniuerſam religionem Chriſtianam inficit maximumq; adfert ſcandalum quo morbo nedum clericos ipſos: ſed & religioſos videmus laborare.

SVMMAE.

1 *Conſanguineis beneficia eccleſiaſtica conferenda non eſſe: nec cognatione collatorem moueri non debere.*

CAP. IIII.

SEcundus In hac pluralitate beneficiorum abuſus eſt. quia vt plurimùm 1 amici carnales in beneficiorum collatione alijs melioribus, & dignioribus præferuntur collatoribus quorum Micheas propheta ſuo tertio. c. ita comminatur, vę qui ędificatis Syon in ſanguinibus &c. quanti enim ſunt, qui pro amicorum carnalium promotione, & corpus, & animam æternis exponerent incendijs, qui econtra pro eorum liberatione extremum digiti vix ad horam ponerent in tormentis, multis quippe, eccleſiæ prælatis potiſsimùm, hoſtis noſter antiquua amicorũ carnalium procurat multitudinem, vt in ea carnali affectione, & promotione eorum obſcuret dignitatem, ac ſanctitatem. Sæpè enim fit vt prælatorum nepotes, ac alij carnales amici qui ante eorum ad prælaturam promotionem non apparebant demũ incipiãt apparere quaſi illa ꝓmotionis die nati videant: quare meritò eccleſia illud prophetæ Eſayæ dicere poteſt ſuo. c. 49. quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens tranſmigrata, & captiua. & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta, & ſola, & iſti vbi erant? ſcilicet ante prælaturæ promotionẽ vnde ratione optima hos duos verſus addam.

Cum factor rerum priuaret ſemine clerum.
Ad ſatanæ votum ſucceſsit turba nepotum.

Tales enim qui in promotionibus amicos carnales præferũt magis meritis, factis, ac operibus illud pſalmiſtæ dicunt pſa mo. 82. hereditate poſsideamus ſanctuarium Dei: quapropter maledictionem quæ ibi ſequitur caueant quàm ſæpiſsimè orantes ſibiipſis imprecantur dicens, Deus meus, pone illos vt Rotam ſicut ſtipulam ante faciem venti ſicut ignis, qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens mõtes, & quę ſequuntur ibi ſuper quibus nunc notandum curaui exẽplum de quodam Epiſcopo, qui pluſquàm licuiſſet erga cõiunctos ſibi ſanguine affectus erat, qui ſtatim, vt mortu⁹ eſt cuidã legato eccleſię qui iter legationis ſuę iam arripuerat: in hunc modum apparuit. Quadam enim die manè cum idẽ legatus excitatus à ſomno, vt conſueuerat, orare vellet quidam lector in ſuperficie aureis tapetis circunceptus ſubmiſſus eſt in camera vbi quieſcebat in quo ipſe defunctus reſidere videbatur ornatus ad modum pontificis. & in giro eius multi de ſuo genere per eum promoti, & ditati choreas ducebant cantilenaſq; lugubres cantantes in hunc modum ꝓclamabant maledicta ſit promotio, & exaltatio tua, tu enim es damnationis noſtrę cauſa: at ille circũquaq; reſpiciens, maledictionem ſimilem eis imprecabatur, dicens, maledicti vos à Deo: quia propter vos igni perpetuò traditus ſum, & hęc dicens coopertorium aureũ ſub quo erat, eleuauit flammaq; à tali lecto cum fumo fœtidiſsimo aſcendit: & ſic viſio illa diſparuit, quę prædicto legato, angelo ſibi referẽte, ideò fuit manifeſtata, vt & ipſe à ſimilibus abſtineret: qui defuncti ſucceſſor futurus erat. Poſt hæc quodam tempore alio quidam alius etiam epiſcopus nimis irretitus promotioni amicorum carnalium cum à graui infirmitate detineretur à medicisq; iam eſſet omnino deſtitutus tanquàm propinquus morti, & quaſi de ſalute corporis, & animæ deſperans pluribus circunſtantibus qui hęc audiuerunt dixit medici abſtulerunt mihi corpus, & amici animã, ſic & hodie multi clerici, & religioſi

nimis quàm deceat carnem ſequentes,& Dyabolum,nō autem ea,quæ ſpiritus,& Dei ſunt ea in electionib⁹ ſuis,& collationibus ſapiunt,& plus corpori quàm animæ ſoliciti ſunt prouidere.quanti enim ſunt qui bonum coquum eligunt potius,qui carnalibus voluptatibus eorum ſatisfaciat,quàm vitę honeſtę virum,qui vtilitati animarum proficiat vt ſic in bonis ducant dies ſuos,& tanquàm de perpetua illa vita deſperati in hoc ſeculo bona recipiant inſtar mali diuitis, ac ſi ſic iretur ad aſtra.

SVMMAE.

1 *Excandeſcit in eos,qui inſcijs conferunt,collationis rationem eos reddituros ait.nu.2.*

3 *Promouendos ad dignitatis eccleſiaſticos cuius ætatis eſſe oporteat,& defectus ætatis collationem vitiat.nu.5.*

4 *Executionem electionis ſuſpendi in tempus legitimum.*

6 *Epiſcoporum huius temporis vitæ genus: Chriſti abiuratio, & reliquias fructuum pauperum eſſe.*

7 *Chriſti & actionem,& inſtitutionem amplexādas eſſe:& qui Chriſtum negare dicti ſint.nu.8.*

CAP. V.

TErtius abuſus Eſt, quia plerumq;, neſcio quo malo animo monente,& alliciēte indigni,& q̄nq; hoſtes proprij chriſti ad eccleſiaſtica beneficia promouentur prouidentes magis perſonis quàm eccleſijs,& vtilitati priuatę quàm cōi,nec fiunt clerici
1 vel prelati Deo,ſed mundo †.mirari enim ſatis non poteſt de pleriſq;,q valde ſunt ſoliciti,vt eorū priuatis domib⁹ officiarios vtiles habeāt : ſed modica,aut nulla cura eſt eis,vt in domo Dei miniſtros idoneos inſtituāt:quia q̄d dolēs refero, quaſi nulla eſt hodie miniſtrorum electio:cum tn̄ qui homi-
a nibus miniſtrare habent, magno eligantur conſilio.[a] ſępè enim multominùs ſufficientes ad ſtatum clericorum aſſumūtur. & ad eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curata ſint,

a Huc uidentur pertinere text. c.ut animarum.de conſtitutio.lib. 6.&.c.ubi maius de electione.c. li.Praſim.

quàm ad ſtatum mechanicum, vel ad ſimilia officia an vera ſint quæ nunc dico, quencunq; conſtituo iudicem. Qui enim artem illam mechanicam velit exercere, neceſſum eſt tali, vt quæ ſunt illius officij ſciat, vel ea addiſcat. At in clericis hæc ſæpiſſimè ſeruari non videmus: imò paſſum omnes quantũcunq; ignari, & inſcij ſint admittuntur: nonne hoc omnino eſt ſanctæ matris noſtræ eccleſiç ſacra deſtruere concilia? nõne hoc eſt tãtorum ſanctorum patrum, ac Romanorum pontificum conſtitutionibus reſiſtere? quid agis ita promouens? quid curſu tam veloci ita ad inferna properas? cur ita illiteratos omnino ad miniſterium eccleſiæ recipis? quid enim ante Chriſti tribunal in illo tremendo iudicio, quod & angeli tremebunt, de tanto facinore es reſponſurus? ad hæc certè maledicta tempore peruentum eſt, vt & mulieribus (neſcio quibus) promotiones ad beneficia & ordines quoſcunq; ſacros pro beſtijs terrę veſtitis facilè concedantur, & ſi id modo aliquo fieri poſſet, vereor ego, ne id per eas ipſas fieri vellent. Sed ſatis eſt, quòd pro libito voluntatis hæc omnia facilè ab habentibus conferre illa antiqua maturitas in beneficijs eccleſiaſticis, & ſacris ordinibus cõferendis? vbi nunc zelus domus dei eſt? Quid eſt, qui ita confers, quod ad reddendam rationem pro inutili eccleſiæ omnino te adſtringas? & dare animam pro anima velis? tales enim meo iudicio alacres, & voluntarij ad gehennam perpetuam properant: ſiſtant gradum (quæſo) & ſibi conſulant. Quid enim talibus proderit in illo die iudicij fuiſſe epiſcopos, abbates, dignitateſq; aliâs habuiſſe in eccleſia, curam animarum, vel alia quęcunq; eccleſiaſtica beneficia vocariq; in hoc miſero ſeculo ab hominib' rabbi: animarum autem detrimentũ patiantur † à plus enim habente, plus exigetur: quod conſtat ex verbis Matthęi. 25. c. Domine quinq; talenta tradidiſti mihi &c. & Lucę. 16. de vilico diffamato apud ſuum dominum, qui inquiens illi. Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ &c. Quis alius eſt vilicus, quàm prælatus eccleſiæ potiſſimum, qui multa inter manus habet legitimè adminiſtrãda? & de his omnibus

Mulieres bñficiorũ collatrices

2

bus

bus rationem redditurus? Caueat ſibi quiſque, ſi vult: quia
quiſq; etiam ſuum onus eſt portaturus, & non ſolùm onus *Conſilium*
proprium, imò & quamplurimorum aliorum nec quis ex his
verbis noſtris ſthomachari debet cum neminem pulſemus
ſpecialiter. Ego enim omnes bonos arbittor quod ſi ita ſit
(quod faxit Deus) hæc præ oculis habeant vt in eorum ſan-
cto propoſito perſeuerent, caueantq; ne in errores & abuſus
quos diximus cadant ſub pœna damnatinnis perpetuæ, & ſi
qui tales ſint (quod abſit) putent errores ſuos corrigere quòd
ſi non fecerint multò magis eis valuiſſet animarum bruto-
rum fuiſſe paſtores, quàm animarum. Nec, qui ita promotus
eſt, maximè ad beneficia curata, & eccleſiaſticas dignitates,
a per ignorantiam[a] poterit ſe excuſare: quia proprio iaculo ſe-
ipſum confoderet quaſi allegaret turpitudinem propriam:
& ſic non audiendus. c. j. & c. inter dilectos de donat. c. cum
ſuper quæſtione de conceſſ. præben. c. ſicut de teſtib. c. nemi-
ni. 15. q. 3. c. non ſane. 14. q. 5. l. cum profitearis. C. de reuocan-
dis. dona. l. tranſactione finita: de tranſact. eodem lib. l. ſi ſer-
uus plurium. ff. de leg. j. & l. 2. ff. de condictione ob turp. cau-
ſam. cum ſimilibus. Et nedum ita ignorantes, & pueri ſimul
& quaſi tales, qui adhuc pendere deberent à maternis vberi-
bus quod in maximum ludibrium eſt ordines clericalis in cō
cilio enim cartaginenſi tempus vigintiquinq; annorum ad
ordinandos dyaconos fuit ſtatutum. c. placuit. 77. diſt in. & in
3 agaten. concilio † præsbyteris, & epiſcopis tempus triginta
annorum. & ſic, vt in ætate perfecti viri eſſent. c. epiſcopus
eadem diſt. quod ſi aliter faciant epiſcopi à collatione ordi-
num ſuſpendi debent. c. vel non eſt de temporibus ordinat.
vt in quo peccauerunt, puniantur. c. qui & humanis & c. de
viro. 12. q. 2. c. reuertimini. 16. q. j. & l. ſi fugitiui. iuncta glo. ibi
4 in verbo. amputato. ff. de ſeruis fugi. † Cardinali verò ab eo
rum executione vſque ad ætatem legitimam ſunt ſuſpenden
di. d. c. vel non eſt. & ſic licet ordinati non ſint in ætate legi-
tima nihilominùs ordines recipiunt ſed eorum executio vſq;
ad legitimam ætatem ſuſpenditur. c. ex ratione. de ætate, &

a Ignorā tia ſiue facti quia in proprio facto tollerabilis nō eſt ignorantia gl in l. error C. de iuris & fact. igno l. 3. ff e. ſiue facti toto titul. ff. eod & vide ad hoc. l. regula. ff. e. titulo. Prætextū.

5 quali. † Et ſic defectus ætatis non impedit ordinis collationem: ſed tantùm earundem vſque ad legitimam ætatem exercitium. Adde ad hoc cap. conſultationem cap. ſane. c. cum quidam de temporibus ordina. hodie tamen nihil horum inſpicitur. ſed paſſim docti, indocti, iuuenes, ſenes, & vt in ſumma agam, quicunque vult, aſſumitur: vnde certè fit (vt frequenti experientia didiſci) hoc reliquis criſticolis, maximo eſſe ſcandalo. Et ſi Petro à Chriſto promiſſa non fuiſſet fides eccleſiæ perpetua. vt Lucæ. 22. ca. vbi ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua &c. fides Petri eſt fides eccleſiæ, cuius ſummus paſtor, & caput ipſe eſt, iam ad nihilum (credo ego) propter tot abuſus redacta fuiſſet. Multa nos mentis afflictio hæc proſpiciens commouet, & contriſtatur de multis ordinatis ita pluſquàm deceret, manifeſtum eſt. Quare dicere poſſumus pleroſque etiam eſſe ita ordinantes, qui non minùs corripiendi ſunt, quàm ſic ordinati: neminem enim latet, nullos eſſe ordinatos, nec promotos niſi eſſent

Fides peti. l.

6 promouentes & ordinantes. Quid multis moror? † Sunt, vt vereor, quamplurimi epiſcoporum deum, & dominum Ieſum Chriſtum, cuius vicem gerunt, abnegantes, & terrenorum, quorum Deus venter eſt, veſtigijs inhærentes qui hæc facinora committunt pecunijs corrupti, quas recipiunt pro iſtis conferendis, quibus ita acceptis, iunctis ſtipendijs pauperumqúe retinent delicatis ferculis cum hyſtrionibus ſuam ventris implent ingluuiem, vt fœditatem, luxuriæ quæ tum in omnibus tum maximè in clericis reprehenditur, incitent: luxurioſa enim res eſt vinum: veſtimentorumqúe quotidie ſuperfluitatibus abutuntur: & de pauperibus mercedem raptam manu latrocinij deuorant fame, & frigore morientibus non curantes tales certè, ſi qui ſint, non Epiſcopi ſed Dyaboli dici debent magni eſt enim meriti ſtatus epiſcopalis ſed periculi infiniti leuiſsimum peccatum alijs importandi grauiſsimum epiſcopo imputatur quia pontificis vitium in ſubditos diffunditur per exemplū heu quid dicam? graue profecto ineſt

Epiſcopatꝰ malè adminiſtrati; periculũ.

pondus

pondus epiſcopis grauis ſarcina ſed quomodo hæc portabunt cum debiles habeant humeros? Tutiùs eſt (credite) epiſcopalem fugere ſtatum, quàm appetere. laudo certè Epiſcopatum, tanquàm vicariatum IESV CHRISTI ſed eos, qui vitam agunt militum terrenorum, qui mundi gloriam, & pompas appetunt, non collaudo: imò eis conſulo, vt effugiant quantùm poſſint, & meliùs fuiſſet talibus cum terrenis vitam agere terrenorum, quàm in pontificali culmine hæc agentes ad infima, & profundiora loca decidere. Tantò præ cęteris cruciandi, quanto præ cęteris etiam plura denaria receperunt. ideò vos prǽlati eccleſiæ quos nos omnes in ſumma reuerentia habere debemus accingimini potentia & eſtote potentes miniſtri eccleſiæ & vlteriùs nolite vos circa prædictos abuſus in conferendis beneficijs eccleſiaſticis, & ſacris ordinibus implicare quorum iam tãtam oſtendimus imbecilitatem & miſeriam eſſe quantam linga carnis dicere non ſufficeret & tamen potentiam nolite formidare iuſtitiam operando qui propter iuſtitiam, perſecutionem patitur beatus eſt, & bene tibi erit: & in hora vitæ ipſius vltima beatior pretioſa nempe in conſpectu domini eſt mors ſanctorum eius. Consilium

7 Si cupis vitam tenere in CHRISTO, noli mortem timere pro CHRISTO non enim ſperet mercedem, qui non laborat. non ſufficit ſolùm prælati nomẽ ſed opera, quæ talem decent oportet exercere fruſtra Epiſcopi ille nomen habet qui diabolùm ſequitur: vis ergo regnare cum CHRISTO, ſine fine patiaris pro CHRISTO modico tempóre ſi enim CHRISTVM dominũ & regẽ cui eſt nomen ſuper omne nomen oportuit pati vt intraret in gloriam ſuam, quam habes fiduciam te ſine labore intrare ô quàm ſtulti ſumus, & tardi corde ad credendum. Volumus hîc gaudere cũ ſeculo, quæ officij nr̃i ſunt nõ curantes, & demum regnare cum Chriſto. Vide, quomodo hoc poſſis Ille, nudus gloriam ſuam ingreditur. & tu, qui ſeruus es, ſuperfluitate veſtium auri & geminarum onuſtus intrabis? Ille ieiunijs, tu crapula, & luxuria plenus. ille in cruce pro te

moriens,tu in cubili delicatè dormiens: quod dominus non fecit,ſeruus faciet? Adhærere deo bonum eſt,& ſicut ipſe am bulauit & nos ambulare oportet ſicut Chriſtus animam ſuam pro nobis poſuit ſic & nos, ſi oporteat, pro veritate,

Chriſtus ue ritas

quæ ipſe deus eſt,animas noſtras ponere debemus. Qui amat animam ſuam in hoc mundo perdet eam. Qui Chriſto mini ſtrat,ipſum ſequatur. Nos fidem Chriſto habemus,& prædi- camus hoc verum eſt:ſed vbi opera? Fides enim ſine operi-
8 bus mortua eſt Iacobi.c.2. Vnum dicam, † qui Chriſtrum tantùm ore,& non opere laudat Chtiſtum negat qui euim credit,& facit mala centuplo puniendus eſt:quia ſeruus ſciẽs voluntatem domini & non faciens vapulabit plagis multis qui autem non cognouit vapulabit paucis Lucæ.c.12. nonne terreſtris miles ad omne ſe exponit periculum vt ſuo regi placeat quantò magis qui cœleſtis militię eſt miles,hoc face

Via regni cœlorum

re habet qui multo maiora præmia etiam ab rege ſuo Ieſu Chriſto expectat. Hæc eſt igitur via qua itur ad cœli patriã: hæc eſt enim quam quiſque in ſtatu ſuo ſeruare debet: quòd ſi fiat ignari in miniſtros eccleſiæ non aſſumentur nec ad be- neficia eccleſiaſtica. Quid enim dyabolo magis proprium eſt,quàm ſuadere,vt quiſq; indignus ad dignitates,& benefi-

Diaboli proprium.

cia eccleſiaſtica aſſumatur? Et certè tales ſolas diuitias digni tates & gloriam quærentes in dies magis ac magis deterio- res fieri videmus. vnde optimè Seneca dixit loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas &, vt Grægorius ait,neceſſe eſt vt is qui præeſt,quæ exempla ſubditis præbeat ſolerter oſtẽ- dat,& tanti ſe ſciat viuere quantis præeſſe,& idem Grægo- rius durum,inquit,quippe eſt, vt qui moderamina vitæ ſuæ tenere neſcit iudex fiat vitæ alienæ. Hodiè verò à multis

Barrabas latro inſignis

etiam religioſis in electionibus & prouiſionibus alijs, timo- re dei poſtpoſito IESVS hoc eſt bonæ vitæ vir di- gnuſque, ac Dei amicus, qui ſe, & alios ſaluare ſtu- det reprobatur & Barrabas inſignis latro hoc eſt ma- lus, indignus eligitur. Vnde talia agentes operibus iudæorum conſentiunt dicentes cum eis non hunc ſed

Barra

Barrabam: quapropter timeant tales ne longe á Ieſu ſeruatore facti partem cum barraba latrone ſortiantur. tales quippe ſic promoti magis ſunt in ruinam,& ſcandalum ſubditis,quàm in reſurrectionem,& boni exemplum.& hoc fermentum prȩlatorum totam maſſam corrũpit ſubditorum: quia,vt vulgò dici ſolet,dolente capite,cȩtera membra facilè dolent.id enim factum in multis fieri nouimus, & adhuc frequentiùs fieri videmus,de malis loquor, ideò iuſto Dei iudicio diuinis puniũtur flagellis, *Corruptio præpoſiti corruptio ſubditorũ*

SVMMAE.

1 *Pluralitas beneficiorum quid pariat:& diſpenſatione peccandi occaſionem dari.*

2 *Flagitia notans non pertimeſcat:& eccleſiæ miniſtros ſcelere obrui*

3 *Deum miſericordem eſſe.*

CAP. VI.

QVartus Eſt abuſus,& iſte eſt noſter proprius ſermo:quia vnus beneficio vnico non contentus in aliorum clericorum maximum damnum plura occupat. & alijs eſurientibus,ipſe ſe pompis,& vanitatibus inebriat. Pauperum enim neceſsitatibus ſubtrahitur, quicquid diuitum vanitatibus accedit:& multitudo ſeruorum multitudinem pauperum facit,vnde habemus communi prouerbio: Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Multa ſunt profectò damna,quȩ ex hac pluralitate benefi- *Vanitatibꝰ ebrius.*

1 ciorum ſequuntur.Primò † plura beneficia habentibꝰ paratur vagandi,& delinquendi materia,ſecundò diuinus cultus & hoſpitalitas.quȩ in ipſis beneficijs prȩſtari debet minuitur.3.eccleſiarum commodis,& honori detrahitur quȩ per hoc,vt ante oculos habemus,multipliciter collabuntur: ſed eſto tales ſuper pluralitate beneficiotum diſpenſationẽ obtinuiſſe nunquid diſpenſati videantur etiam,vt prȩdicta mala,quȩ inde ſequuntur,perpetrent? Abſit hoc dicere:nam Papa,vel quiuis alius nunquàm diſpenſat ſuper criminibus,vel delictis perpetrandis,ne anſam delinquendi prȩbeat hoc vul

gatiſsimum eſt, quę mala in ipſis plura beneficia habentibus tanta ſunt, vt ipſa ſola ad ęternam eorum damnationem ſufficiant, vbi enim vnus vt plures eſt in beneficijs vnus etiam vt plures erit in tormentis, cũ à plus habente in vltimo Dei diſtricto iudicio plus exigatur vt diximus. Hos enim referẽte ita diuo Bernardo. s̃. montem excelſum valde Diabolus ducit, quibus omnia regna mundi oſtendit, & eorum gloriã dicens, omnia hęc regna dabo vobis ſi cadentes adoraueritis me, & reuera, poſtquàm auaritiæ ſuæ conſulendo multa beneficia adepti ſunt, nequaquàm cum Chriſto domino dicentes vade ſathana. Matth. c. 4. c. eum adorant, eum colunt, & venerantur, eumq; ſequuntur ac Deum. & poſt eum meritò etiam in exteriores tenebras perpetuò demerguntur. & qđ tantum ſit periculum, tamq; timendum pluralitas ipſa beneficiorum quibuſdam exemplis ſequentibus oſtendam Gulielmus quidam ita referente Iodulpho Carthuſiano, Pariſiẽſis Epiſcopus, & theologiæ regens aliquando reliquos magiſtros conuocauit propoſita illis quęſtione pluralitatis beneficiorum, qui ſimul ſolerti, & longa diſputatione probauerunt duo beneficia, dummodo alterum reditus quindecim librarum pariſienſium habeat, ab vno ſimul ſalua conſcientia, teneri non poſſe. ita igiť à prædicto Epiſcopo, reliquiſq; magiſtris omnibus determinatum extitit duobus exceptis. ſ. magiſtro Philippo pariſienſi cancellario, & quodam alio magiſtro arnaldo. Expoſt ad epiſcopatum ambianẽſem promoto: ſed quid dicto Philippo contigerit audias, eo enim in extremis laborãte, prefatus Gulielmus Epſcopus, vt verum paſtorem decet, eum viſitauit rogauſq; vt ſingulari opinioni pluralitatis beneficiorũ cederet, & omnia ſua beneficia, vno excepto, reſignaret in manibus eccleſię quod facere tamen renuit dicens ſe velle experiri an plura beneficia ab vno obtineri eſſet dãnabile ab factũq; eſt poſteà vt morereť: nec mutata ſua opinione qui non poſt multos dies dicto Epiſcopo in terra, ac horrabili forma apparuit dicens inter cætera, ob pluralitatem beneficiorum perpetuò damnatum eſſe. & de quodam

Diaboli dolus

Suadet exẽplis beneficiorum cõgeriem effugiendam eſſe

quodam alio magnę literaturæ viro idem Iodulphus refert pui & poſt mortem ſuam cuidam apparens ob hanc ſolam cauſam:quia duas ſimul in vita ſua tenuerat præbendas ſe damnatum dixit attendat ad hæc plures Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, dignitates, ſeu curata, vel alia beneficia habens, nec quod narro putes eſſe fabulas cum id à viro fide digno habeam. Robertus quidam ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis, & in ſacra pagina magiſter. cum ſub hac pluralitate beneficiorum ab eo ſciſcitaretur, quod eſſet iam vicinus morti reſpondit tenere plura beneficia ſimul mortale, & damnabile eſſe hoc idem etiam ſanctæ memoriæ petrus cantor eccleſiæ Pariſienſis & dixit, & ſcripſit quod etiã Girardus Cameraceñ. Epiſcopus, & verbo confirmauit nollem; inquit, pro toto Arabiæ auro vnica nocte duo beneficia detinere. & hoc propter incertæ vitę diſcrimẽ. quis ergo erit ſapiens, qui ſeipſum fallat, & tacitò ſe committat periculo? Hęc enim eſt omnium communiter theologorũ opinio quem ſub pœna ęternę damnationis non poſſe duo beneficia ſimul obtinere. & ſi qui ſint qui contrarium arbitrentur hoc ſolùm tamen mortale peccatum iudicatur ab Auguſtino doctorum maximo cum quis incertitudinis periculo, aut mortalis peccati diſcimini ſe committit, quod pleriq; hodie etiam religioſi non cogitant qui eccleſias, non ſine graui animarum periculo, ſibi multiplicare ſunt ſoliciti Exponentes ſe oneri reddẽdę rationis de animabus eccleſiarum quarum decimas, & fructus percipiunt minimè conſiderantes quę de Paulo. 2. Romanorum pontifice legimus, cui quum aliquando ꝓ filio cuiuſdã regis fieret ſupplicatio, vt illi duos Epiſcopatus concederem. Hęc addens abſit, vt in eccleſia Dei ponam bigamiam, ô ſummè laudanda huius ſummi pontificis conſtantia, vtinam tales hodie inuenirentur prelati qui beneficia plura petentibus hęc reſponderent: ſed quis eſt hic, & laudabimus eum? qui certè, & laudandus eſſet, quid hîc moror? & quid tot verbis opus eſt? M. concionator videri velim? an iuris interpres? & quid noſtrum eſt, an prelati, &

Incerta vita

Concluſio theologa

alij miniſtri eccleſiæ tales ſint necne? Nonne hoc potius hominis ſuperbientis eſt? nequaquàm profectò. ſed diligentis, & charitatem exercentis in proximum quare dominus cui-
2 cunque criſtiano ſub nomine Eſayę ait † clama ne ceſſes & quaſi tuba exalta vocem tuam & annuncia populo meo ſcœlera eorum Eſayę ſuo.58.c. vera enim humilitas non eſt vitia tacendo permittere: vtinam aduerſus vitia omnis creatura clamaret quia & ſi peccator deum non timet, forſan homines reuerebitur quod Apoſtolus nos docens dicit iraſcimini & nolite peccare Epheſeorũ.4.& apud pſalmographum pſalmo.4. nonne ſi veritatem taceam⁹ metu potẽtium apud noſmetipſos iudicamus? & facti ſumus iudices cogitationũ noſtrarum? Non enim plus honorãdus eſt diues, quàm pauper niſi melior ſit. Omnes nos ex vna radice carnis geniti ſumus omnes inuicẽ membra ſumus in vno corpore caput Chriſt⁹ eſt, quantũ ad carnem loquor, nec me latet diuerſos gradus eſſe in eccleſiam vnum maiorem eſſe altero: quos quidẽ iam ſupra notauimus, & quibus nobis parendum eſt tanquã noſtris paſtoribus: ſed dum errant, quod poſſunt quia homines ſunt in eo actu peccãdi tales eſſe deſinunt eorum enim ſi qui ſunt, noſter ſermo eſt vlulent igitur miſeri qui alios confundunt, & conculcant quia non cum hominibus ſed cum dyabolis flagellabuntur, quantò enim in hoc ſeculo maior fuit gloria, tantò in inferno præparatur pœna. Si Chriſtus verax eſt, & ſi omnia quæ ex ore eius habemus mendacia non ſunt, huiuſmodi hominum pauci ſunt apti regno Dei. Et qui eorum mihi non credent. poſt modicum tempus in tormentis poſiti ſentient, vbi enim ſuperbia? vbi auaritia? vbi luxuria? nonne hodie etiam inter miniſtros eccleſiæ latrones ſunt, qui & pauperum mercedem violenter deprędantur, quia
2 quæ pauperibus debentur ipſi capiunt & ſic eos deprimunt, atque nec aut ſuperfluitantemq́ue veſtimentorum nimiæ ſuperfluitati addunt: de pauperibus frigore, & nuditate morientibus nequaquam curantes. Aedificia magna erigunt, vt magis contemplentur oculis, & pauperes in plateis moriuntur in

Humilitas uera

Veritatem timori præferendam

Corporis miſtici caput Chriſt⁹

Chriſtus uerax

a Vide in hunc locum Hieronimũ ad Fabiolã de ueſtitu ſacerdotum. Prateius

tur incommodis: conuiuia frequenter alij s præparant diuitibus vt ferculis delicatiſſimis ſuam ventris repleant ingluuiem: & pauperes fame pereunt. Quid enim talium eſt vita niſi peccata? Si venter repletus eſt tanta ciborum copia nonne ad fores eius luxuria adeſt? Et quid amplius loquar? cum omnis mortalium lingua deficeret, vt quæ milia peccatorũ perpetrant intimaret nec deum, niſi ſomniando cognoſcũt ne ſe, vt cõtinuo morituros arbitrantur. Nonne enim facilè in peccata labitur, qui ſe moriturum non cogitat? & Deum ſibi fore iudicem ignorat: verè nimis imbecilis dicendus eſt, qui harum rerum eſt memor ſi cuncta dyaboli tentamenta non caleat. Idcirco verè dicam: ſi deum iudicem agnoſcerent, & ſe mori crederent, nuſquàm peccarent tam ſecure ſaltem. At eorum meditatio eſt vt certatim veſti-
a menta[a] mira artificij varietate frequenter mittent, quin vt ludos, choreaſq́, procationes, ebrietates, magna conuiuia, delicata fercula ſuis alternatim exhibeant ſodalibus: hanc
b enim dicunt eſſe fraternitatem[b] hunc amorem fraternum dicunt & mulieres ad eorum voluptatem explendam habeant ſedi, væ miſeri: quid facitis? an non agnoſcatis ita ante tempus corpus deſtrui & animam interfici: vnde enim informitates? & mors tam intempeſtiua? niſi ex nimia ciborum copia, & frequenti mulierum vſu, ſi in hoc Galenus Auicena, Hypocrates & reliqui in arte medica periti credendi ſint, deum deludere creditis: ſed vos metipſos deluditis pro corpore obliuiſci animam & ecce corpus ſimul cum anima deſtruitis ante tempus. Quare gaudete & iocundamini in hoc tam breuiſſimo temporis ſpatio conceſſo vobis vt pòſtmodum cum dyabolis abſque fine aliquo lugeatis quid facitis? non differatis? mittetis frequentiſſimè veſtimenta: ne forte veſtra pereat nobilitas: nec ſit qui vos excedat vt in igne perpetuo priores etiam ſitis ibi voce dulciſſona cantantes, vbi conuiuia? vbi delicataq́ fercula? vbi vina pretioſa melle mixta, & aromatibus præparata? Exultamini igitur nunc, & inebriamini: non

Vita mala peccatum

a Huiuſmodi ueſtiũ genere uti Eccleſieq́; miniſtros prohibuit Roma. pontifex in. c. clerici de uit. & honeſt. cleri. in antiquis.

b Vide qd de hoc ſentiat budeus galliarũ decus priorib annotat.

Morbi origo

Exclamatio per apoſtrophen

ironia

enim poſt mortem licebit vlterius imò cum diuite illo, qui quotidie ſplendide epulabatur, in tormentis gehennalibus guttam aquæ minimam optabitis, quæ vobis negabitur agite ſolatia veſtra in luxurijs, explete voluptates, ſeminate in corruptione, vt de corruptione colligatis diuinam ſententiam quam proferet iuſtus iudex IESVS CHRISTVS in illo die iudicij dicens ite maledicti &c. Matthæi.25.& Lucæ.13.heu cor lapideum: cur hæc non formidas? cur diem illum tam tremendum non times? in quo non de luxurijs, veſtibus, ebrietatibus & comeſſationibus: ſed de quolibet verbo otioſo quantuncunque minimo, & cogitatione quantuncunque minima etiam ſis redditurus rationem domino. Cur non emendaris? cur de die in diē moraris miſer conuerti ad dominum cur te iam malorum non pœnitet? Ecce, mors properat, vt te conterat die, & noctu currens. Ecce ſathanas ille properat, vt te recipiat. Ecce vermes corpus, quod tanta nutris diligentia, ſpectant, vt illud corrodant, donec rurſus coniunctum animæ cum illa pariter pœnas habeat infinitas. dimittas, queſo, hæc caduca, & momentanea & quæras habere perpetua: nonne ſunt, qui ſe protonotarios eſſe gloriantur, & ſic ad plura beneficia diſpenſatos? tales certè gloriari etiam poſſunt iam ſi gloria dici liceat, ad plura tormenta in futurum eſſe damnatos: ſed fortè quis dicet nunc: benignus eſt dominus, qui omnē peccatorem ad ſe redeuntem recipit, & indulget? Verum quidem hoc eſſe fateor. Benignior eſt enim dominus, quàm creditur, & vnicuique parcit ad ſe redeunti: nonne benigniſſimus eſt, qui tātas tollerat nequitias à peccatoribus dās eis temporis ſpatium, vt emendentur: ſed hoc vnum noueris, quia ſicut benignus eſt nos tollerans ita iuſtus eſt vt aliquando nos puniat forſan quis hoc iterum dicet: quantuncunq; toto tempore noſtro, quo vixerimus, tranſgreſſores fuerimus diuinę voluntatis in mortis articulo accœpta pœnitentia à Deo obtinebimus veniam. heu, quàm vana ſpes, & falſa meditatio, vix ex centum mille hominibus, quorū mala ſem

Sētentia ultimi iudicij

Scœlerato rum pœnæ

Pronotarij qui

Deus miſericors

la ſemper fuit vita à creatore vnus meretur indulgentiam, certè vera concludã,qui dum ſanus eſt,& iuuenis:deũ offendere non formidat,in mortis ſuę articulo diuinã non merebitur aſſequi indulgentiam.Heu,quid dicam?tacere non poſ ſum,& loqui prohibeor:grues cœli varias tempeſtates nunciant,buboneſq; ominoſę aues hyemis grauitatem inſtantẽ luctuoſè Vllulant.& tu forſan eris ſub ſanans ſi venturi diſpendij vaticinia vera præſenſero,ideò loqui vereor,ne prohibear veritatis augur,non voluptatis.& ni fallar,tu dulces gnatones,& comedos velles,qui dulces etiam perſuſurrant illecelebras,quos imitari non poſſum,nec volo:quare quicquid veritatis in hoc cenſui & vt pluralem in beneficijs certum redderem in quanto ſit naufragiorum periculo,hæc dixi & ne vt omninò inſipiens dicat non putaram.nihil enim miniſtro eccleſiæ fœlicius,quàm pro Chriſto,& non pro lucro temporali militare non beneficia eccleſiaſtica ſibi multiplicare,quod ſummè periculoſum eſt,vt oſtendimus,& tãdem non fructibus,& redditibus ipſorum abuti malum malo addens,vt pleniùs dicemus.j.

Augurium

Miniſtri eccleſiaſtici fœlicitas

SVMMAE.

Beneficia curata perſonalem reſidentiam requirere,nec beneficiatos metu vllo excuſari.

CAP. VII.

1 QVintus abuſus eſt in ipſis beneficijs nõ reſidentia.† ſunt enim pleriq; qui in ſuis beneficijs non reſident: & fructus eorum percipientes debitum pro his laborẽ eccleſijs non impẽdunt,glorianturq; tot aureos habere in portatis:ſed timeant,ne aurei ita ab eccleſia aſſumpti eos ad inferna portent. Fruſtra enim ſe iactant ha-

bere beneficium,vel mercedem,cuius non exhibent operationem.& ſi dicas tales eſſe diſpẽſatos,vt non reſideant?nũquid enim diſpenſati videantur ſuper malis plurimis, quæ ſequuntur ex eorum abſentia,& negligentia bene certè cum eis ageretur ſi vicarium in tormentis haberent ſicut ſe excuſantes dicunt habere in beneficijs:quare enim,qui beneficia

a Induſtria is cuius induſtria electa eſt,alium ſubſtituere non poteſt uulg.l.inter artifices.ff. de ſo.not. in.l.nullus de decurio. lib.x.C.& quod in beneficijs curatis eligitur induſtria pſonæ probat tex.formal. c.quia non nulli.§.cum igitur. in prin.de cleric.non reſident. Prateius.

a eccleſiæ ita expoſtulas,in eis non reſides?cum induſtria[a] perſonæ videatur ad hoc electa.& ſi nolis,quare illa quæris?qui enim in beneficijs reſidere non vult,timere habet,ne perpetuò reſideat in tormentis.& in hoc prçlati,& curam animarum habentes plus delinquunt:quia etiam ex eorum abſentia maius ſequitur periculum pauci ſi quidem paſtores ſunt. Multi autem mercenarij:quia non lucrum animarum: ſed temporalis commodi,aut lucri,vel honoris mercedem quçrũt.quare iſtis illud Bernardi dictum optimè congruit.Peccata enim populi comedis,ac ſi propria minùs ſufficere viderentur ſumptus eccleſiaſticos te gratis habere reputas:ſed melius tibi eſſet fodere,& mendicare.quid tibi inſipiens delitiæ ſapiunt:quid diuitiæ illę cęcos delectant oculos,quibus mereris tam grauè iudicium,tam durè temetipſum obligas rationi vniuerſa certè vſq; ad quadrantem nouiſſimum exigêris.quanti enim ſunt de numero præpoſitorum,qui nõ plus vigilent in ſubditorum euacuandis marſupijs,quàm vitijs extirpandis miniſtri Chriſti ſunt,& ſeruiunt antichriſto honorati incedunt de bonis domini,qui domino vnquã honorem fecerunt.ſunt etiam qui ſuis proprijs ouibus derelictis,alijs eccleſijs deſeruiunt,& alieno prædicant populo,nec tamen putes hac ratione de negligentia ouim propriarum apud Deum excuſari:quia imò de propris ouibus adhuc rationem ſunt reddituri vſq; ad iota vnum,aliquando etiam,

Paſtores increpandi

qui in ſuis eccleſijs non reſident,dicunt id facere metu tirannorum,& rebellium,& infidelium,qui in eiſdem ſunt.hi em̃ magis,ac magis increpãdi ſunt,qui lupum videntes fugiunt, cum tamen pro eorum vtilitate,& eccleſiæ deberent potiùs reſidere quod ſacrorum conciliorum,& ſummorum pontif.

conſtitu

conſtitutionibus ſæpè deciſum eſt, de quibus ſuperiùs tetigimus.

SVMMAE.

1 *Ex beneficiorum fructibus victum parandum eſſe: reliquias pauperum eſſe.*

CAP. VIII.

SExtus Abuſus eſt: quia fructus ipſorũ beneficiorum, & bona eccleſiæ quæ patrimonium Chriſti ſunt reſq; pauperum in vſus illicitos, & ſuperfluos conuertũ
1 tur, †certum dicam quantuncunq; quis in ſuo beneficio vtilis, & bene laborans ſit iuxta officij ſui debitum quidpiam vltra victum, & veſtitum ſibi vendicare non debet, & quicquid vlterius eſt pauperum eſt, iuxta apoſtoli verbum habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus. j. ad Thimoth. 6. c. Ex illis igitur quis non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur non ſibi de bonis eccleſiæ ampla palatia fabricet, nec congreget inde loculos, non de facultatibus eccleſiæ nepotes, vel conſanguineos alios extollat nec filias, quod dici nephas eſt, nuptui tradat: ſed hodie timeo paucos admodum eſſe, qui, non quæ ſua ſunt, quęrant: non autem quę Ieſuchriſti: quia cũ munera diligant Chriſtũ diligere non poſſunt ob manum mammonę porrectam vnde quamplures clerici, & religioſi etiam bonis eccleſiæ, ſeu monaſterij abuti non verentur, & vt veri imitatores illius mali diuitis, nedum pretioſè indui quærunt, vt iam diximus non quod frigus expellat: ſed quod ſuperbire faciat, imò & quotidie ſpendidè epulari volunt ſumptibus crucifixi. hi eni non cogitant, quod quantùm ſe glorificauerunt, & fuerunt in delicijs: tantùm tormenta, & luctus habebũt. vtinam, qui mercenarij ſunt, & pſeudo paſtores, hæc attenderẽt, qui plus de ſeipſis etiam ſanis, quàm de ſuis ſubditis, quantuncunq; infirmitate animæ, vel corporis laborantibus, curam habent nec eſt igitur, quòd mirandum ſit, ſi tales diris caſtigentur flagellis, quæ & ſi ſuſtineant adhuc non curant: ſed faxit

Epulari ſũptibus crucifici

Deus vt hæc ſapiant,& intelligant,ac nouiſsima prouideãt quia hæc ſolùm initia dolorum ſunt.

ARGVMENTVM

Eccleſiæ miniſtros laicis,quibus verbo morumq; probitate & prudentia præeſſe debent, cupiditate cæca offenſionem adferunt.

SVMMAE.

1 *Cupiditatem effugiendam eſſe,eius incommoda.nu.2.*
3 *Cupiditas quid indicet,aut pariat.*
4 *Clerico auidius nihil.*
5 *Clerici verbo,exemploq; laicos doceant.*
6 *Humanum genus inſiliunt cacodemones.*
7 *Feſtos dies comeſſationibus profanari.& cuiq; animantium vitia propria,& velut innata.nu.8.*
9 *Clericum flagitioſum moſtrum eſſe.*
10 *Animæ ad mortem præparatio.*
11 *Chriſti opt.maxi.beneficia in clericos & ſacra ſcriptura quo modo interpretanda ſit.nu.12.*
13 *Immundus immundum non purgat.*
14 *Clericum laici oculum eſſe.*
15 *Clerici cur ſal terræ,& mundi oculi ſint.*
16 *Exempla magis mouere.*

CAP. IX.

1 SEptimus Abuſ.† eſt curioſitas à qua veluti à venenoſo ſerpente lib.omnibus Chriſto famulantibus eſt abſtinendum.Curioſè enim viuere huius ſeculi magnum eſt ornamentum.Blaſphemia autem apud Deum vitium curioſitatis crede magnum eſt,qđ

Curioſitas.

2 ex incommodis,quæ inde ſequuntur,dignoſces.† Primum eſt igitur temporis amiſsio multò plus enim temporis curioſus occupat,quàm expediret nihil enim,hoc omnibus planum eſt,pretioſius eſt,temopre.Secundum quia cauſam ſuperbiendi inducit.Tertium animum retrahit:nam referente Gregorio tantò quis à ſuperiore amore diſiungitur quantò

Tẽpus pretioſum

inferius

inferius delectatur Quartum,concupiſcentiam & volupta-
tem oculorū inducit quid enim vlterius curioſus facit quã
vt vide oculi paſcantur? Quintum quia quampluriun alio-
rum eſt ruina & laqueus Vide igitur quantos vitiorum ra- *Vitiorum rami*
mos fetediſsima illa radix curioſitatis emittat vnum eſt ad:
huc & omnibus alijs maius, quod ex curioſitate ſequitur
3 † quia illa eſt,quæ omnino contrariatur paupertati & addo
adhuc eã leuis ac vani & inconſtantis animi eſſe indicium
& in corde ſignum latẽtis ſuperbiæ quo certè morbo curio-
ſitatis paſſim,& clerici,& religioſi laborant· ſunt enim ple-
riq; eorum antiquorum patrum ſimplicitate & humanitate
& relicta & cõtempta penè nouitates quaſdã ſeculares adin
uenerunt diabolumq; adulterantem cum ſuis ſatellitibus
in religionem introducentes vnde filij religionis veri & legi
timi non videtur potiùs adulteri quia à ſanctorum patrum
inſtitutis degenerantes adulterinas quaſdã nouitates ac cu-
rioſitates adinueniunt & quales ſunt talia operantur quare
de his id vulgare dicam qualis erat mulier tali coquebar ho-
leis.¶ Satis igitur oſtendimus nunc in quanto ſit hodie ſta- *miniſtrorũ*
tus clericorum & monachorum periculo & quanta per eos *eccleſiæ of*
oriantur ſcandala quantaſq; perſecutiones per eos patiatur *fenſiones.*
eccleſia nunquid tales verè eccleſiam dei perſequuntur, qui
4 vitijs & exemplis malis perſequũtur? † Quis enim(obſtare)
laicorum auidius clericis acquirit temporalia, & ineptiuis
acquiſitis abutatur & cum hanc tractãt cupiditatem in ſu-
pellet tibi clericorum laici videant ab eis plus immutanẽ vt
5 mundum potius diligãt quam negligant † *Si* igitur prædi-
cant,mundum contempnendum,ipſi priùs contempnant &
demum aliquis efficaciùs imutabuntur:aliâs iure optimo il
lis dici poterit medice cura te ipſum.Deut.voci eorum vo-
cem virtutis cõſonet vita verbis:& ſtatim in ore eorum erit
ſermo dei viuax,& efficax,& penetrabilior omni gladio an
cipiti & ſic non fit modò ſed ſicut populus,ſic ſacerdos: ſi- *Verbũ de*
cut laicus,ſic & clericus & talis iſte qualis ille eſt quomodo *gladiũs an-*
enim qui ſeculares ſunt, non expendent ſubſtantiam ſuam *ceps.*

viuendo luxurioſè etiam in conſpectu ſacerdotum quomo-
do intenti non erunt vanitatibus & lenocinijs huius ſeculi?
quomodo elati non erunt & inſolentes.cum tantam vide-
ant & laicorum inſolentiam?nonne tales ſua voce maledi-
xit dominus Math.18.cap.inquiens væ homini illi per quem
ſcandalū venit &c.Quid vlterius dicam? Nonne ipſi clerici
Lapis ſanctuarius in præſentia laicorum irreuerenter abutuntur eleemoſynis
pauperum?nonne ceſſant de patrimonio CHRISTI reæ
dificare eccleſias facere codices.Sed quid? pellices paſcunt,
canes impingant,adornant equos,& verè in capitibus platea
rum omniū diſperſi ſunt lapides ſanctuarij platæ latæ ſunt
& lata eſt via,qui ad mortem ducit lapides igitur ſanctuarij
5 hoc eſt † ſacerdotes ſunt in capitibus idem introitu latarū
viarum,docentes populum ingredi viam latam quæ ad mor
tem ducit potius exemplis,& iniquis.Dolor enim capitis fa
cile in membra redundat.Meritò igitur hodie clamat eccle-
6 ſiá ecce in pace amaritudo mea amariſsima † Eſaię.38.multis
enim, & varijs modis diabolus perſecutus eſt eccleſiam:ſed
nunquàm grauiùs, quàm nunc:quia nunquàm etiam fuit
maior CHRISTIANORVM perditio,nec liberior,
& ſecurior tranſgreſsio diuinorum perceptorum primiti-
uam enim eccceleſiam perſecutus eſt per tyrannos: demum
illam proficientem per hæreticos iam florentem verò & ra-
dicatam per motus clericorum illicitos perſequitur vnum
iſtis ſubiungò exemplum. ¶ Quum aliquando quædam epi-
ſcoporum celebraretur ſynodus vnus clericorum qui in ea
ſynodo aderat ſermonem ad clerum vt moris eſt (,habere
compulſus eſt,anguſtiabat & ipſe,quæ poſſet coram tot ec-
cleſiæ prælatis dignè prædicare. Ad vbi acceſſurus proſtra-
tus orando iaceret apparuit ei diabolus dicens quid angu-
ſtiaris his clericis prædicare hoc ſolùm vnum illis dicas in-
ferni principes ſalutant principes eccleſiæ & læti nos omnes
& eis referimus quia ob eorum negligentiam ad nos fere to
tus mundus deuoluitur quia & prælati,& ſubditi eorum pa
riter nobis referuntur inuitus quidem hæc dixi altiſsimi iuſ-

ſione

ſione coactus quàm veriſsima ſint hæc hodie ſtatus eccleſiæ monſtrat,qui nullam trium illorum facinorum quæ apud mundi hies ſunt ſuperbiæ,auariciæ & luxuriæ in CHRISTI miniſtris recipit comparationem conſidere magnos reges,vide potentes duces, comites,baroneſq;: nihil hercle in eorum cultu,& apparatu videbis tam exquiſitum,tanq; copioſum eorum auariciam ſi in ſpicias.nullum mercatorum talem reperies,qui tamen ſi legitimos hæredes haberen tollerabitur.inſtātia videretur quantùm verò ab eorum luxuriam nil diffinio niſi quod illam ſolus nouit qui rerum & cordium ſcrutator eſt,deus,à qua certè luxuria eos reuocare deberent exempla quorundam clericorum quæ hîc ſubijcio Quoſdam non ego qui ſubito & improuiſo in latrina & fetore vitam ſuam terminarunt & quoſdam à venatione redeuntes & poſt expletam ſitim luxuriam inter prandendū ſpiraſſe.& ſi de gula quæras(quæ vt prædixi ſæpe fomentum luxu

Cordiū cognitor Deus

ſceleratorū finis & interitus

7 riæ eſt.† Populus enim ſemel animatum carniſpriuium facit carnib⁹ ſe ingurgitans ad clerus quotidie feſtis etiā dieb⁹ delicatius ac ſi aliter diem feſtum non arbitrarent niſi has cōmeſſationes exercerent & ſic tales dies ſacros profanant ita vt nil dies feſtus chriſtianorum hodie ſit niſi ebrietas & ingluuies hęc ſunt optima exempla,quæ clerici laicis oſten-

8 dunt† vnde Hieronymus cū ſuperbia propria ſi demonib⁹,

9 & mulieribus luxuria pecudibus auaritia mercatorib⁹.† Ex his tribus monſtrū factū eſt quod eſt malus clericus & ſi qs hæc ſcribēti mihi iraſcitur qualis de ſeipſo quod huiuſmodi ſit cōfitef multi eñ ſunt q īdigne ferāt cū veritas eis ꝓponit ad qui neminē ꝓprio ſermone tango:ſed ſi qui tales ſint vitā eorū in meliùs reformare putent expurgantes vetus fermentū vt noua cōſperſio eſſe poſſint iuxta verba apl'i.1.Corin.5.c.boni verò in eorū ſancto & laudabili ꝓpoſito perſeuerāt nil eñ eſt incipere niſi pficim⁹ & q pſeuerauerit vſq;

Mulierum & a codemonum ſuperbia

Vetus fermentum

10 in finē hîc ſalu⁹ erit Mat.10.c.† O quā felix eſt is,qui nouiſſimas prouidet qui ſibi à peccatis cauet,qui ſe quotidie ad illā incertā mortis horam præparat,& diſponit vt quādo iuſſu

Dei anima corpus relinquet parata omnibus ſibi à domino
propoſitis quæſtionibus reſpondere inueniatur gaudenterq;
ipſam mortem recipiat quaſi qui liberatoris ſui deſiderat ad
uentum dicẽs cum apoſtolo,cupio diſſolui & eſſe cum Chri
ſto ad Philipen.j.c.quæ verba tranſcripta ſunt in.c. ſi .7. q.j.
&.c.qui vult de pœnit.diſt.2.vbi enim inuenient',ibi iudica-
Suijpſius probatio bimur ait Auguſtinus, & quandiu eſt locus veniæ quiſq; ſe-
ipſum probet vel epiſcopus,vel abbas,vel preſbyter,aut qui
uis miniſter eccleſiæ alius ſit & intra ſe colligat,quos fructus
11 in miniſterio ſui officij fecerit. † Videantq; omnes, quanti
eos fecerit Chriſtus, & quantis honoribus eos condemnaue
rit ipſe enim tanta fecit prælatis eccleſiæ,ac alijs in ea benefi
cium obtinentibus necnon reliquis eccleſiæ miniſtris vt eos
ſali luci ciuitati & lucernę comparauerit eis ita inquiens,vos
eſtis ſal terræ,vos eſtis lux mundi,vos eſtis ciuitas ſupra mõ-
tem poſita deniq; vos eſtis lucerna ſuper candelabrum,Mat
thæi.5.c.& adhuc de ſale habetur Marci.9.& Lucæ.14.ait igi
tur vos eſtis ſal terræ &c.hoc eſt eſſe debetis ſal humanæ na-
12 turæ, quæ per vos ſapientia verbi condiri debet: † maximè
enim ſal in ſcripturis ſacris diſcretionem ſignificat quæ in
prælatis & alijs viris eccleſiaſticis eſſe debet & qua etiam de
bent opera ſubditorum ſic condiri, & dirigi,vt coram Deo
ſapida reddãtur ad inſtar cibariorum,quæ ſale condita ſunt.
13 † Quod ſi ſal euanuerit.i.ſi prælatus aut eccleſiaſticus defece
rit,quominus ſubditos verbo, & exemplo doceat in quo ſa-
lietur hoc eſt infirmus populus, per quem confirmabitur:
ſicut quis miſerebitur, & medebitur incantatori à ſerpente
percuſſo eccleſiaſtici.12.vel ab immundo quis mundabitur.
34.cap.ibi,aut etiam dicitur euaneſcere per eorum inanem
gloriam Oſæ.10.cap Tranſire fecit ſamaria regem ſuum qua-
Sal euaneſcens ſi ſpumam ſuper faciem aquæ, quæ cito per ventum euane-
ſcit. Vel etiam errando à veritate euaneſcere dicitur vt hære
tici ſapien.5.c.à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit: ſi
igitur ſal ita euanuerit ad nihilum valebit vltra niſi vt mitta
tur foras excludendo eum,ſcilicet è ſuo officio & ab eccleſia
per

per excommunicationem ſi publicus peccator eſt, vel hæreticus & conculcetur ab hominibus.i.ſimul cum ſubditis calcetur & in profundo inferni ſtultus omnes alios ſuos ſubditos demergat Malachiæ.4.capit. Calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum:nonne dux, qui præcedit prius cadit, & alij demum illum deprimunt & ſic in mundo iam conculcatur per derriſionem ab angelis in iudicio per ſeparationem & à demonibus in inferno per afflictionem

14 nem † dicuntur præterea prælati ipſi & reliqui miniſtri eccleſię lux mundi,id eſt hominum:qui in mũdo ſunt propter doctrinę verbum cum doctrina ignorantes ſuper his, quæ credere habent,& facere,illuminare debeant & ſicut ſol & luna oculos corporis illuminant ſic & ipſi oculos mentis aliorum illuminare habent: prius tamen eſt bene viuendum, quàm bene docendum.Quapropter poſtquàm eos ſal terræ priùs dixit ſanctè viuendo,ſcilicet addit ex poſt leos eſſe lu- *Prælatorũ officia*

15 cem mundi,in peccati tenebris exiſtentes illuminando.† Debet igitur eſſe eccleſiaſticus ſal bene viuendo lux autem bene docendo ſal in exemplis & lux in doctrinis rectus quippe eſt ordo iſte bene viuere priùs: & demum bene docere hoc enim exemplum iam â ſeruatore noſtro fuit nobis relictum qui facere priùs incœpit:& poſteà docere ſubſequitur poſt ſalis condimentum,& lucis radium ciuitatis protectio, & lucernæ illuminatio quaſi prælati ſe abſcondere non debeant, neque lucernam domini verbi ſub modio & occultatione humani timoris ponere ſed tanquã ciuitas monte poſita eſſe debent vt iniuſte oppreſſis refugium ſint,& vt lucerna ſuper candelabrum poſita per ſanctę vitę exemplum his qui in vitiorum tenebris ſunt luceant.Quod opere & ſermone id facere debent non enim dixit Chriſtus, vt audientes veſtrum ſermonem bonum:ſed dixit vt videntes veſtra opera bona *Peccati tenebræ* *Lucerna uerbũ Dei*

16 glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.† Plus enim bene operando quis prodeſt, quàm docendo & plus mouent exempla quâm verba quia maior ſplendor eſt operis quàm ſermonis: docere enim voce & non opere quædam vanitas

eſt & parum prodeſt:ſunt enim quidam qui male viuunt & bene docen: hi enim phariſeos imitantur & tales non ſolum nihil lucri adferunt,imò & damni plurimùm. Vnde Grægorius,cuius vita deſpicitur reſtat vt eius prędicatio cõtempnatur. Quidam alij ſunt qui bene & docent & viuunt, tales enim prælati eſſe debent de quibus apud Matth. 5. cap. qui autem fecerit & docuerit is magnus vocabitur in regno cœlorum &c.quia,vt à Chriſoſtomo habemus,per verba Philoſophari facilè eſt per opera verò generoſi cuiuſdam& magni eſt demonſtratio: ſed ſatis hucuſq; de abuſibus qui à viros eccleſiaſticis cuiuſcunq; officij ſint & in ipſis beneficijs committuntur dixerimus.

philoſopha ri diuerſi mode

SVMMAE

1 *Commendas ſine iuſta cauſſa concedi non debere:& ea quæ ſit.*
2 *Prælatorum ſtudium,& cura.*
3 *Incorrectione præpoſitorum ſubditos improbos ac exleges effici.*
4 *Commendas ab Innocentio. vj. reuocatas, reſeruationeſque ſuſpenſas fuiſſe.*
5 *Collegium diui Martialis Toloſæ à quo conſtructum & dotatum.*
6 *Diſpenſationis origo & definitio:an,à quibus,quãdo & qua de cauſſa ea fiat.*
7 *Tria in diſpenſatione neceſſaria:eam tamen iuri poſitiuo aduerſari: Papamq;ſupra ius poſitiuum diſpenſare poſſe.nu.8.& 10.*
9 *Promouendorum ad ſacros ordines ætates.*

CAP. X.

AT nunc Ad priorem locum redeo, in quo pluralitatem beneficiorum nec à ſcripturis ſacris nec à ſanctis canonibus receptam dicebamus [a] imò animabus ſummè periculoſam niſi in prędictis caſibus cum diſpenſatione qui tamen hodie ceſſant & vix aut nullo modo

a Supra.c. j.eod.libro nume.1. & 2. & ad id redit un de digreſſus fuit ſuperius.c.2. hoc ipſo titulo Pratcius.

modo reperitur hodie caſus ſuper quo debeat diſpenſari, vt
1 nate dixi iam.† Proinde & commendæ beneficiorum etiam
ſine iuſta cauſa, quę eſt vtilitatis, vel neceſſitatis eccleſię, fieri
non debet. c. nemo de elec. in. 6. non autē pro libito volunta-
tis & cum regularia regularibus debeātur, qui regulā & ſciāt
& ſeruent talia igitur beneficia ad vſus ſecularium qui di-
ſciplinę regularis omnino imperiti ſunt, transferri non de-
bent clemen. contingit. circa princ. de relig. domib. & c. poſ-
ſeſſiones. de reb. eccle. non alie. facit tex. in. l. j. cum ibi nota.
ff. de admi. rerum ad ciuita. pertinen. ſed hodie tantæ pallia-
tiones fiunt in commendandis ipſis beneficijs vt nihil ſupra:
ſed caueant, ſi velint, in foro cōſcientiæ cōmendantes & cō-
mendatarij ne hoc agentes iam eorum animā commendent
demonibus: crederem ego ratione harum cōmendarum tot
abuſus viguiſſe in eccleſia tantaſq; hęreſes pullulaſſe, nonne
his tēporibus paſſim ſecularib⁹ abbatias cōmendare, cū in ti
tulū eas habere non poſſint? & cū tres, aut quatuor, vel q̄nq;
plures abbatias, aut quaſuis alias dignitates regulares venati
2 ſunt.† Non putes eos quærere, quid habeat regula monaſte-
rij, quā ſcire ac primi ſeruare tenent. Sed quid? diligēter quæ
runt, q̄nti ſint prouētus, & reditus annui abbatiarum tan-
quàm verè mercennarij, vt certè etiam ſunt, & non paſtores
quærentes lanam, & lac: & nihil de oue curantes. Vnde fit, vt
hodie abbatum, & aliorum eccleſiæ prælatorum ceſſent cor
rectiones in maximum monachorum, & aliorū ſubditorum
periculum totiuſquè chriſtianiſmi maximum ſcandalum.
Quiſq; enim his diebus ſuo ſenſu ducitur nullus regulis vel
conſtitutionibus ſubijcitur imò ſæpe religioſi & clerici, pro
prijs relictis monaſterijs, & eccleſijs, toto orbe vagantur qd
3 eſt in totius cleri maximum opprobrium.† Vnde hoc putes
eſſe, niſi quia à ſuis prælatis non corriguntur? Quum pluri-
mi eorum ſint, qui adhuc maiori morbo laborent. Quare, vt
iam dixi, capite languente, facilè & cœtera membra langui-
da ſunt. Fruſtra enim inhiberetur inferioribus, ſi is, qui alijs
omnium bonorum & virtutum exemplar eſſe debet, non ab

Chriſtianiſmus

ſtineret:vnde leo Papa in cap. nos ſi incompetenter. 2. q.9.ſi nos,qui aliena corrigere debemus vitia, peiora committamus: certè non veritatis diſcipuli ſed, quod dolentes dicimus,præ cęteris erimus erroris magiſtri. Nam quod à prælatis agitur facilè à ſubditis trahitur in exemplum cap.cum quidam.de iureiuran.cap.magnæ. de voto & vo. redemptio. cap.qualiter in.2.de accuſatio.& cap.nemo.89.diſtinctio. infirmo enim paſtore grex inſidiatoris dentibus laniandus exponitur cap.quanuis.7.q.j.ideò luceant prælati bonis operibus vt voluit CHRISTVS in dicto Matthæi. 5. cap. quæ verba habentur etiam in cap.quoniam vetus.24.quęſt. j.& cap. ſacerdotes. 93. diſtinctio. Certò ſcias, prælatos qui ſuos non corrigunt ſubditos, vel etiam malum exemplum eis tribuunt,grauiter deũ offendere cap.cõſideret.§.animaduertere.de pœniten.diſtinctio.5.& grauiùs puniri etiam ca. præcipuè.vndecima quæſtion.tertia quia potentes vt iam dixi potentiora patientur tormenta cap. illud. 8. quæſtio.j. integritas enim præſidentium ſalus dignoſcitur eſſe inferiorum cap.miramur.61.diſtinctio. demiſſo nunc omni fauore carnali, vt ad rem veniam, quæ dixi an vera ſint quiſqu; cogitet: vnde venerandæ memoriæ Summus pont. Innocentius ſextus, qui patria lemouicus erat & Stephanus anteà dictus, vtriuſque iuris ciuilis & canonici doctor eminentiſſimus etſi ex obſcuro genere natus procurator primò mox Epiſcopus claromontenſis deinde cardinalis Pontifex tandem ſummus creatus anno à redemptione no-
4 ſtra milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſecundo,† qui inter multa præclara, quæ, eo ad pontificatum ſuſcepto, egit omnes commendas reuocauit. vt patet in extrauag. eiuſdem quę incipit paſtoris &c. vbi enumerat incommoda quæ ex ipſis commendis proueniunt, licet illam hodie inter alias communes inter habeamus fuit certis is pontifex ſummus integerrumę vitæ (ſi platinæ credamus potiſſimùm) magnæqúe conſtantiæ, & ſeueritatis, qui beneficia eccleſiaſtica non niſi probatiſſimis ſacerdotibus tum vita
tum do

tum doctrina dedit.Is enim poſtquàm infulas pontificales ſuſcœpit reſeruationes à Clemente ſuo anteceſſore factas ſuſpendit,voluitq; ſtatim,vt prælati omnes reliquique, cui eccleſiaſtica beneficia habebant,ad ſuas eccleſias ſub anathematicis pœna proficiſcerent.Dicebat enim oues paſcendas â proprio paſtore,non à mercenario cuſtodiri debere impenſam quoque domeſticam, quæ magna erat, innuit, & familiam ſuam ad certam redigens numerum, nec domi voluit gnatones,lenones, vel ſimiles ſed viros probatiſſimos.idem,vt facerent cardinales,acerrimo edicto mandauit dicens ſuam,ac omnium eccleſiaſticorum vitam cęteris exemplo eſſe debere ad imitationem ſeruatoris noſtri,cuius vita ad inſtitutionem totius humani Chriſtus erat.Prętereà & ſacri palatij auditorum ſalaria inſtituit,ne muneribus corrumpi in decernendis litibus ob inopiam poſſent: dicebat enim famelicos non facilè etiam ab alieno cibo abſtinere ſi ſit oblata quouiſmodo edēdi facultas.in victu parcus eſt habitus in ſumptu verò bellico largiſsimus dū repetebat,quæ à tyrannis eccleſiæ ſuperioribus temporibus violenter occupata fuerant.tentis fuit igitur præfatus ſummus pontifex dotatus virtutibus compluribuſq; alijs,quas omnes retexere opus noſtrum in immenſum excederet.† Hanc tamen vnam non relinquam quòd illius tam magnifici, ac triumphātis collegij diui martialis Toloſæ fundator fuerit digniſſimus ipſum mirificè conſtruendo dotando,& magnis priuilegijs adornando à quo tanti tanq; cōſummati viri officijs conſummati viri officijs regijs & alijs illuſtratus in lucē ꝓditi ſunt quos referre integer dies non ſufficeret:cuius tam venerabilis.Collegij fui,& ego collega immeritus.ſed quantùm negotium noſtram tangit cōmendę,vt dixi,beneficiorū à.d.Inn.6.abrogatę fuerunt.Simile fecit etiam Clemēs.v.nationis noſtrę Vaſconię,& prouinciæ Burdegalenſis in ſua extrauagāte,quę incipit & ſupernè &c.in cōibus.Hęc autem dixerim,& ſufficiant quantùm ad pluralitatē beneficiorum, & diſpenſationes,quæ ſub eiſdem fieri ſolēt.de cōmendis ve

¶ Chriſti actio inſtitutio noſtra

Rethorica occupatio

io.Nico.collega.col.S. Martialis.

clemens quītus uaſco

6 rò iam ſatis etiam.ſ.meminimus.quid autē † diſpēſaſio ſit vnde originem habeat:quare fiat & qualiter,& qñ Papa, qñ delegatus,qñ Epi,& qñ Abbates,& principes diſpēſare valeant,& in quibus vide vſq; ad animi ſaturitatem vltra quā dixerimus per Gulielmum durandi in titulo de diſpenſatione à principio tituli,vſq; ad eius finem in ſuo Speculo. Vnū tamen ſuper his non omitto,quòd adhuc in hac materia diſpenſationum ſummè neceſſarium putaui: qualiter in quacunq; diſpenſatione,quæ fit ab habente poteſtatem diſpen-
7 ſandi:† is,qui ita diſpenſat,ad tria potiſsimùm inſpicere habet.Primò quid liceat.ſecundum æquitatem.ſecundò quid deceat,ſecundum honeſtatem.tertiò quid expediat.ſecundū neceſsitatem,vel vtilitatem.c.magnæ.§.& quidem tria de voto,& voti redemptione vnde Henricus Boyc. optimè in.c. cum ad monaſterium.de ſtatu monachorum.dixit diſpenſa-
8 tionem Papæ,quæ contra ius poſitiuum fit & fundatum aliqua ratione naturali,vt ſi Papa cùm omninò indigno diſpenſaret ad beneficium eccleſiaſticum obtinendum,& ſic cōtra.c.nihil eſt.de elect.&.c.graue.de præben.&.c. indecorū. de ætate,& qualitate.non excuſat.quoad eccleſiam militantem facta abſq; cauſa.& hoc ꝓpter verbum cū ratio poſtulauerit.de quo in illo.c.de multa.idem tenet dictus Boyc. in.c.propoſuit.de conceſſ.præbend.& Panormitanus in.c. non eſt.&.c.à nobis.de decimis .quod ſatis etiam colligi poteſt ex principio dictæ extrauagantis execrabilis.aliter tamē eſt in diſpenſatione,quæ contra ius poſitiuum volūtarium fit non fundatum ſuper aliqua ratione naturali, puta ſi cū maiore viginti trium annorum diſpenſetur,qui tamen nōdum vigeſimum quartum compleuerat:vt ad ſacerdotium valeat promoueri,& ſic contra clemen.generali de ætate,& qualitate quæ quidem ætatem ſacrorum ordinum determi-
9 nans dicit ætatem † ſubdyaconi eſſe decem & octo annorum dyaconi viginti & pręsbyteri vigintiquinq; Canones antiquos in hoc corrigens,vt tota illa diſtinct.78.&.77.&.c. de his.18.diſtinctio.quibus illis iuribus deciditur ſubdyaconum æta

ius poſitiuū naturali ratione initi

num ætatis viginti annorum eſſe debere dyaconum viginti quinq;, præsbyterum verò triginta: quia anni completi eſſe debebant hodie verò per prædictam clemen. ſatis eſt: quod annum vltimum ad hoc requiſitum incohauerint ponderans dictionem in, de qua ibi. & hoc incidenter dixerim quantùm ad prædictam diſpenſationem credit illo caſu dictus Boyc. veram eſſe Innocentij opinionem, qui in dicto.c.cum ad monaſterium.tenet. † Papam diſpenſare poſſe ſupra ius poſitiuum quod perpetuò menti tenendum eſt in hac materia diſpenſationum.

FI N I S.

DE GRATIIS EXPECTATIVIS TITVLVS IIII.

*

ARGVMENTVM.

Licet ad futura beneficia gratia fieri non poſsit: Mandato nihiloſecius apoſtolico, & nominatione id fieri poſſe recœptum eſt, & mandatariorum concurrentium vter alteri præferri debeat.

SVMMAE.

1 *Prouiſionem ad futura beneficia non valere. Extendit ad pacta futuræ ſucceſsionis nu.2.3.50.& .64. Nec gratiam expectatiuam concedendam. nu.59. Rationem adfert. à nu.3. vſq; ad nu.9. & nu. 18.*

4 *Lites minuendas eſſe.*

5 *Præcepta Dei ex quibus conſtent.*

10 *Literas imbibant iuueneſq;, ſeneſq;. & quibus ſit inuigilandum. nu.11.*

12 *Bonos mores literis prædiſcendos. & quæ literarum ſtudio neceſſaria. numero.13.*

14 *Euagari quibus incommodum,& qui euagatu notandi ſint.nu.16. eorum pœnæ.nu.18.*

15 *Exclamatio in corruptas virgines.*

17 *Monachorum quæ libido.*

19 *Collationem iuriſditionis eſſe ex ſententia Panor.contra Io.and.cuius rei ratio nu.26.& id quomodo accipiendum.nu.27.&.28.*

20 *Eam tamen iure communi ad Epiſcopum pertinere.*

21 *Quæ ſint iuriſditionis,qui huius fructus nu.22.& hi,mortuo prælato, cui debeantur.n.23.& à quo tempore ad prælatū pertineant.n.24.*

25 *Prælatum vſuifructuario æquiparari.*

26 *Fructus ſucceſſori futuro reſeruandos.*

29 *Clericos iure duplici bona poſſidere.*

30 *Bona eccleſiæ in quot diſtribuenda.*

31 *Aurum eccleſiaſticum.& in quo conſiſtat.nu.32.nec eo abutendum eſſe.numero.3.*

34 *Eccleſia quid quotuplex & quis eius conditor.& cur varia habuerit initia.nu.42.*

35 *Templum eiuſdemq́; primus conditor Moſes.*

36 *Eccleſiæ Chriſti perſecutiones quandiu ingruerint.*

37 *Apoſtolorum ſinguli quibus populis verbum Dei nunciauerint.& à Chriſti paſſione templorum conſecrationes.nu.38.39.40.&.41.*

42 *Bona clericorum varie tranſmitti pro diuerſitate adquiſitionis.nu.42.*

44 *Intellectus varij ad.c.j.de præbend.& dignitatibus.& in beneficio eccleſiatico ſucceſſioni locum non eſſe.*

45 *Appellatione populi & clerum non venire.*

46 *Conſanguineis eccleſiaſtica beneficia conferenda non eſſe.*

47 *Collationis ius tranſmitti non poſſe quod extendit.nu.48.&.49.*

51 *Publica commoda priuatis præferenda,& à quibus.*

52 *Contrariarum aliquot legum conciliatio,& intellectus,& parentibus potius,quàm patriæ parendumúe ſit.*

53 *Clericorum appellatione ſacerdotes non venire quomodo accipiendum. Limitat.nu.54.*

55 *Beneficij appellatio quæ contineat.*

56 *Doctorum appellatione qui veniant.eorum inſignia.nu.57.& priuilegia.58.*

Benefici

60 *Beneficia vacare pluribus modis,quàm morte.&.62.&.63.*
61 *Pluralitate beneficiorum priuatus agi ad id quod intereſt,poſſe vel eius hæres.*
65 *Decretal.accedens.de conceſ.præbẽ.in antiquis correctæ cauſa.Ampliat.nu.66.*

CAP. I.

SEd nunc Ordine congruo de gratijs expectatiuis quę ad beneficia obtinẽda concedũtur,videndũ eſt quare,vt faciliori via ad hanc materiã accedamus hanc facio regulã *Promiſſio quæ datur, vel promiſſio quæ ſub primo beneficio vacaturo ſit non valet.*

1 ¶ † Hanc regulam firmat tex.in.c.ij.de conceſſ.præben.vbi ex concilio lateranẽ.nulla eccleſiaſtica miniſteria,ſeu beneficia tribui debent alicui,ſeu promitti priuſquã vacent.hanc ſubiungens rationem ne quis mortẽ proximi optari videat. & in cuius locum & beneficiũ ſe crediderit ſucceſſurum quã præfati cõcilij ordinationem Alexander tertius Roma.pon. approbauit.in.c.relatum.ei.ti.itidem fecit Inn.tertius.in.c. ex tenore.e.t.& quod dictum lateranenſe concilium ita conſtituerit hæ poſſunt eſſe ratiões.Prima aperta eſt ne,vt dixi, votum captandæ mortis inducat.d.c.ij.de conceſſ.pręben. quod fieri non debet cum id ſaluti animarum graue adferat præiudicium.d.c.ex tenore.c.deteſtanda.&.c.ne captandæ. *Lateranẽſe concilium.*
2 de conceſſ.præben.in.6.† & ſic nulla obligatio ex tali ꝓmiſſione contrahitur cum contra ius ſit:quare fit etiam vt pactum de futura ſucceſsione non valeat.l.ex eo inſtrumento. C.de inutil.ſtipul.&.l.vltima.C.de pactis.cum ſimil.eodem modo etiam non tenet promiſsio de præbenda,ſeu alio beneficio non vacante,& ſi de conſenſu illius,qui eam habet talis promiſſio fiat.c.quod autem.in fi.de iure patronatus.

4 ¶ † Secunda † ratio quia lites innumeræ & cõtentiones per has gratias expectatiuas excitantur ad quas finiendas bonus iudex elaborare debet.c.finem litibus de dolo.& contuma. &.c.2.de ſententia,& re iudic.addo tex.in.c.j.de appell. in.6. cum ſimilibus ipſarum enim litium ſumptus magni ſunt, & euentus dubij.l.quod debetur.ff.de peculio. Vnde dicit Panor.in.c.j.de appel.meliùs eſſe pati modicum quàm intrare certamina litium:de quo vide gloſſ.in verb. litium §.inoluerunt autem hactenus.tituli de cauſis in pragma.ſanctio.

Litis certamen

iurgiorum origo

¶ Tertia ratio,quia rancores,& iurgia inde nutriuntur charitate enim diligitur Deus & proxim⁹ vnde Christus Matthæi.19.cap.diliges proximum ſicut teipſum &c.& Lucę.10.

5 † Pręcœptum dei eſt eum diligere ex toto corde ex tota anima & ex totis viribus & proximum ſicut teipſum:ſcilicet ex charitatis affectu & effectu & qui ſic diligit deum & proximũ legem implebit Romanorum.13. cap. cum ex his leges & Prophetæ pendeant Matthæi. 22. nomine autem proximi omnis homo intelligitur vt vult ibi Auguſtinus vnde idem Auguſt.hæc eſt vera fides,quę per dilectionem operatur verba cuius habentur in.c.charitas.de pœniten.diſtinctio.ij.

Abſolutio chriſtianiſſimi

Proximus quis

Vera fides

6 ¶ † Quarta ratio,quia pluralitatis beneficiorum ob has gratias expectatiuas fruet ambitio,quæ pluralitas,vt plenè ſuperiùs dixi iam,inimica eſt cano.

Ambitionis fomentum

7 ¶ † Quinta ratio,quia pauperes ſæpiſſimè ab litigatoribus potentiorib⁹ deprimunt cũ ipſi potentes de facultatibus,quas habent confidentes eos fatigant laboribus,& expenſis:vt conſequenter ipſi pauperes, aut componere,aut iuri ſuo cedere compellantur iuxta cap. nonnulli.in princ.de reſcrip.Hi verò,qui ita abundant diuitijs,nihil pertimeſcunt,quod redimere minus exiſtiment ca. pauper. 11.q.3. igitur tales pauperes ad Romanam curiam: vel alibi diſcurrentes vexationes ſubeunt innumeras & inter viarum diſcrimina nonnunquàm ſpoliantur,iugulantur, & & varijs affliguntur incommodis.

Hæc ex ratione ſecunda quodã modo pendet

8 ¶ † Sexta ratio quia facultates,ac pecunię regnorum & prouinciarum ſupra modum exhauriuntur ſubtili ingenio tanquã aurum à barbaris vt ver

vt verbis imperatoris vtar in.l.2.C.de commercijs, quibus
verbis fere vſus eſt etiam Romanus pont.in clemen.abuſio-
9 nibus in princ.de pœni.& remiſſio. ¶ † Septima ratio quia
10 & per has gratias ſpectatiuas iuuenibus † qui ſtudio literarũ
& alijs bonis operibus intenti eſſe deberent materia,vagãdi
datur,quod profectò dolendũ eſt,cum ipſis ſenibus docilio-
res ſint teſtante hoc impera. Iuſtiniano in prœmio ſuarum
inſti.ſub his verbis cupidę legum iuuentuti & facit optimè
• tex.in.l.pręcipiũnt.ff.de ędilitio edic. & ſi contingat nos ſe-
nes iam in iuuentute non ſtuduiſſe in ſenectute diſcere nos
non pudeat exemplo iurecon.in.l.apud Iulianum.ff.de fidei-
commiſſarijs libertatibus:ſimile de Auguſtino legimus in.c.
ſi habes.24.q.3.quare iure hîc addere poſſumus quod â ſapiẽ
te ſcribitur cap.j.prouerbiorum audiens ſapiens ſapientior
dici &c.& ſi quis nunc ſit qui hæc ſpernat ſuum ſaltim imi-
tetur ſeruatorem qui & ſi à primò inſtanti conceptionis ſuæ
plenus gratia,& veritate eſſet Ioan.j.ca. tamen in ſuæ ætatis
anno duodecimo in medio doctorum iuuentus eſt.Quid?vt
eos audiret,vt Lucæ .2.cap.quare enim ad hoc Epiſcopi cœ-
teriquê prælati eccleſiæ non cogitant,& ab eorum exempla-
ri quare exẽplum non aſſumunt?qui & ſi ſenes ſint,aut quã-
uis alia generis nobilitate prædili à quantunq; minimis di-
ſcere non erubeſcant.facit tex.in cap. nullus.28.diſtinctio.&
cap.de Conſtantinopolitana diſtin.22.â Seneca etiam habes
nullam ætatem ad diſcendum ſeram eſſe.Meliùs enim eſt ſe-
rò,quàm nunquàm,ſi Valerio maximo credamus ſuo libr.8.
titu.7.iuuenes verô ex toto corde ſcientiam ſcripturarum di
ligant & carnis laſciuias ſpernent cap. nunquàm de conſecr.
11 diſtinctio.5.† Intellige de ſcripturis quæ ad delinquenũ non
a inuitent quáre cõſulerem ego comœdias,[a] fabulas turpes,&
amatorias iuuenes nõ legere:qa talia ĩcẽtina libidinũ ſunt.c.
ſacedotes cano.legant.& cano.ideò.27. diſtinctio. & meliùs
eſſet eos nihil ſcire quia.ſcientia bonis moribus non exorna-
ta ſcientia non dicitur:imô boni mores quãuis ſcientia præ
rendi ſunt aru.cap.ſedulo.38.diſt.&.l.magiſtros de profeſ.&

a Imò & oratores, Hyſtoriographi,Comici, tragedi, rapſodi & præceteris Homerus omnis doctrîæ parens cæteriq; poëtæ prælegendi ſunt ut alio loco adnotauit doctiß. G. Budæus Quid? D. Chriſoſtomus comediæ Ariſtophanis περὶ τῶν βατραχῶν ſub dormicbat Quo fit,ut D. Paulus omnia legẽda meliora probanda præſcripſerit.Præter

12 medi.li.decimo.C.† Quod & pſaltes regius ſatis aperte oſtẽdit ex ordine literæ pſalmo.118.dicens bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me &c.ibi enim ſcientiam bonitati poſtpoſuit & hæc certè verba eſſe debent cuiuſcunq; boni ſcholaris ad deum deprecatio,qui his tribus neceſſariò eget argu.cap.cum in cunctis.de elect.dum ibi vult grauitatem morum,& ſcientiam literarum clericis eſſe neceſſariam quare fit vt ſcholaris ſimplex bonis moribus imbutus doctori malè morigerato veniat præferendus cum doctoris officiũ ſit ſcholares præcelere moribus. d.l.magiſtros.facit tex.in.l. prima de annonis ciuilib⁹ lib.vndecimo & in cap.villiſsim⁹ prima queſtio.prima Scientia enim,quę vitam hominis maculat,l audanda non venit.cap.cum pridem.§ pro defectu de

Quæ in clerico neceſſaria.

13 renuntia.ſed boni mores ſunt qui ſcientiam exornant † ad quàm conſequendam expedit ſcholarem attentum, beniuolum,ac in ſuis lectionibus eſſe continuum.l.j.§.huius ſtudij ff.de iuſti. & iur.facit.c.ex ſtudijs.de præſump.&.c.1.de elect.

14 † quod multum facit aduerſus ſcholares vagos,& malè ſuis lectionibus attentos:quę vagatio nedum ipſis ſcholaribus dãno eſt imò quibuſcunq; alijs potiſsimùm tamen monachis & monialibus ſummè periculoſa eſt. Quid enim magis timendum eſt,quàm monialem vagari?ob quam laxatis habenis honeſtatis modeſtia monachali ſexuſq; verecundia impudenter abiectis extra ſua monaſteria nonnunquã per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt & frequenter infra eadem monaſteria perſonas admmittunt ſuſpectas in illius cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea deuouerunt grauem offenſam,religionis opprobrium,& ſcandalũ plurimorum:Nec ſit quiſpiam,qui meum ſermonem putet aliquem tangere ſpecialiter:ſed hæc tantùm dixi,vt,ſi quę tales ſunt,quæ hoc genere morbi laborent , bonæ valetudini ſtudeant præoccupatæ hora mortis ſera ſit illis pænitentia hæc quid dicam quid nõ erumpo in vocem?quid cogitatio-

15 nibus æſtuo † quantæ ſunt hodie virgines nobiles?& dicatæ CHRISTO ſapientes eruditæ,quæ ruunt in foueã tur

pitudinis

pitudinis concipientes dolorem & parientes iniquitatẽ dan teſq; canibus ſanctũ & margaritas mittentes ante porcos ab immundis eñ,& luteis laceratũ eſt nomẽ ſanctitatis & ꝓ poſitum caſtitatis etenĩ vnum malum bona plurima ſecum tra hit ad tales nunc meus ſermo eſt quæ multicipliciter miſerè cũ gloria virginitatis nomen etiã perdũt quandoquidẽ ſi re careatis carere noíe debetis. Vñ incipiã? qd primũ? qd vltimũ dicam? bona cõmemorẽ? quæ perdidiſtis, an mala defleam? quæ inueniſtis? Eratis virgines in paradiſo dei eratis inter ec cleſias ſponſæ CHRISTI? eratis templum dñi eratis habitaculum ſpirituſſancti,& cũ eo(toties dico)eratis Neceſſe eſt,vt toties etiã ingemiſcatis: quia nõ eſtis, quod fuiſtis. ince debatis in eccleſia tanquã columbæ ſplendebatis,vt argentũ fulgebatis,vt aurũ eratis tanquã ſtellæ in manu Dñi nullũ ventum, nullas nebulas pertimeſcẽtes. Quæ eſt iſta ſubita cõ uerſio? quæ eſt iſta repentina mutatio? De dei virginibus, fa ctæ eſtis corruptio ſathanę de ſpõſis CHRISTI eſtis ſcor ta execrabilia de tẽplis dñi phana immũditię: de habitaculis ſpirituſſancti diaboli tuguria: quæ incidebatis cũ fiducia,vt colũbę nũc latetis in tenebris vt ſtelliones q̃ fulgebatis aurũ ꝓpter virginitatis decorẽ: nũc viliores factę eſtis luto plateãrũ q̃ fueratis ſtellæ radiãtes ĩ manu dñi veluti exalto ruẽ tes celo carbonẽ atrũ conuerſę iſtis vę vobis(miſerę)& iterũ vę q̃ tãta bona pua tp̄is luxuria perdidiſtis quã vobis ſpem apd xp̄m dñi reliqſtis? cui⁹ mẽbra tollẽtes feciſtis mẽbra me retricũ? Quis vos ſpũſſctũs viſitabit? cũ eũ repudiaueritis? ſed veniam⁹ ad humana vt illa diuina cognoſcantur nonne veſtrã faciẽ cõſciẽtiæ cõmiſſa tanquã plumbũ inclinant præ munt? Nonne tenebræ ante oculos(vt dura caligo) verſant̃ Nonne timor animas veſtras,& membra quaſſat? Si homines in carne conſtitutos & alicuius delicti obnoxios intueri non poteſtis graui vndequaq; confuſione ſepultæ. Quid enim facietis coram prophetis? quid coram Maria? quid, deniquæ, coram angelis ſanctis? ſed dicturæ forſan eſtis non potuimus ſuſtinere, quia carnem nimis fragilem

Locus communis per exaggerationem à cõtrarijs

Stellion in tenebris latens

circunferebamus reſpondebit vobis beata Catherina cum ſuis innumerabilibus ſociab⁹ & nos eadem carne amictę fuimus, nec tamen plenum propoſitum caſtitatis noſtræ fragilitas carnis potuit mutilare, ruera non poteſt caro corrumpi, niſi meus fuerit antea corrupta. Heu perditę, iámne ſentitis quantùm vobis mali, & in carne, & in anima nepharia libido contulerit? Non iſtam de vobis confuſionem veſter ſpectauerat pater: non hunc luctum, & has lachrymas ex vobis ſibi crediderat veſtræ naſci mater? quæ partus ſui gemitus per veſtram virginitatem conſolabatur: non fratres veſtri? non ſorores hoc ex vobis dedecus ſpectabant? quos omnes vno gladio veſtri ſcœleris grauiter ſauciaſtis? Quibus vos ſpinis ſerpens illæ nequiſſimus obligauit? quibus vos venenis infecit? ille qui Euam matrem noſtram primam decœpit? vt tanta vos cecitate percuterit, vt tantam animarum veſtrarum faceret obliuionem? Nonne eſtis memoratæ, qualis die illo quo habitum aſſumpſiſtis facta eſt allocutio? nonne ita vobis allocutum eſt? Aſpice filia intuere virgo, quantus ad ſponſi tui & Domini gloriam conuenerit populus ſeruare te oportet quod ſub tantis teſtibus polliceris. Semper cogita, cui virginitatem ſpoponderis tuam, facilius te oportet ſanguinem cum ſpiritu fundere, quàm perdere caſtitatem. Vincor ego lachrymis cum hæc recordor compungor ſtimulis cum ad hæc humana exempla cõſidero. Ergo & vos hęc cogitantes & mentibus veſtris cõtractantes facti veſtri ipſę iudices eſtote crudeliores inhęrete pœnitẽtiæ vſque ad vitæ veſtræ exitum, & quæ propriæ in domino peccaſtis ab illo ſolo quæratis remedium. [a] Quid cauſę enim eſt, quare

Proſopopeia

Serpen. nequiſſimus

pecoratio

a quo petẽda uenia delicti

a Digreſſionis finis.

16 ita lapſæ eſtis? nonne diuagatio? † quę & ſi in quocunq; ſtatu repręhendatur maximè tamen in viris & fœminis religioſis. c. cum ſingula. de præben. in. 6. & ca. quantò de offic. ordina. Quid ego potiſſimùm ad abuſum monacharum addam?

17 nonne hoc? † vt hodie totam curam ponant in legendis neſcio quibus codicibus, lectio quorum prõptiſſimas eas vt in ſiniſtram partem declinent. Non tales igitur conſulerem codices

codices legant qui incitamenta malorum ſunt ſed quid opor
teat eas facere habetur in illo ca. vnico de ſtatu regula. in.6.
quę & ſi ſana mente ſint ea exequentur ne ſubita ira Dei ſu-
perueniat &(vt illo latiali vtar prouerbio) bono intelligenti
pauca ſufficiant. Quis nunc eſt qui neſciat quantùm vitium
ſit vagatio & vt noſtrum principale proſequar negotium ſo
lùm delictum vagationis ſufficiens eſt ad priuandum quē be
neficio etiam ſi beneficiatus ex ſui beneficij natura ad reſidé
tiam perſonalem non teneatur. c. nō oportet iuncto ſequen.
18 proximè. 7. q. j. † Et beneficiatus in ſuo beneficio reſidens ſi
quod priuilegium habet illud amittit ſi vagari incipiat gl. in
verb. reſidebunt. §. item quod ad dictas. in tit. de coll. in prag.
Pręterea per talem vagationem priuilegium fori etiā amit-
titur poteritq; talis vagus vbilibet conueniri. §. ſi quis verò
auten. vt nulli iudicum collatio. 9. & l. j. C. vbi de crimine agi
oporteat communiter ſcribentes in. l. hæres abſens. ff. de iu-
dic. & Panor. in. c. ſi de foro compe. nec valeret conſuetudo
quæ licentiam vagandi daret nec eam prælatus poſſet conce
dere vagari enim ſonat in ſiniſtram partem. Quare talis con
ſuetudo vel licentia eſſet contra bonos mores & vtilitatem
eccleſiarum. c. j. de conſuetud. notat ita Innocen. in. c. ex tuæ.
de cler. non reſident. ¶ Octaua ratio, quia per has gratias
expectatiuas collatoribus ordinarijs, & patronis eccleſiaſti-
cis officium & poteſtas conferēdi beneficia ſubtrahitur cum
per eas manus ipſorum ligentur: quare fit, vt ordo eccleſiaſti
cus confundatur, qui ab ipſo papa ſeruari debet vt in tit. de
annatis circa princip. in prag. Ordo eccleſiaſticus dicitur cō
fundi dum vnicuiq; ſua iuriſditio non ſeruatur. c. peruenit.
19 11. q. j. † Collatio enim beneficiorum eſt iuriſditionis [a] vnde
a per eum, qui ſolùm in Epiſcopum cōfirmatus eſt poteſt fieri
licet nondum ſit conſecratus. c. ſuffraganeis & c. trāſmiſſam
cum ibi nota. de elec. & cū conferre beneficia ſit volūtarię iu
riſditionis extra ſuum territoriū Epiſcopus cōferre poteſt. c.
nouit. & quę ibi notatur. de offi. deleg. excipe tamē caſum. c.
ſtatutum. de pręb. in. 6. ſed Ioan. Andr. in. c. quanquā. de elec.

Codicū quidam ma,o, rum irritamenta

Pauca dicēda

a Opinio io an andr. uerior eſt per text c. conquærente. ponderatis uerbis inſtitutionē & iuriſditionem. de offic. ord. quædiuerſa ſunt & earū effectus diuerſi & ex ſeparatis non bene infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & diuerſitas nominum arguit diuerſitatem rerum ut. l ſi idem. C. de codicillis. Præterea

eod.lib.contrarium voluit dicens propriè collationem beneficiorum non eſſe iuriſditionis epiſcopalis nam,inquit,ea nõ venit in tranſlatione iuriſditionis, niſi expreſsè exprimatur. c.fi.de offi.vic.in.6.nec ad capitulũ,ſede vacante,tranſit,licet aliter ſuccedat in iuriſditione.c. illa. ne ſede vacante. &.c.j. eod.tit.in.6.Prętereà multi reperiuntur Epi non habẽtes collationes beneficiorum,& multi nõ Epiſcopi habentes.Quare concludit cõfirmationem,& inſtitutionem eſſe ſolùm & propriè iuriſditionis epiſcopi per.c.cõquęrente.de offi.ordi. &.c.cum ex iniuncto.de hæreti.ideò confirmatio & inſtitutio ad cap.ne ſede vacante,tranſeunt, non tñ libera collatio. at Ioann.andr.in hac ſua opinione aduerſatur Pan.in.c.cum olim.de maio.& obe.dicens collationẽ beneficiorum de iure communi ſpectare ad epiſcopũ & ca.vt nota.in.c.fi.de ſuppl. negl.pręla.c.cum eccleſia.de elect.&.c.irrefragabili.de offic.

20 ordi.† & ſic collatio eſt iuris[a]epalis.vnde inferiores ab epiſcopo non poſſunt hãc poteſtatẽ ſibi vendicare,niſi hoc iure ſpeciali habeant quare fit vt patronis ſit gratioſè conceſſum eos pręſentare poſſe.c.3.de iure patro.extra, licet adhuc hoc non dicatur collatio,ſed pręſentatio:ne tales collatores dicãtur,ſed patroni:reliqua verò dicit epiſcopis eſſe reſeruata.c. j.16.q.7.c.omnes Baſilicę.eadẽ cauſa & quęſtiõe canone,regẽda.10.q.j.&.c.j.de capellis monachorum . Quantùm autem attinet ad hunc articulũ.ſ.an collatio ſit iuriſditiõis Epi necne:dicã quid ſentiã & firmabo iuriſditiõis eſſe qa,vt añ dixi, per eũ q in epm confirmat⁹ eſt collatio fieri põt.d.c.ſuffraganeis &.c.trãſmiſſa qđ nõ fieret ſi eſſet ordinis.Et q̃cũq;,quę eps habet,vel ſunt ordinis,vl' iuriſdõnis hoc eñi nimis planũ eſt,& qđ cõferre ſit iuriſdõnis hęc eſt oĩm cõis opinio nec in ea dubitãdũ eſt:ſed vt nũc ſcrupul⁹ q ex prędicta Io.and. opinione oriri poſſet auferat dũ dicebat liberã cõferẽdi ptãtem

21 non trãſire ad.c.licet ea † quę ſunt iuriſdõnis epi in ipm trãſeant,vt iudicare punire ſubijcere inſtituere deſtituere corrigere reformare excõicare pnĩam imponere ſynodũ celebrare oĩaq; iura ꝓ prędictis debita recipere,duplicẽ aſſignabimus rationem

[a] Quę ſint iura Epiſcopalia reſcripſit honor.iij.Ro. pontifex.c. cõquęrẽte. de offic.ordinarij in ãtiquis. Pręterea.

rationē,& ſic ad.c.illa.ne ſe.va.per alleg.ver.ſenſum dabim⁹.
22 † Altera igitur,eſt rō:quia cōferre computatur inter fructus vt nota.in.d.c.cum olim.de maior.& obedientia:fructus vero futuro ſucceſſori reſeruari debent.c.quia ſæpe.de elect.in
23 vj.clemen.ſtatutum.eo.tit,&c.fina.de offic.ord. in.6. † Sed
a quantùm ad hanc reſeruationem fructuum[a] aduertendū eſt ne in errorem incidamus:quia ſemper fructus beneficij non reſeruantur futuro ſucceſſori imò hæredibus prædefuncti beneficia aliquando debentur,à quo autem tempore dubiū eſt.ſunt qui velint inter beneficiatum defunctum, & eccleſiam fieri diuiſionem:vt pro rata,& parte anni beneficiatus fructus percipiat pro qua ſubit onus in eccleſia ſicut fructuū dotis inter virum & hæredes mulieris fit diuiſio pro ea parte anni pro qua maritus onera matrimonij ſubijt.l.diuortio.
24 ff.ſoluto matri.† Alij verò dicunt beneficiatum fructus eccleſiæ facere ſuos ſtati ex quo ſunt à ſolo ſeparati à quocunq; & cuiuſcunq; nomine fiat ad inſtar bonæ fidei poſſeſſoris:vt in.l.qui ſcit.§.in alieno.ff.de vſur.l.ſi vſufructuarius.ff. quibus modis vſusfructus amittatur.l.coloni.&.l ſi apes.§.fi. ff.de fur.Sūt & alij dicētes hoc verū eſſe ex quo eos percipit & nō añ,vt vſusfructuari⁹.§ is verò.in inſti.de re.di.q vſufructuari⁹ d r̄ fruct⁹ pcæpiſſe cū ab eo,vel ei⁹ noīe fuerūt collecti licet nōdū ſint ī horrea recōditi,vt no.ī.d.l.ſi vſufructuari⁹.&.c.ſi ꝑpter.de reſcrip.in.vj.& ī.c.pſenti.de off.ordi.eo. lib.Harū eṁ opinionū q̄ diuerſę ſunt ego vltimā tanquā magis communem,& veritati conſonam ſequar quam hac ra-
25 tione confirmo:† quia beneficiatus vſufructuario comparatur in vita,vt de fructibus donare poſsit ergo &c.moderatè tamen.c.cæterum.de donatio.licet aliud ſit eo in infirmitate conſtituto:quia tunc non vſufructuario:ſed vſuario ſimilis eſt,vt de illis diſponere non poſsit in teſtamento niſi intuitu Eleemoſinæ.c.quia.&.c.relatū.de teſta. ſed adminiſtrationem non habens,vt canonicus,vel capellanus,aut ſimilis in vita,& in morte vſufructuario comparatur,ita quod de talibus fructibus teſtari ſemper poſsit.argu.c. requiſiſti. in

a Fructus an ſucceſſori ſint reſeruandi, an verò defuncti hæredibus an diuidendi inter eos,& quibus æquiparentur prælati uide aegidiū Bellеme. eum. in.c.cū venerabilis de exceptio.in uol.Grego. ubi per quæſtiones hæc fuſiſsimè ꝓſequitur. Prateius.

ſi.de teſta.notat ita etiam Hoſtien.in.c.ſi.de peculio clerico-
26 rum.cæteriq; doctores in alijs varijs locis.¶ † Et ſi rigore iuris ſeruato quicunq; beneficiati fruct⁹ eccleſiarum in mor te ſuos non faciant quantum ad trãſmiſsionem ad hæredes. c.ad hæc. de teſta.cum ſimil.vt pleniùs.ĩ.tangam. tamen de generali huius regni cõſuetudine fructus eccleſiaſtici iam ac quiſiti ad hæredes tranſmittuntur ſicut & de vſufructuario ante diximus,& ſic ſi collectis eiſdem fructibus clericus decedat,ſint hæredis ipſius facit ad hoc textus.in.l.j.& ibi gl.& & Bart.de annonis ciuilibus.l.xj.C.Io.andr. in.d.c.præſenti. & Archi.in.c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcrip.in.6.facit ad hoc quod legitur,& notatur in.l.defuncta.ff.de vſufr.dictus Hoſt.tamen in.c.ſi.de peculio clerico.putat talem conſuetu dinem regni clericos à peccato non excuſare qui tẽpore mor tis omnes eccleſiæ prouentus dant,& relinquunt parẽtibus etiam diuitibus.Idem dicit dictus Archidiaco.in ſumma.12. q.3.ſed hæc meliùs paulo poſt diſcutiemus.facilè nũc quiſq; dignoſcet quanta ſit vtilitas vt ſciamus à quo tempore beneficiatus fructus ſuos faciat,vt de ipſis valeat diſponere, & non quod futuro ſucceſſori reſeruentur.credo tamẽ ego ho die in quacunq; prouincia eſſe conſuetudinem ſuper lucrandis iſtis fructib⁹.at mihi ſufficit,vt quid iure cautum ſit oſtẽ
27 derim.¶ Erat igitur,vt ad principale reuertar negotium hęc prima ratio:quare ius conferendi licet iuriſditionis ſit, ſede vacante ad capitulum non tranſeat ſimul cum alia iuriſditio ne:quia conferre inter fructus cõputatur qui reſeruari de-
28 bent futuro ſucceſſori prædictis iuribus.† quod tamen intel lige,vt ſatis dictum eſt ſi adhuc beneficiatus fructus ſuos nõ fecerit.& vt pleniùs hunc articulum quotidianum tangam.
28 ſcire oportet clericum bona poſſe habere dupliciter, & ſic etiam dupliciter fructus ſuos facere,vel habere poteſt bona eccleſiaſtica, & acqſita intuitu eccleſiæ,vel etiã acquiſita in tuitu perſonæ propriæ,vel alterius. quantum verò attinet ad bona illa quæ intuitu eccleſiæ acquiſita ſunt de iure dico, nec ex teſtamento,nec ab inteſtato ad hæredes ipſius clerici

tranſeunt ſiue talia bona mobilia ſint,ſiue immobilia:ſed ec cleſiæ debēt remanere.c.j.&.c.ad hæc.de teſta.ratio eſt quia clericus,qui bona eccleſiaſtica poſsidet ipſorum ſimplex adminiſtrator,& diſpenſator tantùm eſt, vt eſt prænotatum.
30 † & vt talium verus diſpenſator quatrifariam ea diuidere habet quicunque is ſit,vel prælatus,vel alius ſimplex beneficiatus,ſeu clericus.ita vt quartam partem tantùm ſibi retineat ex qua ipſe cum ſua familia queat ſuſtentari,aliã pauperibus eroget,aliam dedicet fabricæ eccleſiæ aliam verò clericis,& templi ſeruitoribus hunc modum diſtribuẽdi habes in.c.quatuor autem.iunctis quibuſdam ſequentibus.12.
31 q.2.† Aurum enim habet eccleſia non vt ſeruet:ſed vt eroget,& ſubueniat in neceſsitatibus.c.aurum.eadem cauſa.& *aurum eccleſiaſticũ.*
32 q.† quod intellige etiam in pecunia clericorum intuitu eccleſiæ acquiſita cum idem videatur eſſe.quid enim opus eſt cuſtodia,quod nihil iuuat? An ignoramus,quantùm auri,& argenti de templo domini,& ſacerdotibus eiuſdem Aſsirij abſtulerunt q cũ Nabuchodonoſor rege Hieruſalẽ cœperãt & inde omnia vaſa abſtulerãt,locum omninò profanãtes.4. reg.penult.& vlt.c.& Danielis.j.iuſto enim iudicio fit quod non capit Chriſtus capiat fiſcus.ſcias ſummum eſſe periculum abuti bonis eccleſiæ qd in.v.Danielis.c.manifeſto exẽplo oſtenditur cum Balthaſar rex Babyloniorum grãde cõuiuium ſuis optimatibus faceret iam temulentus præcepit, vt vaſa aurea,& argentea adferrentur,quæ Nacbuchodonoſor pater eius de tẽplo Hieruſalem detulerat,vt in eiſdẽ ipſe optimates eius vxores,& concubinæ biberent,quod & factum eſt,vt ibi in textu ſequitur,& expoſt in eadem hora apparuerunt digiti quaſi man⁹ hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regię, & rex reſpiciebat articulos manus ſcribentis,& quæ ſequuntur ibi,igitur Daniel introductus eſt,vt talem ſcripturam interprętaretur,& hæc erat ſcriptura mane tethel phares fuitq; ipſius Danielis horum verborum interprętatio mane numerauit Deus regnum tum & compleuit illud Tethel appenſus in ſtatera , &.

aßirij *Balthazar Babiloniæ rex* *Daniel interpres*

Medi & p ſe

iuuentus es minus habens,phares diuiſum eſt regnum tuum
& datum eſt medis & perſis eademq́ue nocte interfectus eſt
Balthaſar rex chaldęus & iuxta verbum Danielis darius me

Darius

33 dus in regno ſucceſſit.† Quis enim eſt qui hoc exemplo non
moueatur,ne bonis abutatur eccleſię:bonis enim ſeu rediti-
bus eccleſiæ abuti dicimus dum in alios vſus quã prædixeri-
mus expendimus.Gloriã enim epiſcopi & cuiuſcunq; alteri⁹
beneficiati eccleſię eſſe debet pauperum opibus prouidere
& ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs verba
ſunt Hyeronimi ad nepotianum quę habes in ca. gloria epi-
ſcopi.12.q.2.ſuper prędictis igitur ita me reſoluo res eccleſiæ
ſeu intuitu ipſi⁹ acquiſitę niſi ſeruata forma pręd.c.quatuor
autem expendi non debent, & quia de bonis eccleſię ſermo
noſter nunc eſt,ne aliquod dubium remaneat quid dicamus

Eccleſia

34 eccleſiam eſſe nunc oſtendam , † eccleſia[a].enim gręca voce
catholica dicitur.i.vniuerſalis ca.catholica vndecima diſtin.
quæ duplex eſt quia eſt eccleſia militãs & eccleſia triumphãs
illam enim triumphantẽ dicimusvbi ſancti gloria dei in vnũ
fruuntur introitum cuius,auxiliante altiſſimo , poſt depoſi-
tum huius miſeræ carnis noſtrę erga ſtulum , expectamus &
de hac eccleſia triumphante nihil ad rem noſtram pro nunc
aliam dicebamus eccleſiam eſſe:ſcilicet militãtem & hęc alia
materialis eſt vt locus conſtructus ad diuina officia celebran
da alia autẽ eſt ſpiritualis quę eſt fidelium cõgregatio.c.eccle
ſia de conſecra.diſt.j.ſicut enim materialis ex congregatis in
vnum lapidibus dicitur ſic & ſpiritualis ex diuerſis catholi-
cis hominibus.Eccleſia enim gręcè conuocationẽ ſonat tan-
quàm omnes ad ſe vocet quod nomẽ magis eccleſię ſpiritua
li conuenit quàm materiali quia homines & nõ lapides con-
uocantur materialis tamen ſpiritualẽ deſignat cuius quidem
ſpiritualis Chriſtus dominus cõditor fuit qui nos docuit vt
deum ſpiritu colerem⁹ Apľo dicente.j. Corinth.14.c. orabo
ſpiritu,orabo & mente . Pſallam ſpũ,pſallã & mente & quia
35 ſpũs noſter corpore cõtinetur† hinc factũ eſtvt continẽs cor
pus tẽplũ dictũ ſit hoc affirmat Paulus apľus in ſua Corint.

[a] Eccleſia hac uoce uſus eſt ho merus odiſ ſea a Hunc uideto.uſus eſt Diuus Ioannes in apocalipſi eccleſiisſcri bens uideto ibidem inter pretes Prateius.

j.epiſtola

j.epiſtola.6.c.ita inquiẽs. An neſcitis quoniã membra veſtra templum ſunt ſpiritusſancti, qui in vobis eſt &c. Qui verò eccleſię materialis prius fuerit cõditor nos hunc locũ Moſi aſſignabimus qui.j.tabernaculum deo fecit vbi preces, & pia vota illi exoluerẽtur & in eo facta eſt archa in qua lapideas clauſerũt tabulas quibus leges à deo Moſi datę inſculptę erãt deinde Salomon rex templũ Hyeruſalem magnificẽtiſſimo apparatu ædificauit. Hęc fuit ſynagoga materialis, vt vulgò nunc vocatur, quã tamen ſpiritalem vocauit dñs ita Moſem alloquens. Sume Aaron & filios eius & omnem ſynagogã cõuoca &c. Poſt euãgelicum tamen dogma inter gentes publicatũ vbi loci prima ędes ſeruatori noſtro dicata fuerit certò dicere non auſim, ne diuinare potiùs, quàm veritati inhęrere *Spiritusſancti templa.* *Synagoga*

36 dicar: ſed in re, quę parum nota eſt, coniectare licet. † Porrò à Chriſti ſtatim adſcenſione prima in chriſtianos perſecutio à iudęis cœpit vt ex actis Apoſtolorũ conſtat, ſecundã verò crudelis indixit, qua vix finita tertiã veluti diram luem Domitianus incœpit ſic alij alias vſq; ad tempora Diocletiani & Maximiani imperatorum perſecutiones immaniſſimas cõtinuarunt, quo ferè hoc toto tẽporis interuallo tãtum aberat vt aliquod tẽplum à noſtris chriſtianis publicà ędificaretur, vt etiam omnia occulta eſſent, & ſacella potiùs, atq; eadẽ abdita & plerunq; ſubterranea, quàm apertis in locis, ac publicis fierent. Eſt tamẽ cõſentaneum credere in remotis locis in quib' nõ peruaſerat ille perſecutionũ furor: phana aliqua interim aut ędificata, aut quę priùs demoniũ fuerãt Chriſto dicata ab Apoſtolis fuiſſe, qui vbiq; gentiũ omni tpe ad pro

37 pagandã chriſtianã religionẽ totis virib' incubuerãt, † quod aut in Aethiopia à Matthęo, aut ĩ india à Thoma & Barth. aut in ſythia ab And. aut à Ioan. & Philip. in minore aſya aut ab vtroq; Iacobo cum Matthia ĩ iudęa aut à Symone Cananeo & Iuda Iacobi in Aegypto & parthia. At verò primus & princeps eorundem Apoſtolorũ beatiſſimus Petrus & coapoſt. Paulo iam ad fidẽ Chriſti cõuerſo peragratis priùs diuerſis regiõibus prædicãdo tandẽ Romæ adſtitit mœnibus. *Paulus petri coapoſtolus.*

quorum omnium prædicatione ijs gentibus Chriſtianę pie
38 tatis lux ab initio effulſit,& crediderim , & dixerim . † nec
Cathedra e piſcopalis prior
abhorret,præterea à fide aliquam ædem fuiſſe primitus à Ia
cobo minore hyeroſolimis Deo dicatam,qui ibidem etiam
cathedram epalem primus habuit,primuſq; rem diuinam ri
tu apoſtolico facere cœpit,authore Euſebio,Romæ nõ repe
rio quod ſciam aliud antiquius templum ędificatum,aut di-
catum,vel ad vſum ſacrorum fuiſſe conuerſum quã thomas
Vicus patritiꝰ
39 nouati in vico patritio quas † pius primus Romanus ponti-
fex natione Italus patria achilenſis praxedis eximiæ ſancti-
tatis fœminę rogatu diuæ Potentianæ eius ſorori dedica-
Prior romanus põtifex
uit multaq; dona huic templo obtulit, ac ſæpiùs eo in loco
Deo præſtitit ſacrificium,vbi & fontem baptiſmi cõſtituit,
ac Benedictus conſecrauit multoſq; baptiſauit ad fidem no-
ſtram venientes anno circiter.150.ab eo qui humanæ ſalutis
40 fuit primus † Hygnius tñ Papa natione græcus patria athe-
nienſis qui pium pra ceſſerat , author fuit , vt templa ſacris
dedicarentur cerimonijs vetuitq; ne tigna reliqua ve mate-
ries ad ædificanda templa cõgeſta in prophanos vſus cõuer-
terentur poſſe tñ ad ſtructuram tẽpli,vel cœnobij cõceden-
41 te Epo transferri,nec ita multò poſt. † calixtus primus na-
tione Romanus iã ſeſe tyrannorũ odio ſeu ſi remittẽte ædẽ
in Tranſtiberina regione beatæ virgini ſtruxit cœmiteriũq;
ex ſuo nomine condidit via apia,vbi multorũ martyrum
repoſiti erãt cineres vident hodie is locis,vt recœpi,& ſacel-
la quędam,quibus occulto rem diuinã priſci illi pietatis cul-
tores feciſſe creduntur ꝗ vti oſtendimus,publicè nõ liceret.
ſed hoc de eccleſia dictum ſufficiat qđ autem ſupereſt dicen
dũ vide per de ſalua diffuſè in ſuo tractatu de beneficio par-
42 te.j.q.v. † & quare eccleſia apoſtolica vniuerſalis,& catholi-
ca dicatur,& qualiter varia habuit principia,vide, ibi à nu-
mero.2.vſq; ad numerũ.31.& breuiter de omni hac materia
43 ferè per totam illam ſuam quæſtionem.5. † ſed quicquid de
bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis in puncto iuris dixerimus
quantùm ad eorum diſpoſitionem, & tranſmiſsionem ad hę

redes

redes de generali huius regni franciæ conſuetudine vt oſtēdi fructus eccleſiaſtici iam acquiſiti ad hęredes tranſmittūture alia autem bona quæ intuitu perſonæ ipſius clerici acquiſiſunt vel de hæreditate alicuius, aut aliter ad eum peruenerunt tranſeunt ad conſanguineos clerici ab inteſtato, vel ex teſtamento etiam iuxta voluntatem clerici:qđ probat text. in.c.j.& cum in officijs.de teſta.& meli⁹ adhuc in.c. relatum
44 in.ij.eo.quare ex prædictis concluditur † hęreditariā ſucceſſionem in bonis eccleſiæ locum non habere,& iſte eſt communis intellectus.c.j.de præben.in quo ex ordinatione concilij Pictauienſis melius de clero,ſiue Populo eccleſiaſtica bona iure conſanguinitatis habere debet,cui ſecundum hūc intellectum eſt tex.ſimilis in.c.ad hæc.de decimis.Ego verò duos adhuc intellectus addam ad illud.c.j.de præben.primò vt loquatur non de bonis prouenientibus à beneficijs:ſed de ipſis beneficijs nec vt in illis iure ſanguinis non ſuccedatur, & iſte intellectus depręhenditur à titu.ſub quo illud.c.j.deſcriptum eſt:qui de beneficijs loquitur,& non de bonis ab ipſis beneficijs prouenientibus quaſi ſecundum hunc intellectum diſponere velit iure ſanguinis in beneficijs non eſſe licitum ſuccedere,& ad hoc concordat text.in.c.apoſtolica.8. q.1.& ferè tota illa q.c.pręſentiū de fil.pręs.c.cōſuluit.de iure patro.&.c.ad decorem.de inſtitutio.cum ſimil.& ratio ad hunc intellectum,& ad omnia prædicta iura hæc eſſe poteſt quia ſuccedere in beneficijs iure ſanguinis maximum eſſet eccleſiæ damnum,cum expediat in ea honeſtas habere perſonas vita,& moribus commendatas.c.cum in cunctis. c.ne pro defectu de elect.&.c.indecorum.de æta.& quali. cū pleriſq; alijs.& cū in litera illius capituli primi dicatur.vt nullus de clero ſiue populo &c. dubium ex illis verbis cadere
45 poſſet † an appellatiōe populi clerus veniat quare vide bonam glo.ad hoc in verb.populo titu.de cauſis in princip.in prag.in qua videbis appellatiōe populi clerum non contineri per tex.in.cap.ex parte.de priuilegijs.vbi clerus & populus vt diuerſa ponuntur ſed id verum intellige in odioſis per

Concluſio.

Conciliū pictauienſe.

cap.ſi ſententia de ſenten.excommunicationis in.6.vbi inter dicto populo clerus nõ cenſetur interdictus nec econtra ſed in fauorabilibus ſub noĩe populi clerus comprçhenditur attenta propria ſignificatione vocabuli populi·§·plebiſcitum. inſtitu:de iure natu.&c.vbi appellatiõe populi omnes ciues veniunt etiam patritij,& ſenatores quod etiam verum videtur argu.tex.in cap.dilecti de foro competen.vbi priuilegiũ

Proprietas dictionis attendenda

46 conceſſum anglis in gratiæ ad clericos extẽditur ☨ Vel ali⁹ adhuc poteſt dari intellectus prædicto.c.j. vt de ſucceſſione in conferendis beneficijs loquatur quaſi videatur decidere nullum collatorem conferri debere beneficia iure ſanguinis,hoc eſt,iunctis ſibi ſanguine ratione ſanguinis tantũ cũ ipſa beneficia rationali & quodammodo liberali nõ autem carnali conferre debeant.cap.relatum &c.graue de præben. Beneficia igitur eccleſiaſtica nõ proprio ſanguinem ſed propter merita vitæ ſunt concedenda quod optimè nobis per Hieronymum oſtenditur quis verba habentur in cap.moyſes.8.quęſt.1.vbi inquit Moyſes qui ita amicus dei erat vt eũ facie ad faciem dominus alloqueretur potuit vtiq; ſucceſſores principatus(quia dux filiorum iſrael erat)filios ſuos facere,& poſteris propriam relinquere dignitatem,ſed extraneũ adhoc de alia tribu elegit,ioſue:ſcilicet quia moyſes ex tribu Leui erat & Ioſue ex tribu Ephrayn mandans inſuper ipſe moyſes hebręis filijs,vt poſt eius mortem nullũ alium prætorquam dictum ioſue in ducem reciperent in hoc prælatis eccleſię exemplum relinquens optimum qui non nepotibus ſuis ſeu alijs conſanguineis,ſe extraneis benemeritis potius beneficia conferre debent hoc tamen ſatis iam . ſ̃.tetigimus ſed quæ nunc de moſe diximus habentur originaliter Deuteronomij.3.cap.caueat igitur ita indignum fauore carnali ad beneficium promouens quia certè peccat grauiter ideo in alio ſeculo grauem etiam ſentiet pœnam ita gl. in verb.indignorum vſi.nam eccleſiarum in procœmio pragma. Vnum & veriſſimum dicam nihil enim eſt quod magis eccleſię dei officiat quàm indignos ad regimen aſſumere animarum.ca.

Moyſes dux

Moſes ex tribu leui

nihil

nihil eſt.de elec.iſta ſunt igitur tres varij intellectus ad præ
dicta ca.1.de pręben.quorum duo vltimi noſtri proprij ſunt
Omneſq́, noſtro iudicio ſtare poſſunt ſed ne à principali ma
47 teria videamur omnino diſceſſiſſe. 2.eſt ratio † quare ad ca
pitulum ſede vacante ius conferendi beneficia non tranſeat
quia collatio eſt quædam donatio,& in ea Epiſcopus vtitur
quadam liberalitate dum alicui confert cap.relatum.de pręben.& nota in cap.quãuis eod.titu.in.6.inſtituendo verò ſeu
confirmando quem in beneficio ipſe Epiſcopus propterea
dici non poteſt liberalis cum eum qui ritè præſentatus vel
electus eſt inſtituere ſic confirmare teneatur aliàs recurrere
tur ad ſuperiorem iure deuoluto arg.cap.2.& de conceſ.pręben.his igitur duabus rationibus noluerunt iura futurum
48 Epiſcopum priuari hmõi liberalitate quæ etiam non tranſit in viſitatorem eccleſiæ cathedralis vacanti datum ab alio
quàm Papę cum non poſſit etiam conferre huiuſmodi beneficia ad ſolum epiſcopum ſpectantia.c.fi.de ſup.negli. præla.
49 in.6.† Neq; etiã coadiutor pręlato datus ob ſenectutẽ ipſius
vel valetudinẽ corporalem vel demẽtiam aut propter aliud
impedimentũ perpetuũ ita vt officiũ ſuũ nequiret exercere
ſic notant Iohan.monachi & Archidia.in.c.1.per illũ tex.de
cleri.ęgro.in.6.& huic coadiutori.etiã quęlibet alienatio ꝓhibetur.d.c.1.& quãantũ ad hunc coadiutorem datum epiſcopo quando conferri,vel quidpiã agere valeat vide per gl.
in verbo.iuriſditio. verſi.ordinarius & prope.fi.gloſ.in tit.
de colla.in pragma.iſte ergo ſunt duæ illæ rationes quare ad
capitulũ ſede vacante non tranſeat autoritas conferendi beneficia quę ad Epiſcopum ſpectabant:imò reſeruentur ſucceſſori licet in omni alia iuriſditione(vt prędixi)capitulũ
ſuccedat quandiu vacat ſedes ad noſtrum tamen princi-
50 pale negotiũ reuertor.† Erat igit̃ hęc octaua rõ quare grãæ
expectatiuę ſublatę ſunt qa ꝑ eas iuriſditio cõferẽdi bñficia
auferebatur manuſq́; collatorũ ꝑ eas ligabant̃ & ſic ord eccleſiaſtic⁹ cõfundebatur quod fieri nõ debet(vt iã dixi) imò
Rom.põt.q & ſi de ꝑtãte abſoluta oĩa poſſint vt ſuperi⁹ iã

meminimus tamen dum officia inferiorum nimis ſibi vendicant à magis fructuoſis operibus bonum vniuerſale concernentibus ipſos inferiores retrahunt fitq́ue propterea, ne cor-

Vtilitas publica 51 rectiones ſuorum inferiorum curent,† vt publica vtilitas ex poſtulat,quæ priuatę præferenda eſt maximè vbi in ea priuata includitur argu.l.actione.§.j.ff.pro ſocio &.l.vnicę.§.fi. C.de cad.tollen.& authen.res quę.C.comm. de leg.&.c.ſcias iuncta glo.ibi.7.q.j.vnde infero prelatum & quéuis iudicem alium debere bonum publicum priuato præferre licet priuatum ſub publico incluſum non ſit prædictis iuris nunc & ſi-

Scolarū priuilegium milibus:prætereà infero ſi contingat fabrum officinam ſuā iuxta ſcholas publicas habere, ita quod ſtudium exercentes impediat à tali loco per iudicem expelli debet ratione boni publici quod quidem à ſtudio ipſorum ſcolarium pendet au tentica habita.C.no.filius pro patre.Et vide per glo.& Bart. in.l.j.ff.ſoluto matr.ita etiam Cynus in.l.altius.C. de ſeruitu tib.& aqua.Imola in.c.veſtra.de loca.& conduct.Panor.in.c. fin.de iudicijs,adhuc ex prædictis infero prælatum ſua propria negotia debere negotijs eccleſiæ ſibi commiſſæ poſtponere.c.quicunq; & ibi archidi.12.q.4.vnde Hoſtien.in titu.de maior.& obed.§.& ad quid in ſua ſumma & Henricus boyc. in.c.licet de regularib.dicunt,ſi Epiſcopus clerico ſibi ſubdito præcipiat,vt pro negotijs ſuæ eccleſiæ accedat alicubi talis clericus propter curam rei familaris ſe excuſare non poteſt.Poſtremò infero filium plus teneri iuuare rem public. quàm parentes.l.poſtliminium.§.filius.cum ibi notatis. ff.de cap.& poſtli.reuerſ.&.l.minimè.ff.de religio.& ſumptib.funerum ibi ex ordine literę,nec obſtant nunc iura ſequentia quæ ad hoc contraria videntur:vt.l.veluti.ff.de iuſtit.& iur. vbi parentes patrię præferuntur.&.l.hi,qui.cum ſequen.proximè.ff.de poſtulando.quia hæc omnia iura ita conciliari de-

52 bent.† Si enim parentes vnum præcipiant & patria aliud quod ſit contrarium tunc iuſtiori præcepto parendum eſt.l. j.in fi.cum immediatè ſequen.ff.ne quis eum qui in ius &c. Si verò vtrunq; præceptum iuſtum eſt prius patrię eſt obe-

diendum

diendum.iſte enim eſt verus intellectus omnium prędictorũ iurium.quod ſi vterq; rem pręcipit illicitam eo enim caſu nemini parendum eſt.c.ſi dominus.cum ſtatim ſequen.xj.q. iij.facit.l.ad ea.ff.de reg.iur.Cõplures adhuc rationes alias addere poſſem:quare promiſsio de primo beneficio vacaturo non valeat quas pro nunc ſubito cum quiſq; etiam per ſe poſsit colligere,quę certè omnia ſtatim clericali,& ſacerdotali damnum,& diminutionem diuini cultus adferunt, nec eſt quod mirandum ſit,ſi dixerim clericali,& ſacerdotali cũ
53 †appellatione clericorum ſacerdotes non veniant quod tñ verum arbitror in materia odioſa,& reſtringibili,vt de clero,& populo dicebamus.c.eum qui.de præbend. in.6.vbi in reſcriptis beneficialibus,tanquàm odioſa ſint, appellatione præbendę ſacerdotalis non venit facit tex.in.c.fi.eod.titu.in antiquis,vbi etiam appellatione beneficijin reſcriptis,ſimpliciter proferendo non venit rectoria, vel dignitas idem tenet Panor.in rub.de vita,& honeſtate clerico.& Inn.in.c.ſedes.de reſcrip.adde nunc rationem ad prędicta: quia ſacerdotes,& alias dignitates habentes aliam habent adhuc qualitatem,quæ in ſimplicibus clericis non reperitur.ad hoc congruit optimè,quod voluit tex.in.c.ſtatutum.de elect.in.vj. vbi appellatione eccleſiarum parochialium non veniunt eccleſiæ parochiales collegiatę in materia odioſa habent enim hanc qualitatem:quia collegiatæ ſunt vltra curam:quod verum intellige,niſi ex hoc ſequeretur magna abſurditas ſi nõ eſſent compręhenſę.c.per exceptionem.de priuilegijs.in.vj.
54 ſed† in materia fauorabili,vel indifferenter ſub nomine clericorum bene continerentur ſacerdotes,& omnes cuiuſcũq; gradus ſint eccleſiaſtici.c.cleros.21.diſt.ita etiam Panor: in d.rub.de vita,& honeſt.cleric.& Ioannes monachi in.c.vnico.de cleri.ęgrotan.in.6.vnde omnes,qui laici non ſunt clerici dicuntur cum ſint tantũ duo genera Christianorum clericorum.ſ.& laicorum.c.duo ſunt genera.12.q.1. qđ probatur etiam ex ethimologia vocabuli.clerici enim dicuntur à cleros gręce quod latinę ſors dicitur tanquàm in ſortem domi- *Chriſtianorum genera*

ni electi ſint.c.cleros.21.diſt.&.c.cum ſecundum apoſtolum.
de præben.quod apparet etiam ex rubro,& nigro.titu.de vi
ta,& hone.cleric.nam in rubro dicit ſolùm de clericis .& in
nigro ſermo fit nedum de clericis ſimplicibus,imò & de prę
latis etiam Epis idem probatur in illo titu.de clerico.ægrot.
Bona eſt enim conſequentia eſt Epiſcopus ergo clericus.c.
55 cum adeò.de reſcript.&.c.ex literis de tranſactio † quare in-
fero appellatione beneficij in materia fauorabili veniat epi-
ſcopatus quod idem dico de Archiepiſcopatu patriarcha-
tu & papatu per regulam primam de reg.iur.in.vj.& ita te-
nuit etiam Angelus de clauaſio in titu.de beneficio . in ſua
56 ſumma: † vt ſimile de licentiato,& doctore dici ſolet:qa vbi
de fauore agitur licentiatus pro doctore habetur argu.l.pe.
ff.de milita.teſta.ſi verò ageretur de odio tunc non comprę-
henditur: quia in pœnalibus,& odioſis voces ſunt ſtrictè in-
terpretandæ.l.qcquid aſtringendę.ff.de verb.obl.Ergo mul-
tominùs ſcholaris vnde dicit Aretinus in.§.vltimo . inſtitut.
de teſta.militis quod malè faciunt hodie ſcholares deferẽtes
ea quæ pro inſignijs doctoribus aſſignantur : quia priuſquã
Doctorat⁹ quis doctor ſit priuilegio doctorum gaudere nõ poteſt,nec
inſignia 57 deferre † inſignia doctoratus:vt pileum cum floſculo anulũ
aureum,vt fit in Italia ſimiliaq; doctori requiſita,nec profi-
teri ſe doctorem,cum non ſit aliâs talis in falſum incideret.
l.eos.§.fi.iuncta gl.ibi & doctrina Bart.ff.de falſis.de licentia
to tamen videretur quod pro doctore habendus eſſet:quia
cum proximè doctorandus ſit,pro doctore haberi debet,ſi-
cut & miles qui de proximo cingendus eſt,pro cincto habe-
tur.d.l.pe.ff.de milita.teſta.Ego verò crederem indiſtinctè
appellatione doctoris in quauis diſpoſitione fauorabili,vel
odioſa licentiatũ de non compræhendi cum licentiato re-
quiraſ adhuc alia publica approbatio,nec prima priuata ei
ſufficit.l.magiſtros.C.de profeſſ.& medicis.lib.10 . facit cle-
men.j.de magiſtris.& ita hodie ſeruari videmus maximè in
58 reſſortu parlamenti Toloſani . † Præterea doctores digni-
tatem habent,& militibus præferuntur glo.in verbo conci-
lijs prope

lijs propè finem in prœmio pragmaticæ. Magna enim eſt doctorum authoritas maximè regentium, qui noctes, & dies vt homines erudiant, laborant, & ſic pro republica, quæ talibus viris eruditis eget. Parum enim eſſet iura habere quibus regi debet reſpub. niſi eſſent, qui ea intelligerent, & demum executioni demandarent. hoc enim triuiale eſt: quare meritò imperator tales doctores regentes nobiles eſſe voluit, & ita nobiles, vt ducibus, & comitibus voluerit comparari maximè ſi viginti annis iura interpretati publicè fuerit in ciuitate, in qua eſt approbata vniuerſitas. Hæc habentur in. l. vnica. de profeſſo. qui in vrbe Conſtantinopoli. & c iuncta gl. fi. ibi. lib. 12. C. At nunc & ſi duo iura interpretati fuerint doctores regentes nō cum imperatore auditores (de malis intelligo: quia non illa, qui animi mobilis ſunt) ducibus cōparabunt, nec comitibus, ſed deliris hominibus, & inſanis. Hæc ſunt igitur eorum ſtipendia poſt multos, ac longos labores in lectione quotidiana aſſumptos. Propterea tamen non debet doctor ob ſubſanationem, & deriſum talem, vel quantuncunq; perſecutus fuerit à ſua lectione ceſſare: quare audias ſuper hoc quid dicat Anacletus ſummus pontifex in c. ſcimus. 43. diſt. inquit enim ibi Scimus autem multos ob id infeſtari doctores ſuos vt eos perdant, & placita propriꝯ voluntatis adimpleant. non tamen propterea doctores inquantum vires ſuppetunt à recta emulatione, & bona intentione recedere debent ſcientes: quia beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Hꝯc ibi: ſed his poſtpoſitis

Doctor idē que profeſſor & dux equiparantur

56 ad noſtram principalem redeo materiam. Prædictis † igitur rationibus, ac pluribus alijs quas ad hæc potuiſſem addere: Conſtancienſi concilio, & Baſilienſi ſtatutum eſt vt pontifex qui erit pro tempore has expectatiuas gratias nullomodo nullàue ex cauſa concedat, cum ipſe præ cœteris debeat abſtinere iuxta illam tritam iuris regulam illo debet carere vitio, qui in alium dicere paratus eſt. l. viro. & l. cum mulier. ff. ſoluto matri. aliud tamen cenſendum eſt de promiſſione facta à collatore, qui promittit prouidere cum poterit: quia

talis promiſſio valet & ipſum collatorem ſic promittentem obligat textus eſt ad hoc apertus in.c.accedens de conceſſione præb.& hęc ratio eſt,quia talis promiſſio,cum potero,eſt eſt generalior,quàm ſit hæc,cum vacabit.nec in ea cum potero nec eſt mortem alterius expectare ſicut in ea cum vaca-

Vacationis beneficiorũ modi duo mors & priuatio ob pluralitatem

60 bit:† nam ſunt qui priuari poſſunt beneficijs aliter, quàm morte vt puta ſi quis duas habeat eccleſias alteram eligere & alteram dimittere compellitur caſus eſt expreſſus in.c. referente.de præb.aliter vtraq; veniret priuandus ſi vtranq; reti

61 nere contéderet.c.de multa.de pręb.† Beneficiatus tamen,q̃ in primo beneficio fecit expenſas de proprio patrimonio ſecundũ incompatibile beneficium accipiens primũ dimittere non cogitur,niſi expenſæ factæ ei reſtituantur.arg.c.qcunq;.

Expenſe.

12.q.2.quare infero,ſi clericus moriatur inteſtatus hæres eius poterit expenſas repetere quas clericus in beneficio fecit de ſuo patrimonio.Maximè,ſi clericus expreſſè illas repetendas decreuerit,ita abbas in.c.de multa.in.4. colum.verſi.2. fallit. de præbẽ. & cum ita promittentes obligarentur Hoſtien.& Panor.poſt eum dicunt aduerſus tales poſſe agi ad intereſſe.

Stipulationum materia

argu.§.fi.inſtituta de verborum obligatio.vbi non ſolùm res in ſtipulationem deduci poſſunt imò etiam facta,vt ſi qu id, fieri vel non fieri ſtipuletur: præterea ſecundum canones ex pacto quantuncunque nudo oritur actio.c.j.de pact.c. quo

62 cunque ſuffragio.12.quæſtio.2.cum ſimilibus.† Vel etiam vacantia beneficia dicuntur & eiſdem priuari poſſunt,quando ſunt aliqui,qui eis ſponte renunciãt, licet raro tales viderim, vel etiam in caſu capituli.vacante.de præbend. quo diſponitur vt de vna præbenda vacante duæ fieri poſſint, ſi eius ſup

63 petant facultates.† Et adhuc multis modis alijs quis beneficio priuari poteſt etiam morte alterius non expectata quæ mortis expectatio cauſa fuit derogationis illius promiſſionis beneficij cum vacabit.Sæpè enim aliquid permittitur in genere quod in ſpecie non permittitur ca.non exiſtimemus.

Vacationis modus ſecũdus

13.quæſtio.2.&.l.j §.qui quæſtionem.ff.de quæſtionibus, ſed poſt multa vt rem veram dicam & ne aliquem vera doctri-

na de

[a] na defraudem decretalis illa accedens. [a] quæ vult promiſſionem beneficij, cum potero valere hodie per Bonifacium octauum.in.c.deteſtanda.de conceſſ.præbend.lib.6. correcta
64 eſt, vbi decidit. † Omnem promiſſionem, per quam datur via ad beneficia vacatura, eſſe reprobatam & hæc ſunt illius ca.ſequentia verba. Licet olim fuiſſet canonica conſtitutionem decretum, intelligit de illa decretali accedens, quod hi qui aliquibus promittunt, cum poterunt, vel cum facultas ſe obtulerit, de beneficijs eccleſiaſticis prouidere facultate ſe offerente debeant prouidere. Correctio ſequitur: quia tamẽ, ſicut experientia docuit, per promiſſiones huiuſmodi, quæ fiunt ſub tali palliatione verborum mortis alienæ votum etiam ingeritur ac perſonis eccleſiaſticis grauamina plura inſeruntur huiuſmodi malis, & animarum periculis occurrere cupientes prouiſiones eaſdem & alias quaſcunque de cœterò faciẽdas per quas directè, vel indirectè aperiri via ad beneficia vacatura valeat autoritate apoſtolica pœnitus reprobamus, & omnibus viribus vacuamus. Decernentes inſuper per tales prouiſiones nullum deinceps quomodolibet
65 obligari: hæc ſunt igitur verba dicti.c. deteſtanda. † Ratio autem correctionis illius.c.accedẽs.fuit abuſus collatorum, quem timeo adhuc eſſe hodie, qui iſtis promiſſionibus beneficiorum abutebantur & ſic illo. c. deteſtanda. probatur abſum eſſe iuſtam cauſam caſſandi illa quæ aliter iuſta erant:
66 † ſæpe enim fit vt proter abuſum princeps priuilegia conceſſa aliquibus quaſſet & hoc fundamento mouentur iuſticiarij huius regni Franciæ qui nõ permittunt ſcholares tam noſtræ florentis & vetutiſſimæ aca demiæ Caturcenſ. quâm aliarum etiam gaudere eorum priuilegijs dicẽtes ipſos ſcholares abuti eiſdem, ſed ad Carrotium reuertor. hæc promiſſio enim cum potero omnes modos vacandi includit. & ſic vacationem per mortem, quæ quidem per.c.2.&.c.ex tenore de conceſſ.præben.ſuper ea promiſſionem non admittit propter votum captandæ mortis alterius cum in ea promiſſione cum potero poſſit machinari mors proximi ſicut in ea

a Eſt.c.accedens.in ordine antepenult.de conces præben. in antiquis. Prateius.

dum vacabit, quare tanquàm promiſſio turpitudinem continens non obligat.l.generaliter, iuncta proximè ſequen. l. ſi plagij.ff.de verbo.oblig.& toto illo titu.de condictio.ob turpem cauſam.ff.& codi.prætereà & talis conditio impoſſibilis eſt quia omnis.cōditio turpis vt eſt iſta de iure eſt impoſſibilis vt ſuperius dicebamus.

SVMMAE

1 *Iudæo conuerſo ad fidem beneficium conferri poſſe.*
2 *Petro pontificatus quo tempore conceſſus & omnem Epiſcopum Romæ.pontifici in quibus parem nu.3.*
4 *Diſcipuli qua de cauſſa electi: & numerum collegij præfinitum augeri poſſe & nu.5.*
6 *Mandatis de prouidendo qui pontifices vſi ſint. & nume.7. 10.11.12. &.13.*
8 *Ordinarium collatorem ſemel in vita in mãdatis grauari poſſe. & nu. 14.limito vt nu.16.&.19.ſublimito vt nu.17.& id quomodo accipiatur. nume.18.*
9 *Clauſulas aliquot in mandato non expreſſas intelligi.*
15 *Mandata ad caſus non expreſſos extendi non debere.*

CAP. II.

HAe igitur Expectatiuæ gratiæ, quas[a] hodie mandata de prouidẽdo dicimus, licet olim ab ipſis Romanis pon. paſſim concederentur prædictis tamen rationibus & pleriſq; alijs per conciliũ lateranenſe de quo in.c.2.de conceſſ.præb.necnon & per Alexãdri tertij cõſtitutionem de qua in.c.ex tenore.eod.tit.prorſus abrogata fuerunt. Quapropter Rom.pon.ordinarios per hæc mandata vlterius grauare non ſolebant: ſed idem ipſe Alexander. (vt arbitror) primus fuit, qui mandata, quibus Romana curia hodie vtitur, adinuenit, vt quiſq;. proſpicere poteſt in.c.

a Mouet me difficultas, quia aliud eſt mãdatum, aliud literæ. gloſſ.in.c. nonnulli. de reſcrip. & mandatum differt a gratia ex no.G.Caſſ. deciſi.34. n.1.6.&7 Prateius.

eam te.de reſcrip.in quo dictus Alexander tertius Epiſcopo
1 turonenſi mandat,† vt.M.qui de gente iudæa duxerat origi-
nem & diuina inſpiratus gratia fidem Chriſti ſuſcœperat re
cipiat in canonicum & præbendam ei conferat nec dedigna
retur ea cauſa,quod iudæus eſſet quaſi illis verbis dicere vel-
let,de iudęis ad fidem noſtram conuerſis fundatam fuiſſe ec-
cleſiam militãtem nam poſt ſeruatorem noſtrum à beato Pe
2 tro apoſtolo ſacerdotalis ordo cœpit† quia pontificatus.j.ei
dem in eccleſia datus eſt domino ei dicente, tu es Petrus, &
ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Ita igitur his
verbis conceſſus fuit Petro pontificatus & ſic ante Chriſti
paſſionem cum etiam hoc antea ei dictum fuerit & in hoc
videtur contrariari in.c.conſiderãdum &.c.fidelior. 50. diſt.
vbi habes Petrum poſt paſſionem Chriſti paſtorem eccleſiæ
fuiſſe datum & non ante:ſed,vt hæc,quæ contraria vidẽtur,
cõciliem dicendum arbitror Petrum ante Chriſti paſſionẽ
fuiſſe tantum apoſtolũ & poſt paſſionem fuiſſe paſtorẽ crea-
tum vide tex.ad hoc in.c.ſignificaſti de elect.quod ex prædi-
ctis Chriſti verbis innuit etiam dum dixit tibi dabo claues
&c.hoc enim erat in futurũ promittere ſi nõ de præſenti da-
re,quãtum verò ad cœteros apl'os:dico eundem honorẽ ha-
buiſſe & poteſtatẽ qui etiam,iubẽte ita eis dño,in toto orbe
3 terrarum diſperſi euãgeliũ promulgarunt:† vnde argumẽtũ
ſuum poteſt omnẽ Epm ſummo pon.parem eſſe,qd tñ intel
ligas quãtùm ad ordinẽ & rõne conſecrationis.c.loquitur.in
prin.24.q.j.Petrus tñ quantùm ad adminiſtrationẽ fuit alijs
maior.c.puto.2.q.7.qñ autem apl'i omnes conſecrati fuerint
nullibi reperit.Et ſi ſint q dicãt hoc in cœna dñi fuiſſe dicẽte
ei dño hoc facite in meã com.&c.c.in Cr̃o de cõ.di.2. alij di-
cunt fuiſſe dũ eis dictũ eſt ite &c.c.ꝓpriè de cõ.di.4.de Pau-
4 lo verò,& Barnaba habes in.c.qđ die.75.di.† At apl'i meſſem
multã vidẽtes,& operarios paucos eſſe rogauerũt dñm meſſis,
vt mitteret operarios in meſſem ſuã vt eis præcœperat dñs
Matthæi.9.& Lucæ.10. quare factũ eſt vt ab ipſis apoſtolis.
72.diſcipuli eligerentur inter quos fuit diuus Martialis &

lemouicorum,& illius noſtri triumphãtis collegij tholoſani
patronus mirificus quorum diſcipulorum typum geſſerunt
præsbyteri atque in eorum loco in eccleſia ſunt conſtituti.
5 Ex quibus optimum nunc deſumi poteſt argumentum licet
in eccleſia aliqua certus clericorum numerus pręfixus ſit ta-
men ſi illius eccleſiæ excreſcant facultates prębendæ etiam
augeri debent:ſed de hoc vide plenè in.c.cum Martinus fer-
rarienſis.cum ibi notat de conſtitu.& in.c.quanto.cum ibi
nota extra de cenſibus:ſed negari videar, fuit igitur dictus
Alexander omnium primus qui poſt lateraneñ. concilium,
6 & poſt ſuam propriam conſtitutionem mandatis vſus † eſt
quibus hodie romana curia vtitur:qui quidem Innocentius
3.qui ſtatim dicto Alexandro in ſede ſucceſsit demum eſt ꝓ-
ſecutus,vt in.c.dilectus.in.2.de præben.vbi quidam G. cleri-
cus mãdatum ab ipſo Inn.impetrauerat direxeratq; illud ca-
pitulo nouarien.mandat illi prædictus Inno.cuidam Vercel
len.Epiſcopo tanquàm delegato ad dictum mandatum exe-
quendum:vt vacante canonicatu in dicta eccleſia nouarieñ.
dictum.G.clericum in canonicum recipi faciat,& fratrem,
7 † expoſt honoriꝰ tertius.dicti Inn.immediatè ſucceſſor hęc
mandata cõceſsit etiam vt in.c.habetur.in.c.capitulum ſan-
ctæ crucis.de reſcript.† deinceps Gregorius nonus prædicti
honorij immediatus ſucceſſor idem fecit vt habetur in . c.
mandatum.cum duobus proximè ſequenti.de reſcri.vbi po
tiſsimum in illo.c.mandatum.cuidam nouienſi epiſcopo mã
dauit: vt magiſtrum.S.recipi faceret in canonicum,& fra-
trem ſuę eccleſiæ ſi eidẽ pro alio nõ ſcripſiſſet.& ſic his ver-
bis fit manifeſta probatio ſemel tantum in vita Papam his
mandatis grauare ordinarios,nec intentionis ipſius eſſe eos
8 grauare ſuper duorum receptione,† etiam ſi clauſula ſi pro
alio non ſcripſerimus appoſita nõ fuerit in mandato tamen
ſemper ſubintelligitur, ſicut illa clauſula ſi perſona idonea
eſt,vt in.c.cauſam,quæ.de elect.& illa ſi preces veritate nitã-
tur,vt in.c.ij.de reſcrip.ratio enĩ eſt:quia dictæ clauſulæ, &
ſimiles non videntur ineſſe cõditionaliter,nec cõditionẽ fa-

ciunt

ciunt cum eas neceſſariò adeſſe oporteat,nec valeret impetratio aliter:vt dictur⁹ ſum melius.j.& ſic ex.d.verbis.c.mãdatũ.deſumi argumentũ poteſt Papã perſonas literas nolle alicui inferre graue præiudiciũ,ſimile habetur in.c.ſuper eo.de off.dele.c.licet.pe offic.ordi.c.ex tuarum.de authoritate,& vſu pallij.c.nunc verò.9.q.3.&.l.2.§.meritò.&.§.ſi quis à
10 principe.ff.ne quid in loco publi.fiat.† poſt quẽ Gregorium eccleſia pro paſtore vniuerſali Inn.quatũ habuit,qui author fuit decretalis.j.de conceſſ.præbẽ.in.6.in qua.d.Inn.gratiam fecit cuidam drachoni in carnothẽſi eccleſia,ſub hac forma quia mandauit illius eccleſiæ canonicis,vt.d.draconẽ in canonicum reciperent,& fratem præbendamq;,vel dignitatẽ, ſi quam vacare contingeret eidẽ drachoni cõferrent quã du-
11 ceret acceptandam &c.Poſteà† Bonifacius octauus lõgo ſatis interuallo poſt.d.Inn.quartũ pontifex ſupremus creatus decretalẽ vltimam de præben.in.vj.cõpilauit,vbi mandauit Epõ pictauiẽſi,vt cuidã clerico de primo beneficio vacaturo in eccleſia pictauiẽ.prouideret cuius collatio ſpectaret ad dictã eccleſiam qua ſic habita gratia vacauit beneficiũ in.d. eccleſia collatio cuius ad vnũ canonicũ tm̃ ſpectabat,& nõ ad oẽs ſimul dubiũ erat an tale beneficium ſub prædicta gratia cõprehenderetur,rñdet ibi Bonif.diſtinguendo , de quo vide ibi pleniùs,ſatis em̃ eſt per illã decretalẽ nos oſtendiſſe
12 ipſum Bonif.his mandatis fuiſſe vſum.† ſubſequẽter clemẽs v.qui noſtræ nationis fuit,& prouinciæ burdegalenſis mediatè poſt.d.Bonif.Papa creatus in cõcilio viennẽſi quędã quæ ſuper his mandatis dubia erant declarauit,quæ omnia vide
13 cle.vnicã.de conceſ.prębẽ.† poſtremò Leo.x.qui noſtris diebus rexit eccleſiã vnà cũ inuictiſsimo,& venerãdę memoriæ Franſci.rege Francię certã his mãdatis formã in hoc Frãcię regno ſtatuit cum anteà diuerſæ formę eſſent ratione quarũ multa in dies oriebantur dubia.Ab ipſis igitur ordinatũ ex-
14 titit† quẽlibet Ro.pontif. ſemel duntaxat ſui Pontificatus tẽpore literas in forma mandati,de qua forma titulus expreſſus eſt per eundẽ Leo.in cõcordatis,poſsit cõcedere quibus

literis mādati is qui pro tempore erit romanus Pontifex col latores qui ad eorum collationem decem beneficia habebūt & patronos eccleſiaſticos qui totidem habebunt ad prę́ſentationem in vno beneficio grauare poſsit. Si verò minus habeant quàm decem huiuſmodi mandato per Papā grauari non poſsint. Ad quod vltimū facit tex.in.c.cui de non ſacer dotali.de præben.in.6.vbi eſt caſus ſi in aliqua eccleſia integræ præben.& dimidiæ etiam & per Romanū Pontificē mādetur alicui integram conferri prębēdā, licet is, pro quo ſcriptum extitit, dimidia cōtentus eſſe velit: ei de ipſa virtute ta

15 lis mandati non poterit prouideri hac ratione. † Nam hmōi mandata (quorum fines diligenter obſeruandi ſunt) non debent ad caſus alios quàm expreſſos extendi[a] & quia forma mandati vult ſi decem habeant &c. ergo ad eos qui minus,

16 quā.x.habent extendi nō debet. † Si verò quinquaginta, aut plus habeant in duobus, beneficijs ſeruata tamē ſemper prædicta forma, illos grauare poterit Hæc enim ſunt concordatorum verba ſed quod de collatoribus ordinarijs, & patronis eccleſiaſticis nunc diximus ita à ſummo pontifi. grauari

17 poſſe ſcilicet † aliter tamen de patrono laico dicendū eſt qui nullo modo per hęc mandata grauari poteſt proinde nec patronorum laicorum beneficia in turno graduatorum ſimplicium vel nominatorum cadunt gloſ. eſt notanda ad hoc in verbo ecclaſiaſtico titu.de colla.in pragma.qui eſt glo.ſimi-

18 lis in verbo præſentatio.§.ſtatuit autem eod.titu. † Quę vera intellige vbi talia beneficia purè ſpectarent ad præſentationē laicorū quia aliter eſt vbi laicus & clericus ſimul præſentarent quod fieri poteſt argu.c.per tuas.de arbitr.vbi in cauſa eccleſiaſtica in arbitrum clericum & laicum ſimul cōpromitti poteſt ſic etiam & in iure pręſentandi concurrere poſſunt Quo caſu talia beneficia ſaperent naturam clerici tanquam digniores.ca.vnico.§.verum de iure patro.in.6.facit.cap.quod in dubijs de cōſecra.eccleſiæ vel alta. Addo tex. adhuc in.l.quæ religioſis.ff.de rei vendi.& quod optime voluit Henricus boyc.in.cap.paſtoralis.de iure patro. dicens

quando

a Extendi hoc probat gl.c. edocere de reſcr. arg tex. c. ſedes eo ti. Sunt enim reſcripta intelligenda ſtrictè. d. gloſ.fi. nec de uno caſu ad alium extentio fit ut notant bartol. & ceteri.l.commodiſſimè. ff. de libe. & poſthu. Pratcius.

quando clericus,& laicus ſimul præſentant laicus in pręiudi cum clerici variari non poteſt idem voluit Panor.in.ca.cum propter eo.titu.ſed plenius de his vide per præbē. gl.in ver
19 bo eccleſiaſtico tit.de colla.in pragma.& † Quod dixi de beneficijs ad pręſentionē patronij laici exſpectantibus mandatarijs nō deberi,nec per ea ipſos patronos laicos grauari poſſe idem putes de beneficio monoculo hoc eſt de vnico beneficio ſpectante ad collationem alicuius,quod quidem beneficium non cadit ſub aliquibus impetrationibus vt vult gl. in verbo turnum.§.item placuit.de colla.in prag.& hanc rationem addo quia veriſimile non eſt Papam in hoc voluiſſe talem collatorem grauare qui cum vnicum habeat beneficium ad collationem fieri poteſt,id ſemel in vita ſua vacare ne igitur nomen collatoris in vanum deferat ita iure deciſum eſt: ſed vt ſuper hoc articulo breuiter agam de his vide Rotam deciſione.241.in antiq.& plenius adhuc per de Salua in ſuo tract.de beneficio parte.3.q.11.& numero.25.& in ſumma de his mandatis apoſtolicis vel gratijs expectatiuis ſeu reſeruationibus vide pleniùs,quàm dixerim per glo.in verbo.reſeruationes tituli de electio.propè princi.in prag.

Beneficium monoculū

SVMMAE.

1 *Limitatio regulæ mortæ mandantis expirat.& num.3.4.&.5.*
2 *Quando deſinat res eſſe integra,& quibus caſibus.*

CAP. III.

SEd nunc In hac materia mandatorū de quæſtione ſummè vtili quæro an mortuo Rom.pon.qui mandatum conceſſit ipſum mandatum expiret? videretur,quòd ſic per.l.mādatum.C.mandati &.§.rectè.in inſtitu.eod.&.l.ſi.ff. de ſolutionibus hæc enim iura clamitant morte mandantis mandatum expirare & ita hoc

1 in iure tritum eſt vt pro regula habeatur. † Quæ tamen ita
modificanda eſt vt illa vera cenſeatur re integra & non aliter
2 & ſic iura prædicta intelligenda ſunt. † Sed vſquequo res in-
tegra dicatur nunc ſciendum eſt, in cauſis enim res integra
dicitur donec lite conteſtata per.l.& quia.ff. de iuriſd. omni.
iudic. ſed in negotijs quærendum eſt, an, qui accepit nego-
tium in eo aliquid incœperit, vel quædam præparamenta fe
cerit vt eſt caſus in.l.j.§.cœpiſſe.ff.de pollicitatio.l.ſi pecuniā
in princ.ff.de condi.ob cauſam datorum, & tunc dico reuo-
cari non poſſe ne ſuum officiū ei dānoſum ſit arg.l.ſi ſeruus
cōis.§.qui verò.ff.de furt in cōtractibus autē vt in emptione
& venditione: licet mādata fuerit emptio res integra dicitur
donec emptor vēditori arras dederit aut aliter obligatio fue
rit ſubſecuta & ita in ſimilibus dicas. Quātùm autem ad ma
teriam noſtrā & quęſtionem propoſitā attinet intelligēdum
eſt rem non integrā eſſe, quia conceſſo mandato à ſum.pon.
iam ab eo collatus eſt canonicatus ad fines obtinendi dignita
tem in eccleſia cathedrali ſeu collegiata vel fieri etiā poteſt
quod proceſſus ante ſummi pontificis mortē erat iam fulmi
natus vt in caſu cap.ſi ſi ſuper gratia.de off.dele. in.6.vel etiā
3 datus executor, vel quid ſimile & † cum in hoc regno Frāciæ
canonicatus ſemper conferatur ſecularibus qui mandata ta-
lia à ſede apoſtolica impetrant vt ex forma mandati conſtat:
dico igitur in hoc regno mandata iſta morte ſummi pon. qui
ea conceſſit, maximè cum à ſecularibus impetrantur, non ex
pirare. Et breuiter in hac materia pro regula obſerua, ſi iam
incœpit intereſſe mandatarij: res integra non dicitur & ſic
mandatum non expirat aliâs ſecus. argu. l. ſi procuratore.§.
mandati.ff.eodem, qùare vt à prædictis me abſoluam illa ſic
concludo.

Morte mandantis, re non integra, mandatum non expirat.

4 ¶ † Imò & aliquando re etiam non integra mandatum non
expirat vt ſi mandatarius mortem mandantis ignoret & ali-
quid fecerit poſt mortem ſuam eo enim caſu aduerſus hære
dem mandantis agere poterit ne iuſta, & probabilis cauſa

eum

eũ damno afficiat.§.item ſi adhuc. inſtitu.eo.&.l.inter. circa
5 princ.ff.eo.† Prætereà & ſi tale mandatum eſſet quod initiũ ſuſciperet à morte mãdantis tunc etiam re integra nõ finitur vt ſi teſtator ſepulchrum ſibi fieri mãdauerit vel quid ſimile vt in.l.ſi verò.§.fin.ff.eo.& hæc dixerim pro vera prædictę quæſtionis reſolutione:ſed, vnde veni, nunc reuertor modo prædicto igitur ordinarij collatores hodie & patroni eccleſiaſtici per ſummum pont. his mandatis grauari poſſunt & non abs re ſi ita grauari dicantur cum per talia mandata libera collatio vel pręſentatio eiſdẽ auferatur nec ita facilè ſuis prouidere poſſunt ius ſanguinis ſolùm conſiderantes quod directe contrariatur.c.graue de præb. & dignita.cum ſimili.

SVMMAE.

1 *Mandatariũ apoſtolicum quibuſcunq; prouiſis præferri idq; beneficijs quouis modo vacantibus.nu.2.& id quomodo recæptum ſit.n.3.&.4.*
5 *Nominatum à rege Gallorum mandatario præferendum eſſe.*

1 *CAP. IIII.*

a ET tanta Eſt† autoritas ipſius mãdati[a] apoſtolici vt ea in forma prædicta impetrantes omnibus tam collatoribus ordinarijs, quàm graduatis quibuſcunq; vel ſimplicibus vel nominatis præferantur quod
2 etiam ex concordatorum verbis cõſtat.† Obtento igitur ſic mandato apl̃ico tale mãdatum impetrãs præferri debet cuicunq; in primo beneficio vacaturo ſiue vacet in menſibus in quibus ordinarius libere confert qui octo ſunt vt februarius martius mayus iunius auguſtus ſeptember nouember & december. Siue in mẽſibus graduatorum nominatorum qui duo ſunt vt Ianuarius & iulius vel etiam ſi in menſibus graduatorũ ſimplicium qui duo alij ſunt aprilis:ſcilicet & octo
3 ber.† Et hoc verum eſt, dum tamen mãdatarius infra tẽpus ſibi præfixum beneficium acceptet clemen.vnica de conceſſ. præb. quod tẽpus iuxta tenorẽ concordatorum eſt ſex men-
4 ſium ad acceptãdum & requirẽdum.† Quod aũt diximus ita primum bñficiũ vacãs deberi mandatario hoc verũ intellige

a Mandatorum apoſtolicorum materiam uſiùs proſequitur.d. Rebuffi.in cõcord.ſub rub.de mãd apoſto.& quid in his obſeruetur tradit Ioã. Bochetius enſa forme de playdoierie, au tiltre dés mandats Apoſt. Prateus

niſi vacaret ex cauſa permutationis: quia literę beneficiales quęcunq; ſint non extenduntur ad talia beneficia ex cauſa per mutationis vacãtia, cũ conferri debeãt ſolũ permutare volẽtibus hæc tñ meliùs, vt ſpero, ſuo loco inferius tangã vel etiã ſi ex cauſa ſimplicis & purę renunciationis vacarẽt de quib' pro nunc vide per glo. in verbo permutationis §. item qd oĩa
5 titu. de colla. in prag. † Præterea mãdatum apſicum de prouidendo non ſe extẽdit ad bñficia quocunq; iure vel pñtationis vel institutionis vel collationis ad regẽ noſtrũ iure regaliæ vel aliter ſpectãtia vel ad quẽcunq; aliũ laicũ etiã qa talia bñficia nullo modo debent mãdatarijs nec cadunt ſub turno graduatorũ ſimpliciũ vel noiatorũ p ea quæ dixim'. & arg. §. itẽ qd. d. v. pars iuncta ibi gl. in verb. regalię de anna. in prag.

SVMMAE.

1 *Nominationem vocem eſſe æquiuocam.*
2 *Nominationis, qua beneficij prouiſionem ſignificamus, definitio.*
3 *Nominatione ius non quæri, & cui prouiſioni æquiparetur.*
4 *Nominandus quæ conſideret & .18. & .21. Eiuſq; rei ratio. nu. 5. & rationis ratio. nu. 6.*
7 *Qualitatis etiam, quantitatis prioris beneficij in ſecundi impetratione faciendam eſſe mentionem contra communem.*
8 *Valoris etiã vacantis beneficij mentionẽ faciendam eſſe. Et in quo ſpectandus ſit. nu. 24. & cur inuentæ ſint nominationes. nu. 25.*
9 *Literarũ ad bñficia ſpecies variæ quarũ aliquæ cur iuſticiæ dictæ ſint nu. 10. cur in forma pauperũ. n. 11. cur gratioſæ. n. 12. & cur ad lites. n. 13.*
14 *Diuitiarum in reſcripto ad beneficia mentionem faciendam non eſſe.*
15 *Nouus ſenſus ad. c. poſtulaſti. de reſcrip. in vol. greg.*
16 *Saluatur dictum Hoſt. limitando concluſionem communem non procedere in amplo patrimonio.*
17 *Clerico viuere ex quo liceat & quid hæredibus ſit relinquendum.*
19 *Beneficiarium ad reſidentiam teneri.*
20 *Nominationi eadem eſſe inſerenda, quæ in reſcripto ad beneficia & à quibus illa concedatur.*
21 *Literarum etiam beneficij renunciati fiat mentio.*
22 *Vniti beneficij mentionẽ faciendã, & quo caſu hoc non procedat. n. 23.*

Beneficium

26 *Beneficium ſufficiens quod.& numero.28.*
27 *Beneficium quanti æſtimandum.*
29 *Mandatarius apoſt.quibus præferatur,& cõcurrentium mandatariorum vter alteri præferatur.nu.30.*
31 *Intellectus,& exempla ad reg.qui prior &c.partim ex iure diuino partim humano.n.39.& quib⁹ cõtractibus,& qñ locũ habeat.n.40.*
32 *Benedictio Iſaac,& Iacob inſtitutionis iure fungebatur.*
33 *Omne primogenitum Deo ſanctificandum.primogenituræ præſtantia, & translatio nu.34.iuſq; primogenituræ ex quibus conſtet.nu.35. eiuſdem priuilegia.nu.36*
37 *Iuri primogenituræ in quibus derogatum,& in quibus illæſum remanſit.& hæreditas à quo diuidenda.nu.38.*
41 *Iure quis potior,& quis traditionis effectus.nu.44.*
42 *Intellectus ad.l.traditionibus.C.de pactis.& quos caſus illius.l.diſpoſitio ſeſe protendat.nu.43.*

CAP. V.

VT ne aliquid In hac materia beneficiali intactũ remaneret quædam incidenter hîc in materia nominationum dicemus,ſuper reliquis me remittens ad dñm rebufium in ſuo tracta nominationum,qui ibi diffuſè & præclarè tetigit hanc materiam,prędiximus igitur mandatarios quibuſcunq; pręferri etiam graduatis,vel ſimplicibus,vel nominatis:& quia nũc
1 quibuſdam dubitari poſſet quid nominatio ſit: † quare dicas tanquã ſit nomẽ ęquiuocum in iure varijs modis ſumi poſſe de quibus per gl.in verbo nominationes.tit.de collat. in prag.& per eundẽ rebufium in princ.illius ſui tractatus
2 nominationũ : † hoc tñ loco noĩationes ſunt,quæ ab vniuerſitatibus regni conceduntur graduatis, & debito modo qualificatis,qui per tempus competẽs in vniuerſitate famoſa ſtudierint:vt eiſdem prouideatur.§.præterà.tit.de collat. in concord.& ſic ea ſumendo nihil aliud ſunt quã ius quoddã nominato legitimè qualificato beneficia vſq; ad certam ſummã,& certo tempore eiſdem præſtito vacantia acceptãdi,& demũ petendi competens:& qđ dixi nominationes eſ-

3 ſe ius quoddam † non propterea tñ intelligendũ eſt,per eas quæri ius in re,vel ad rem ſicut de mandatis prędiximus:ſed ſolùm per nominationes is qui ita nominatus eſt quoddam ius cõſequitur præparatoriũ ad beneficiũ in turno noiatorũ cadens obtinendũ ſicut à patrono præſentatus non qd velim propterea nominationẽ præſentationi cõparare cũ per præſentationẽ patroni ius ad rem acquiratur hoc eſt beneficiũ petendũ,& actio perſonalis aduerſus inſtituere habẽtẽ. c.cũ autẽ.&.c.paſtnra.is.de iur.patro. An aũt & qñ nominationes gratijs ehpectatiuis æquiparent,vide per gl.in verbo gradus.ti.de colla.in prag. Cõplura hîc tã in proſequẽda diffinitione prædicta nominationũ,quàm aſſumpſi,quã ſuper reliqua materia dicere poſſem,quę prætermitto cũ aperta manu hæc omnia rebuſius in ſuo prefato nominationũ tractatu effuderit quæ non repetã:vnũ tñ qd in hac materia videtur præcipuũ,& ſatis pede ſicco ab ipſo rebuſio palpatum
4 non omittã qũo in ipſis nominationibus impetrandis † tria ſunt neceſſariò per ipſum nominandũ exprimenda , primo gradus quos,vel quẽ habet , qui nominari vult.2 . numerus beneficiorum ipſius,quæ anta nominationes obtinet.3.qualitates beneficiorũ,quæ iam habet intelligo ego de qualitatib9 notab.& quę de facto bñficijs inhærẽt,puta mẽtio faciẽda eſt de cura animarũ,ſi quã beneficiũ iam obtentũ haberet c.cum illis.de præbẽ.in.vj.& cle.j.e.ti.ſcdm vnum intellectũ eiuſdẽ exponẽdo ita verbũ alteri ibi poſitũ hoc eſt de priùs habito:itẽ de qualitate reſidentię fieri debet mẽtio,ſi beneficiũ requirat reſidentiã arg.c.ſi.de cler.nõ reſid.inſuper exprimi debet,ſi tale beneficiũ dignitas ſit . c.ad aures.de reſcript. quẽ tex ad hoc Barbatias dicit ſingularẽ. Facit regula cancellarię volens in gratijs ſuper beneficijs eccleſiaſticis de qualitate illorũ.ſ.an dignitates ſint perſonatus,vel officia , vel eis cura animarũ immineat,& qui ad illa per electionẽ aſſumi conſueuerunt,mentionẽ fieri debeor:aliter quęcunq; gratię nullæ ſunt,addo ego optimum tex.ad hoc in.c.poſtulaſti.de
5 reſcrip. † & qd de his omnibus qualitatibus,ſeu ſimilib9 mẽtio fieri

tio fieri debeat hac ratione ꝓbo nã de oib⁹ eſt fienda mẽtio quæ rom̃.Pontifi.poſſunt inducere ad nõ concedẽdũ vel nõ ad ſic facilè cõcedẽdũ tex.eſt & notand⁹ in.d.c. poſtulaſti.de reſcri.atq̃ ꝑdictę qualitates ſubtrahere pñt ipm Rom̃. põti. à cõceſsione quia difficilius Papa dignitatem,ſeu curam,vel beneficium requirens reſidentiam concedit, quàm minora
6 beneficia.d.cap.poſtulaſti.† & ratio huius prædictæ rationis eſt qa quilibet cleric⁹ nõ eſt aptus ad illas qualitates:ideò neceſſario de his eſt fienda mentio.dum tamen dico mentionem fieri debere de prædictis qualitatibus & ſimilibus beneficiorum iam obtẽtorum notabilibus hoc verum eſt ſolum cum impetro diſpenſationem vt liceat mihi tenere ſecundum beneficium cum primo quia aliter diſpenſatio non valeret quod ſecus eſt ſuper impetratione quia tunc mentionem facere non teneor de qualitatibus beneficij iam obtenti niſi in genere.ita tenuit Panor.in cap.ad aures. de reſcrip. quod dicit mẽti tenendũ eſſe opinionem :cuius tanquam cõmunem tenuit Hoſtieñ.in.d.cap.poſtulaſti.&.c.in noſtra.de
7 reſti.Ioannes calderinus in illo.c.ad aures † Cui opinioni tamen quantuncunq; communis ſit ego retragor omnino, quare dico in impetratione,etiã.2.beneficij mentionem faciendam eſſe de qualitatibus primi in ſpecie nec ſufficeret ſi fieret in genere.hæc enim eſt noſtra ratio quiaCùm (vt verum eſt & vt diximus)de qualitatibus beneficij mentio faciẽda eſt & de omnibus quę mouere poſſunt Papã ad nõ concedendũ vel non ita facile concedẽdum. Atqui Papa plus moueri poterit qualitatibus beneficiorũ in ſpecie expreſſis quã in genere:hoc eñ oculis quãtuncũq; lypis patet.ergo ſemꝑ tales.qualitates in ſpecie exprimi debent,retorqueoq; aduerſus prædictos præfatũ.c.poſtulaſti.quod quidem expreſſè loquitur de impetratione beneficij ſecundi. Attamẽ Innoceñ. 3.ibi decidit qualitates in ſpecie eſſe exprimẽdas dicẽs in caſu illius.c.debere exprimi vicariã perpetuã ſi ꝑpetua ſit.& hæc per ea quę ꝑdiximus ita corroboro:quia qualitatibus in ſpecie nõ expreſſis in impetrationibus,cũ oẽs ad illas habiles nõ

ſunt,facilè Papa decipi poſſet & ſic eccleſiæ maximũ poſſet inſequi damnũ.¶ Sed an impetrans teneatur mentionẽ fa-
a cere de quantitate valoris [a] beneficij? Videretur quod nõ nã nullibi expreſſè cautum reperitur:quare videnda eſt gloſſ.
8 adhoc in clemen.j de præbend.† Attamen vrbanus Papa illius nominis ſextus in primordio creationis ſuæ voluit & ita ordinauit nedum impetrantes certum beneficiũ vacans vel certo modo vacaturum de valore illius teneri facere mentionem.Imò & de valore omnium beneficiorum quæ obtinerent tempore impetrati beneficij & hoc ſecundum communem æſtimationem,& non ſecundũ taxationem decimarum, quod grauè,aliâs voluit,& decreuit gratias nullius roboris, vel momenti fore: niſi proprio motu factæ eſſent Hanc prædi. Vrbani conſtitutionem referunt domini de rota deciſione.292.in nouis dicuntque ibi prędicti domini ita hodie ſeruari communiter hæc eſt igitur prædictę quæſtionis reſolutio prætermiſſis quàmpluribus ſuper hoc varijs ac ſuperuacaneis doctorumopinionib⁹.¶ Adhuc tamen maius dubium oritur,an impetrans literas ſuper beneficijs de nobilitate & diuitijs mentionem facere teneatur. Et prius, quàm quæſtionem hanc,quæ ſummè ambigua eſt , tangam
9 ſcire oportet,† literarum ad beneficia eccleſiæ diuerſas formas ſiue ſpecies:quia quædã dantur in forma communi quę aliter in forma cum ſecundum apoſtolum vel etiam literæ iuſtitiæ dicuntur vnde hæc omnia idem important & dicũtur in forma communi quia olim Papa non ſolebat grauare ordinarios in collatione beneficiorum nec literas gratioſas cõcedere ſed tãtũ ſcribere cõtra ordiatores vt ipſi ꝓuideret
10 illis,quos ad ordines promouerant† & quia hoc iuſtũ eſt & debitũ vt in.c.nõ liceat &.c.epiſcopus.de præben ideò tales eccleſiæ dictę ſunt de iuſtitia & quia fundatę ſunt ſuper illo apoſtoli dicto.Qui altari deſeruit &c.dictæ ſunt ea ratione
11 literæ in forma cũ ſcdm,apl'm de quib† in.c.cũ ſcdm apl'm eo.tit.Prætereà & tales literæ dici ſolent in forma pauperũ quia in eiſdẽ ſcribitur pro pauperibus dũtaxat ſecundũ illã formam

a Valoris An non expreſſo valore beneficij mandatum de prouidẽdo,vel ſimiles literæ ſint ſubreptitiæ.deciſi. ea.tol.435. & ibidem Aufrerius. Valor autẽ quomodo ꝓbetur notat Guil. caſſadoren.deciſi.ad reg. cancel.deci. 19.nume o 3.Prateius.

formã de qua.c.pauper clericus.de præben.in.6.c.poſtu laſti
12 in ver.neceſſitabus pauperũ de reſcri.† ¶ Quędã literę ſunt quę gratioſę dicunt & ſunt qñ vult alium Papa gratiã facere cõfert ſibi beneficium vel ſibi cõferri mandat nullo habito reſpectu ad prędicta de quibus in clem.gratię de reſcriptis. &.c.gratię eo.tit.in.6.& breuiter ille literæ gratioſe dicunt quoties in illis Papa ſuper aliquibus diſpenſat.c.ſi gratioſæ
13 iunct.glo.1.ibi hæc ita declaraui eo.tit.in 6.† Sunt & literæ ad lites de quib⁹,cum nihil,ad noſtrum negociũ pertineant quiſq; plene videat per Panor.in.c nõnulli.§.ſunt & alij de reſcrip.Nunc ad propoſitã quæſtionẽ reuertor Hoſtiẽ.in hoc ad aures voluit impetrantẽ literas ſup beneficijs teneri facere mẽtionẽ de nobilitate & diuitijs hãc rationẽ addens facilius redduntur nullę literæ impetratæ ad beneficia quàm literæ ad lites,impetratæ.cap.cæterùm.&.c.ad audientiam.in ſcdo de reſcr.& tamẽ quãdo reſcriptum ad lites impetratur mentio nobilitatis &diuitiarũ in eo fiẽda eſt vt firmãt cõmuniter ſcribentes in dicto cap.ad aures.ergo multò magis authen. multò magis. C.de ſacroſanctis eccleſijs &.c.cum in cunctis de electione.huic tamen opinioni Hoſtienſis communiter omnes contradicunt maxime Bald.in.d.c.ad aures quodam ſimili arguens & quærens promotus ad titulum ſui patroni, quod quidem ſufficiens eſt,volens beneficium impetrare de illo patromonio teneatur facere mentionem & reſpondet quod non dicens licet talis ſit intitulatus tamen non eſt beneficiatus argumẽ.l.qui rem. C.locati &.l. 3.§. ex pluribus .ff.de aquiren.poſſeſſio.Sed nunc aduerſum hæc obijci poſſet quare etiam de notabilitate & diuitijs nõ ſit facienda mentio ſicut de beneficio quãtuncunq; minimo quod impetrans obtinet.c.ſi motu proprio.de præben.in.6. adde tex.in.c.ſi proponente.de reſcriptis in antiq.& ibi vide gl.notabilẽ adducentem cõcord.& ibi AEgi. Bellemerę um Ad hoc facile reſpondi põt & dici eandẽ rationem non eſſe qa pluralitas bñficiorũ eſt,vt ſæpe pdixim⁹,canonib⁹ inimica pallegatis iurib⁹ ſed hęc rõ hĩc ceſſat ergo &c.vulg.iurib⁹

præterea & hoc caſu ceſſat ambitio quia nemo tenetur ſuis ſtipendijs militare.c.cum ex officijs. de preſcrip.& ideò dicimus clericum de reditibus ſui beneficij poſſe viuere & patrimonium ſi quod habet ſibi conſeruare vt notatur in cap.in
14 noſtra. de reſcriptis. † Proinde & huic communi opinioni quę vult non debere fieri mentionem in impetratione beneficij de diuitijs hanc noſtram nouam conſiderationem pro ratione addo quam deſumo de præd. c. poſtulaſti de reſcrip. in quo qdē per epiſcopum Veratiſſanonēſem. Quæſtio ſummo pontifici Innocen. 3. propoſita fuit an alicuius eccleſiæ perpetuo vicario boniſque paternis habenti,vnde valeat cō modè ſuſtentari teneretur per illam formam communem, cùm ſecundum apoſtolum & in beneficio prouidere eccleſiaſtico cui quæſtioni ſibi propoſitæ Papa ibi ita reſpondet cum per formam prædictam neceſſitatibus pauperum clericorum,qui nullum ſunt beneficium aſſecuti,ſedes apoſtolica duxerit ſuccurrendum perpetuus vicarius,niſi de vicaria mentionem fecerit,commodum reportare non debet de huiuſmodi literis vtpote veritate tacita impetratis non enim carere beneficio debet dici cui competenter de vicarię per-
15 petuę prouentibus eſt prouiſum &c.† Cum igitur ipſi Papę propoſitum fuiſſet an de vicaria perpetua, quæ per illum text.beneficium dicitur,& de diuitijs mentio in impetratione ſecundi beneficij fieri deberet de vno tantū:ſcilicet de beneficio decidit quod ſic ergo de alio hoc eſt de diuitijs videtur negare.c.nonne bene dicimus de preſumptio. quare cum communi concludo in impetratione beneficij de diuitijs mentionem fieri non debere. ¶ Sed an hoc verum ſit in eo qui amplum patrimonium habet, ita quod de eo abſque aliquo beneficio viuere optimè poſſet?& an,ſalua cōſcientia, talis beneficium eccleſiaſticum petere, & habere poſſit? Quantùm ad primum Barbatias in dicto capitulo ad aures.dicit ſi habens amplum patrimonium, pingue benefi-
16 cium impetrat,† & talis de ſuo amplo patrimonio mentionem in ſua impetratione non fecerit reſcriptum eſt ſurreptitium,&

tium,& hanc rationem aſsignat:quia non eſt veriſimile ſaltem non ita facilè Papam conceſſiſſe magnum beneficium habenti amplum patrimonium arg.eius quod habetur in.d. c.poſtulaſti.de reſcrip.& ita dicit ipſe,debet intelligi prædicta Hoſtienſis opinio volētis in impetratione de diuitijs mētionem fieri debere quod certè verum crederem maximè cū impetrantur literę in forma iuſtitię vnde dicunt ſcribentes cōiter per tales literas epiſcopus habenti ſufficiens patrimonium non tenetur prouidere per tex.in.c.tuis. de præbend. Quantum ad ſecundū verò Panort.in.c.poſtulaſti.in verb. venio ad ſecundum de reſcrip.& ibi Barbat.& in.c.Eps. de
17 pręb.Inn.& communiter omnes tenent † talem licitè poſſe viuere de beneficio,& reditus patrimonij ſui conſeruare idē tenuit Io.de lignio in cle.gratia.de reſcript.& Archi.in.c.ſtatutum.e.ti.in.6.nec obſtat tex.dicūt in.c.paſtor.j.q.ij.volens ſi quis ſit cui ſua ſufficiant de bonis eccleſiæ nō debet ali:qa tex.ille ſcdm Inn.& reliquos loquitur de clerico volente de beneficijs eccleſiæ viuere,& de patrimonio auarè theſauriſare:quod ſecus eſt ſi ſuis hæredibus vult conſeruare patrimonium:quare hanc opinionē tanquàm veritati conſonam ita concludo ſimpliciter hodie licitū eſſe ſeculari clerico de fructibus beneficij viuere dūmodò honeſtè viuat,& ſuis hæredib' p̄rimoniū conſeruet pro hoc addo ego glo.in.c.illi.12.
18 q.1.& in.c.fi.j.q.ij.¶ † Quæ oīa in impetrationib' bñficiorū dicta nunc puto vera etiam in hac materia nominationū, & ſic omnia quæ exprimenda ſunt in beneficijs impetrandis in ipſis nominationibus ſint etiam exprimenda:quia, vt diximus,nihil tacendum eſt de his quæ principem mouere poſſunt ad denegandum.c.quanuis.de præbend.in.vj.c.ſuper literis.de reſcri.& argu.c.18, cui.de præben.in.6.ſed qualitates primi beneficij mouere poſſunt ſummum ponti.ad ſecundū
19 beneficium denegandum † forſan ob reſidentiam ad quam propter curam animarum tenetur impetrans in primo reſidere propter quod poterat inuitus in eo retineri hoc vinculum,quo primo adſtringitur.c.ſi quis iam.21.q.2.quia,vt an-

te dixi,beneficiũ curatũ habens in eo tenetur perſonaliter reſidere,& non per vicarium:quia videtur electa induſtria perſonæ,& ſic non poteſt cura alteri delegari.c.is cui.de off. deleg.in.6.&.c.fina.eo.ti.in antiquis.facit.l.inter artifices.ff. de ſolutio.cum ſimilibus,niſi ex cauſa magna voluerit habere vicarium:vt fauore ſtudij,vel alijs cauſis ſimilibꝰ de quibus prędictum eſt.aut etiam propter quancunq; aliam qualitatem,quę poſſet ita mouere ſummum pontif.ad ſecundũ

20 beneficium denegandum,† quę omnia iſta locum ſibi vendicant etiam in nominationibus:nam vno ex prædictis poſſet moueri vniuerſitas ad non concedendum nominationes, vel collator ad non conferendum tali nominato beneficium ſed potiùs alteri minus beneficiato,& indigenti cum nominationes dentur in forma pauperum hoc aperti iuris eſt, & ad prędicta nunc facit cle.ſi romanus pontifex.de prębend. vbi prouiſio facta motu proprio valet,licet qualitas,vel numerus beneficiorum prius obtentorum non exprimatur:ergo ſi motu proprio facta non ſit quęcunq; impetratio,maximè ſi in forma pauperum fiat,in qua prima beneficia tacētur,cenſetur ſurreptitia,& nedum in impetratione nominationum de beneficijs iam habitis tenetur impetrans men

21 tionem facere,vt nunc dixi† imò & de literis prius impetratis ad beneficium,licet eiſdem iam renunciauerit.& hæc ratio eſt:quia ex quo per dictas literas poterat impetrans aſſequi beneficium & per eum ſtetit quominus nõ haberet perinde eſt,ac ſi conſecutus fuiſſet beneficium,ita expreſſè Pa-

22 nor.in.c.ad audientiam.in.2.de reſcript.† prætereà & de beneficio annexo mentio fieri debet qñ duę eccleſię ſimul vnitæ eſſent,ita qđ neutra ſubeſſet:ſed vtraq; eſſet per ſe principalis eo enim caſu de vtraq; oportet mentionem facere argu.clemen.j.de præben.&.c.j.in fine.de cõſecra eccleſiæ,vel

Beneficiũ unitum

23 altar.&.l.generaliter.ff.de fideiuſſor.† ſed qñ vnum ex beneficijs vnitis eſſet acceſſorium alteri tunc de tali beneficio acceſſorio non eſt facienda mentio ita notat Io.andr.in.c. ſuper eo.de præbend.in.6.& Rota deciſione.319.&.370. in nouis de

nis.de ordine autem annexo beneficio non eſt facienda men
tio:arg.c.ei cui.de pręben.in.6.& Panor.in.d.c.ad aures. de
reſcri.nec etiam de reditibus,ſeu valore beneficiorum de iu
re eſt facienda mentio,cum nec iure aliquo id caueatur ita
gl.in verb.qualitates.titu.de collat.in pragma.licet aliter or
dinatum extiterit per regulas cancellarię Inno.octaui regu-
la.21.iuncta gl.ibi & per concordata etiam,vt in.§.volumus
autem.titu.de collat.in concord.vbi hæc ſunt expreſſa ver-
ba:Volumus autem, quòd nominati literas nominationis
ab vniuerſitatibus,in quibus ſtuduerunt obtinentes in no-
minationum literis beneficia per eos poſſeſſa,& eorum ve-
rum valorem exprimere teneantur:alioquin literæ nomina
tionis huiuſmodi eo ipſo nullæ ſint,quid igitur apertiùs eſt,
quàm verum valorem beneficiorum iam obtentorum ho-
24 die debere exprimi? † Sed beneficij valor in quo attendatur
nunc videndum eſt gl.in verbo reſidendo.§.quod ſi quis ex
dictis titu.de collat.in prag.dicit verum valorem non atten
di ſi tantũ beneficium valeat in portatis ſed in loco reſiden
tiæ,& ibi perſonaliter reſidendo gl.tamen regularũ cancel-
lariæ Inn.viij.in regula 60.contrarium voluit dicens verum
valorem beneficij non computari in reſidendo,ſed in abſen-
tia:quare has duas gl.quę ex diametro purgare videntur ita
conciliandas puto,& ſic quod prædicta gl.pragmaticæ pro-
cedat in valore beneficiorum, quæ de ſui natura requirunt
reſidentiam,vt ſunt curata beneficia canonicatus & ſimilia.
at prædicta glo.regulæ cancellariæ in beneficijs ſimplicibus
25 quæ quidem,vt ſupra dixi non requirunt reſidentiam. † Sed
cur verus valor beneficiorum quæ iam obtinent,qui nomi-
nationes impetrant ita exprimendus ſit nũc videamus:qua-
re ſciendum eſt inter cætera cur nominationes inuentæ ſint
& ab vniuerſitatibus modo quo diximus concedantur hanc
eſſe rationem potiſsimam,vt ſcholaribus, qui nullum, aut
minus ſufficiens beneficium habent ſubueniatur.§.quod ſi
quis.titu.de collat.in pragmat.ſi igitur hæc eſt ratio,ergo ne
ſcholares,qui beneficij eccleſiaſticis abundant loca pauperũ

Gloſſarum contrarietas & concil. liatus

Requirentia reſidentiam,

occupent non minus ſanctè ,quàm honeſtè ordinatum per concordata extitit in.d.§.volumus.titu.de colla.verum valo rem beneficiorum quæ tempore impetrationis nominatio-
26 num ſcholares obtinent exprimi debere:† quare ex prædi-ctis notandum eſt beneficiũ dici minùs ſufficiens ſi non adſcendat ad ſummam ducentorum florenorum auri , & hæc ex verbis prædicti.§.qđ ſi quis. colligi poſſunt dum dicit ibi niſi ſcholaris aliter qualificatus habuerit beneficium,vel beneficia vſq; ad ſummam ducentorum florenorum auri has nominationes conſequi poſsit,etiam ſi facta vera æſtimatione,vt ſuper talibus fieri ſolet,decem floreni auri,vel minus deficerent intellige florenum auri pro ducato de camera qa in concernẽtibus literas apoſtolicas,& ipſam cameram apoſtolicam ducatus,& florenus auri ſimilis valoris ſunt ita glo. in.d.§.quod ſi quis.titu . de collat.in pragma . qui ducatus, vel florenus in hac materia idem ſunt quod libra Turonẽſ. quia olim multò plus adſcendebat libra,quam hodie,vt vult glo.in verbo cenſeatur prædicti.§.quod ſi quis.& in regulis
27 cancellariæ Innocen.regula.23. iuncta glo ibi . † Dictáq; eſt libra Turonenſis:quia cum aliâs initum eſſet generale concilium in ciuitate turonenſi Rex franciæ , qui pro eo tempore erat:quum Italos haberet odio in dicto concilio obtinuit,vt impetratio beneficiorum fieret ſecundum illam libram turonenſem,& quod vlteriùs non fieret per ducatos: ſed illa libra turonenſis erat eiuſdem valoris cum ducato:vt iam dixi licet non eiuſdem cunei ita gl.in prędicta regula cã-
28 cella.23.† Ex quibus nunc dictis infero pro ſufficientia honeſta alicuius ſcholaris ducentos florenos auri,ſeu ducatos de camera annuos requiri,qui ad quadringẽtas libras currẽtes aſcendunt,& non minus per ea quæ prædixi,& ita etiã hodie in nominationibus computatur quod bene notandum eſt:quia nec à Rebuffo.nec à quouis alio hoc ita cumulatũ reperietur,licet hoc caſu quodammodo incidenti hîc inſeruerim: ſed ad noſtram materiam reuertor.¶ Dicebam mã data apoſtolica de prouidendo tanti eſſe effectus,vt ea im-

petrante

petrãtes nedum temporis ordinarijs collatoribus vel etiam patronis eccleſiaſticis præferãtur imò & quibuſcunque graduatis vel ſimplicibus vel nominatis. Quid autem dicendum eſt ſi duo mandatarij ſint quorum mandata eidem collatori, vel patrono diriguntur, cum Romanus pontif. non intelligat vnum & eundem grauare ſuper duobus beneficijs iuxta cap. mandatum in fine de reſcrip. his duobus igitur manda-
30 tarijs ſic concurrentibus quis eorum erit præferendus † de hac quæſtione me breuiter expediens dico primum eſſe preferendum per cap. eum, cui. de preb. in. 6. vbi Bonifacius. viij. poſtquàm ius canoniæ cuidam in quadam eccleſia contulit, mandauit decano, & capitulo illius eccleſiæ vt de facto talem reciperent in canonicum & fratrem demum idem ſummus pont. in eadem eccleſia fecit cuidam alteri ſimilem gratiam & de facto in ſuis ſecundis literis mandauit dicto decano, & capitulo, vt talem reciperent etiam in canonicum & fratrem. Secundus impetrans diligentior alteri fuit, vt qui priùs literas ſui mandati præſentauit dicto decano, & capitulo, qui eum recœperunt in canonicum & fratrem. Primus verò impetrans demum ſuum mandatum præſentauit qui à prædictis ſimili modo recœptus eſt, dubitabatur quis horũ duorum, qui ita mandatum impetrauerant ſit præferendus? quia accidit vtroq; impetrantium ita recœpto vacaſſe quandam præbendam cui horum duorum debeatur? ibi deciſum eſt quod primo impetranti quantuncunque poſterior in præſentatione ſuarum literarum fuerit rationem ſubiungo quia in impetratione cuiuſcunque beneficij data literarum inſpicitur & non præſentatio vel receptio: ſi verò vnus ex duobus habentibus equales gratias & eiuſdem datę primus literas preſentat executori quàm alter & facit proceſſum fieri talis alteri prefertur in præbenda ſeu beneficio poſtea vacante propter huiuſmodi diligentiam, quia omnis executor ad prouidendum eſt collator iuxta notata in illo. c. pro illorum. de præben. & c. duobus de reſcrip. in. 6. & c. ſi cui. iuncta doctrina archidi. ibi de præben. eodem lib.

31 ✝Et ſic hoc caſu regula iuris locum habet qui prior eſt tempore potior eſt iure regula qui prior.de regu. iur.in.6. quàm corroborat tex.in.c.ſi pro te &.c.tibi qui gratiam de reſcri. eodem lib.hanc enim regulam cum ſua tota materia propo ſui hîc plene diſcutere eam priùs exemplis varijs tam iuris diuini quâm humani comprobans ob cuius rei gratiam ſe offert.j.loco tex.Geneſeos cap.27.vbi Iſaac filium ſuum maiorem natu ad ſe vocauit dicens. Sume arma tua pharetram, & arcum & egredere foras cumqúe venatu aliquid appræhenderis fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti & affer vt comedam & benedicat tibi anima mea antequàm moriar,quæ benedictio iſta pro hæredis inſtitutione habebatur vt aliquando plenè dixi in interpretanda auten. nouiſſi-

Benedictionis Iſaacnis.

32 ma.C.de inoffi.teſta.✝Et quod talis benedictio pro hæredis inſtitutione habetur pro nunc tantùm adfero id quod habetur in medio dicti ca.dum Iacob ignoranter à patre ſuo Iſaac fuiſſet benedictus ab eodem audiuit hæc verba:eſto domin[9] fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuę &c. Addo adhæc quæ habentur Geneſeos.43.cap. in fi.ſedebant primogeniti iuxta primogenita ſua & nimium iuxta ætatē ſuam.& eodem lib.48.cap.dum Iacob filijs Ioſeph benediceret ac manum ſuam ſuper caput iunioris qui manaſſes erat appoſuiſſet iam ſiniſtram verò ſuper caput effrayn natu maioris,dixit Ioſeph patri ſuo Iacob non ita conuenit pater qa hîc eſt primogenitus pone dextram tuam ſuper caput eius &c.& de hac prioritate quantûm Deus eam dixerit perpende ex verbis altiſſimi alloquentis Moſem Exodi. 13. capit.ibi

33 inquientis.✝Sanctifica mihi omne primogenitum,quod aperit vuluam in filijs Iſraēl tam de hominibus,quàm de iumentis &c.& numeri.3.capitu.locutus eſt dominus Moſi dicens meum eſt enim omne primogenitum, ſanctificaqúe mihi quicquid primum naſcitur in Iſraēl vide quid legatur etiam primi Paralipo.5.capit.in principio eiuſdem vbi oſtenditur

34 ✝Ruben fuiſſe primogenitum Iacob ſed cum violaſſet thorum patris ſui primogenita eius data ſunt Ioſeph qui filius etiam

etiam erat Iacob prærogatiua igitur magna & autoritas in
35 primogenitura erat & ſic in prioritate temporis.† Ius enim
primogenituræ eſt ius dignitatis adeptę cum viuente adhuc
patre filius vtatur, prærogatiua primogenituræ in omnibus
ſola ſucceſſione excepta quam adipiſci ſperat poſt mortem
patris ſecundũ gl. in. c. quàm periculoſum. 7. q. j. imò vt meli⁹
dicam ſolam adminiſtrationem bonorum patris cum iam ſit
quodammodo dñs eorundem in vita ipſius vulgata illa. l. in
ſuis. ff. de lib. & poſthumis, vbi hunc articulum aliquãdo ſpe
36 ro me tractaturum pleniùs.† Antiquo enim tempore pri-
mogenitura & ſic prioritas temporis multa habebat priuile
gia: primo in feſtis primogenitus præ alijs ſacrificium offere
bat. 2. ſedebat ad dexteram patris. 3. duplicatos ſuſcipiebat ci-
bos hęc tria enumerat gl. in pręd. c. quam periculoſum. 7. q. j.
4. veſtem peculiarem in oblationibus habebat. 5. in conuiuijs
& celebrationibus iunioribus benedicebat. 6. in fine benedi-
ctionem paternam obtinebat hæc tria alia addit archid. in. d.
c. quàm periculoſum. 7. duplicatam partem in diuiſione ob-
tinebat ſecundum Ioannem andræam in. c. licet. de voto, &
37 voti redempt.† Hæc tamen omnia hodie non ſeruatur tum
propter mutatum ritum tum etiam quia pro parte à iure
prohibitę ſunt: quantum ad benedictionem attinet æquali-
tatem debet ſeruare pater. §. illud. auten. de trien. & ſemi. col
lat. iij. Et notatur in autenti. ex teſtamento. C. de collationi.
Item quoad duplicatam partem inter filios & iure debet fie-
ri ęqua lance diuiſio hæreditaria & rerum. l. inter filios. C. fa
mil. erciſcun. l. fina. in fi. C. crimi. diuidun. Præterea cibos &
ęqualia alimenta debet filijs præſtare pater. l. ſi quis à liberis.
in princ. ff. de libe. agnoſc. Proinde quoad veſtes vt primoge
nitus peculiares habeat non puto id eſſe hodie: quia cum ap-
pellatione alimentorum veſtimenta veniant. l. legatis. ff. de
alimen. & ciba. lega. Si igitur cum cibos duplicatos nunc nõ
habeant. vt prænotatum eſt ſic, nec veſtimenta. Quicquid
tamen ſit primogenitura etiam hodie multis abundat præro
gatiuis quas quilibet per ſe ex prædictis colligere poteſt.

EE ij

38 Super qua materia adhuc primogenituræ & prioritate temporis quæro an verum ſit id quod vulgo dici ſolet quod primogenitus in diuidendis bonis ille ſit qui diuidat & minor ætate habeat optionem ſcribentes communiter in.c.j. de parochijs.per illum tex.tenent quod ſic,dicentes licet in familiæ hercifcundæ iudicio primus hæreditatem paternam diuidat:tamen minor natu frater primus eliget & partem ſibi debitam capiet & ita de Abraham legitur etiam Geneſeos 13.cap. qui cum ſenior Loth eſſet & dixit non ſit obſecro iurgium nec rixa inter me & te(fratres enim ſum⁹).Ecce vniuerſa terra ante te eſt,diſcede,obſecro,à me,ſi tu in ſiniſtram ieris ego in dextram vadam.&c.Et ſi ſint qui dicant, quod imò ſenior eligere debet quaſdam rationes addentes, quas pro nunc prætereo,Et quicquid etiam de iure ſuper hoc eſſe poſſet: de inueterata tamen cõſuetudine ſeruatur quod imo ſenior diuidat,& iunior eligat ita guido Papę quęſtione.289. de quibus adhuc vide per Bartolum & Alexandrum in .l.j. C.de his,qui ſe deferunt rurſuſq; dico tantæ prerogatiuæ eſſe prioritatem vt in diuidenda hæreditate inſtrumenta communia penes eum qui primogenitus eſt remaneant.l. fina.ff. de fide inſtrumen.Et ne plus,quàm deceat, fimbrias dilatare videar ſatis oſtendimus de veteri inſtrumento hanc prioritatem temporis multum eſſe commendatam. ¶ Sed an de nouo inſtrumento idem ſit & prædicta regula comprobari poſſit nunc videamus,quare primo loco id quod Lucæ.5.ca. habet adfero vbi de quodam patrefamiliâs legitur qui cum duos filios haberet adoleſcẽtior eorum dixit patri ſuo da mihi portionem ſubſtãtię &c.& cum diſſipatis bonis paternis viuendo luxurioſè is filius in domũ paternã ſe rurſus cõtuliſſet à ſuo pr̃e cũ ingẽti gaudio recept⁹ eſt dans ſtolã nouã annulũ & in pedes eius calciamẽta occidẽſq; vitulũ ſaginatum
38 &c.† Subſequit ibi filius aũt ſenior cũ in agro eſſet,& audiſſet hęc omnia indignatus eſt & nolebat intrare at qui roganti patri vt intraret ait,ecce tot annis ſeruiui tibi &c. Tunc pater reſpõdit filij tu ſemper mecum eſt & oĩa mea tua ſunt

&c.Ex

&c. Ex his vltimis verbis manifeſtum eſt prioritatẽ tẽporis adferre potius ius prętereà & Ioannis.5.c.legimus hieroſolimis fuiſſe probaticã piſcinã cognomento hebraico bethſaida dictam quinq; porticus habentem in quibus iacebat multitudo magna languẽtium, cecorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem domini deſcẽdebat ſecundum tp̃s in piſcinã, & aqua mouebatur, & qui prior poſt motionem illam aquę in piſcinam deſcendiſſet à quacunq; detẽtus fuiſſet infirmitate ſanus fiebat, quantę igitur potentię ſit prioritas temporis his veteris, & noui inſtrumenti teſtimonijs compluribuſq; alijs ſimilibus optimè cõpertum eſt, & ſic priorem tẽpore iure etiam eſſe potiorem:
39 † ſed vt propriùs materiam huius regulæ tangam, quàm ſit iure diuino comprobabimus: nunc verò humano iure, & ſic canonico, & ciuili, quia iura humana dicũtur gl. in verb. nequitias. §. cum itaq;. in procemio prag. illam modis pluribus firmabo, & à iure canonico tanquã à digniori exordiar, primóq; loco adduco tex. in. c. vltimo. 17. diſt. vbi ſancitum eſt Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ Epiſcopus, ſiue ad cõcedendũ in concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in quauis re alia ſua loca attendere, & prærogatiuã ſuorũ ordinũ ſibi vẽdicare, ac ſi ibi vellet innuere Grẹgorius qui prius dignitatẽ acceperunt alijs præferantur facit tex. in. c. Epiſcoporũ. 74. diſt. vbi ex concilio Agatẽſi conſtitutũ fuit Epiſcopos poſteriores non præponere prioribus. Addo tex. ad hoc in. c. ſi. 75. diſt. vbi Gelaſius Papa poſtquàm oſtendit quo tempore ordinationes præsbyterorum, & dyaconorum fieri debent mãdat expoſt cuiuſlibet vtilitatis cauſa ne poſterius ordinati prius ordinatis pręferantur ſimilis eſt text. in. c. j. de maioritate, & obed. cum concordantijs: de quibus per gloſ. ibi ratio prædictorum eſt quoniã ille gradus cęteros antecedere debet quem labor prolixior, & longiora ſtipendia fecerunt anteire. l. nemo. C. de offi. magiſtri officiorum. & quantùm ad prædictam regulam comprobandam, nunc ad ius ciuile me transfero ex quo exemplum, de diuerſis creditoribus deſu-

mam quibus debitoris obligatę ſunt vt is potior iure ſit, qui prior eſt tempore.l.potior.ff.qui potiores in pignore habeãtur.&.l.ſi fundum.C.eo.quàmplurimáq; ſimilia adhuc exẽpla iuris ciuilis his ſubiungere poſſem quę, vt breuitati conſulam miſſa facio; ſed iure optimo quis nunc mirari poſ-
40 ſet: † quare hęc iuris regula locum etiam ſibi non vendicet in contractu emptionis, & venditionis ſicut in alijs contractibus. & ſic vt prioritas hæc in venditione non attendatur: qa in eo contractu emptionis, & venditionis non prefertur is, cui res prius vendita eſt: ſed cui prius eſt tradita.l.quoties.C. de rei vendicat.dicerem ego hanc rationem eſſe: quia prędicta regula, qui prior &c.locum habet in his quorũ vtriuſq; cauſa par eſt, & non aliter c.per tuas.de maioritate, & obedientia.&.l.ſecunda.ff.de albo ſcriben.ſed poſt venditionem venditor adhuc remanet dominus rei venditæ, donec ea tradita.l.qui tibi hæreditatem.cum concord.ibi in glo.in verbo perſeuerant.C.de hæredi. vel actio. vendita vendendo
41 † igitur & tradendo.2.cauſa ſecundę potior erit.l.traditionibus.C.de pactis.vbi ab Imperat.Diocleti, & Maximi. deciditur traditionibus, & vſucapionibus dominia rerum trãſferri, & non nudis pactis, ergo in contractu emptionis, & venditionis ſola traditio rei venditæ dominum transfert, & non pactum. Traditionem autem dico quando realiter is, qui verus dominus eſt rei alicuius ipſam ex titulo habili ad transferendum dominium tradit.l.traditio.in princip.ff.de acqui.rerum domi.cum ſimilibus.& in hoc à quaſi traditione differt, quæ ex quadam fictione iuris ciuilis fit vt eſt caſus.in.l.quod meo nomnie.ff.de acquirenda poſſeſſ.l.quædã mulier.ff.de rei vendi.&.§.interdum.inſtituta de rerum diuiſi. multiſq; modis alijs adhuc fit hęc quaſi traditio de quibus per gl.in.l.iij.in princip.in verbo animo.ff.de acquiren. poſſeſſ.ad vnum tamen aduertamus à prędictis imperatoribus deciditur traditionibus, & vſucapionibus dominia rerum transferri, & non nudis pactis: ergo innuere videntur pacto veſtito abſque traditione rei, vel vſucapione dominiũ

minium transferri poſſe: quia qui de vno dicit &c. apertis adhuc iurib. quód eſſet aduerſus ea quæ nunc diximus & ad huc contra.l.ſi ager.ff.de rei vendi.vbi ex reſponſo caliſtrati iure con.habemus ex ſolo titu. emptionis abſq; traditione non transferre dominium ſimilis eſt tex.in.l.ſeruum. C.eod. vbi potiſsimum ex ſummario Baldi ibi habes titulum abſq; traditione non eſſe cauſam ſufficientem transferendi do-
42 minijs † quare vt omnia ſub tuto.ſint & prædicta.l.traditionibus.abſq; ſcrupulo remaneat intellige illa verba non nudis pactis De quibus ibi hoc eſt nõ traditione ſubnixis licet aliter aliquo iuris veſtimento veſtita ſint quaſi per illa verba velit ibi textus dominia & rerum quocunq; pacto etiam ve
a ſtito[a] non transferri niſi traditio vel quaſi ſeu vſucapio pactum ſequatur quomodo autem hoc ita iure conſiſtat ratio nem duplicem addam quorum altera quia ſi dominia rerũ ſolo pacto transferrentur nulla obligatio dandi in rerum natura repereretur cum iam datum eſſe hoc eſt trãſlatum ipſo facto Altera eſt quia principia naturalia ab actis hominũ in totum remoueri non poſſunt vtrãq; harum rationum aſſignat Baldus in.l.ea lege in.1.colũ. de condi.ob cauſam datorum Vnde concludo non ex pacto ſed ex traditione acquiri
43 dominium † & quibuſdam modis amplio primo vt etiam procedat in domino rei alicuius pro parte dimidia & pro indiuiſo qui ſi aliam partem dimidiam emit à ſocio ſine traditione non acquirit dominium ita Ang.Peru.in.l.2.ff.de ſtipu.ſeruorum & Iaſon in.d.l.traditionibus.2.amplio etiam ſi in tali contractu interuenerit inueſtitura puta impoſitio anuli vel pilei libri traditio vel enſis euaginati ſeu quoduis ſimile ſignũ Adhuc dominiũ nõ transferretur abſq; traditione glo.eſt adhoc notanda in.c.autoritate de inſtitutio &.cap.ex ore.in verb.anulo de his,quæ ſi.à maio.parte capituli & in.c.pro illorũ.de præben.canoniſtæ cõmuniter in.c. parte de cõſtitutio Bal. in.d.l.traditionibus & in rubr.C de contrahen.emptio.& Angel.in.l.licet.C.de acqui.poſſeſſio. hinc eſt quod in feudis videmus licet aliquis inueſtitus ſit ali

a Videtur innuere plura eſſe pactorum ueſtimẽta quã unicum ſolũ quod eſt rei interuentus contra gl.§.inſtit. quib. mod. re cõtrahit obli. & .l. iuregentiũ. ff.de pact. & doct.ibi dem cum reuera unũſit cũ iure illa ueſtimento rũ genera probari nõ poſſũt ergo non ſtatuẽda.in.l.illã. C.de colla. Imo uerò omnis contractus nominatus eſt pactũ nudũ l.j ff.de re. permu. ſed hoc alibi fuſius diximus Prateius.

quo ſigno prædicto tamen aute traditionem nullum ius habet, ſicut nec in alijs rebus ita tex.in.c.ſi facta.& ibi Bald. in
44 j.col.ſi de feudo defunct.conten.ſit in vſibus feud.† ex prædicta igitur deciſioni.l.traditionibus.colligi poteſt ratio ad dictam.l.quoties.decidentem ſi eadem res duobus vendatur diuerſis temporibus,& tradatur emptori ſecundo illo caſu ſecundus primo præferatur:quia in ſecundum trãsfertur dominium mediante traditione.Primus verò ex ſolo titulo nullum dominium,nec ius habet in re,ita glo.& ibi doctores in dicta.l.quoties.

ARGVMENTVM

Quibus caſibus admiſſum an non ſit dominium ſine traditione transferri,& canon canonem,volũtas voluntatem tollant,& de mandatariorum prælatione.

SVMMAE

1 *Ex contractu cum principe inito dominium non transferri.at in libello ſupplici diuerſum ius ſtatui nu.2.limitatur etiam, vt nu.3.*
4 *Signatura transferri dominium rei:quibuſq; hoc admitti debeat.*
5 *Limitationes ad regul.qui prior eſt tempore &c.*
6 *Vltima voluntas in quibus caſibus pro lege ſeruetur.*
7 *Iuramento liberam teſtandi facultatem non tolli, & priore voluntate iurata quibus caſibus recedere liceat.nu.8.*
9 *Lex poſterior priori præferenda.*
10 *Canone canonem tolli & abrogari.*
11 *Serpentem à Moſe erectum cur deſtruxerit Ezechias.*
12 *Inſtituta prædeceſſoris ex cauſa tollit ſucceſſor.*
13 *Caſus fallentiales ad regulam ex duobus mandatarijs apoſtolicis concurrentibus priorem impetrantem præferri & nu.14.15.16.18.19.& numero.20.*
21 *Antinomiæ.c.ſi pauper clericus.& cle.gratiæ conciliatio.*
22 *Beneficia duo poßideri ſine diſpenſatione poſſe.*
23 *Beneficium primũ vacans mandatarius acceptet quo admitti debeat.*

Nunc in

CAP. VI.

NVnc In hac materia ſe offert pulchrum dubium in quo ſępe hæſitaui: nunquid diſpoſitio prædictę regule locum etiam habeat in principe vendente vel donante vel aliter contrahente, ita quod ibi ad transferendum dominum requiratur traditio an verò ſit ſpeciale in principe quod ex ſolo contractu ſine traditione dominum transferatur in vtranque partem cum noſtris ſcribentibus hoc dubium mouere poſſem ſed hæc eſt noſtro iudicio vera huius dubij reſolutio quam tradit Bal. in cap. ij. vlti. colum.
1 de noua forma fidelitatis in vſib. feudo. † aut à principe contrahitur & tunc in tali contractu ius commune ſeruandum eſt vt ante traditionem non acquiritur dominum neq; poſſeſſio & ſic debet intelligi. l. omnes &. l. bene à zenone. C. de quadrienn. præſcrip. quæ decidunt in contractu cum fiſco
2 vel cum principe facto ſeruandum eſſe ius commune. † Si verò princeps hoc faciat per modum priuilegij vel gratiæ & non via contractus, ſed ſupplicationis tunc ex ſola gratia cōceſſa à principe transfertur dominum quia hæc eſt natura
3 collationis gratioſæ. c. ſi tibi abſenti de præben. in. 6. † Quæ prædicta tamen: ſcilicet quod ex ſola traditione transferatur dominium & nō aliter nunc multis modis limito vltra quinque modos quos adfert Accur. in glo. fina. d. l. traditionibus, primo vt non procedant in dei pauperibus vel locis religioſis in quos abſque traditione aliqua poſſeſſio rerum quæ eis relinquuntur transfertur omnino, ita Innocen. 3. in cap. 2. de cōſuetudine & impera. Iuſtinia. in. §. ſi quis autem in. 2. auten. de eccleſiaſticis titulis colla. 9. 2. in fiſco in quem etiam dominium rerum tranſit ipſo iure abſq; traditione. l. vnica. §. cum autem. C. de cadu. tollen. 3. in donationibus cauſa mortis. l. 2. iuncta glo. ibi. ff. de mortis cauſa donatio. 4. in tribus iudicijs vniuerſalibus vt familiæ herciſcundę communi diuidundo & finium regundorum ità gloſſ. in. l. & ideò in princip. ff. de condictio. furti. adferens text. formalem ad hoc in §. final. in Vniuerſalia iudicia

inſtitu.de offic.iudic.ita & in materia ſocietatis dicas per.l. ſecundam.ff.pro ſocio. Quintò in beneficialibus in quibus per ſolum titulum,& inueſtituram ſine quauis alia traditione ius acquiritur.c.propoſuit.iuxta gl.interlineari ibi in verbo inueſtitus.quæ ita declarat de conceſſ.prebē.Sextò in dote cuius beneficium ipſo iure transfertur in vxorem.vel vbi debitor in fraudē creditorum alienaret.§.item ſi quis in frau
4 dem.inſtitu.de actionib.† Septimò & vltimò pro nunc limito non procedere ſi res empta ſignetur:quia per talem ſignaturam ita transfertur dominium ſicut per traditionem ,vt ſi quis in nemore exiſtens arbores,quas emit ſibi conſeruari ſignauerit textus eſt notandus in.l.quòd ſi neque.ff.de periculo & commodo rei venditæ quem ad hoc reputat ſingularē Ludouicus romanus in ſuis ſingularibus.hoc vltimum tamē ſublimito non procedere in dolio vini empto;quia per ſolā ſignaturam dolij vini dominium non transfertur text.eſt in l.j.§.ſi dolium.ff.eodem titu.& rationem differentiæ vltra omnes hanc dicerem eſſe quare per ſignaturam arborū, ſeu trabium dominium transferatur,& non per dolij ſignaturā: qa primo caſu bonitas eſt extrinſeca,& ſic apparet propterea ex ſola ſignatura transfertur dominium,ſecundo verò caſu bonitas intrinſeca eſt,& ſic per ſolam ſignaturā nō transfertur dominium niſi deguſtatio ſubſequatur per quam bonitas illa apparebit:quare pro vera huius articuli intelligentia duas hîc conſtituo regulas.

Prima Regula.

¶ Per ſolam ſignaturam in rebus,quæ bonitatem extrinſecā habent transfertur dominium,& ita intelligi debet prędicta.l.quod ſi neque.ff.de pericu.& commo.rei vendi.

Secunda Regula.

Per ſolam ſignaturam earum rationum quę bonitatem intrinſecam habēt,niſi deguſtatio ſequatur nō transfertur dominiū.& ita procedit illa.l.j.§.ſi dolium eiuſdem tit. quæ & ſi prędicta duo iura cōtraria videanť ita optimè cōciliata ſunt
5 † ex quibus omnibus quę nūc diximus ſupereſt in contractu

emptionis

emptionis,& vend.potius ius eſſe ſecundi emptoris quã primi ſi ſecundo prius res tradita fuerit per illam.l.quoties.rationes iã tetigim⁹,& ſic regula illa,qui prior &c.illo caſu ceſſat quod idem in teſtamentis dicendum eſt,vt vltimum potius ſit,quàm primum & ſic quod per ſecundum primũ rumpatur.§.poſteriore quoque teſtamento.inſtituta.quibus modis teſta.infir.Hoc tamen dicerem procedere fauore teſtatoris,qui voluntatem ſuam vſq; ad mortem deambulatoriã habet.l.ij.ff.de adimendis legatis quando iure con. ibi vult rem ſemel legatam,vel in totum,vel pro parte ex poſt à teſta
6 tore adimi poſſe.† Vltima enim voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt.c.vltima voluntas.13.q.2.&.§.diſponat teſtator. authen.de nuptijs.colla.4.intellige verum cum talis voluntas teſtatoris rationabilis eſt,& non aliàs:nam ſi moriens filium ſuum exhæredare vult abſq; cauſa legitima talis voluntas teſtatoris ſeruanda non eſt.c.ſi quis iraſcitur.13.qõ.2.ſine cauſa igitur iuſta exhæredationis filius à patre hodie exhæredari non poteſt,quæ cauſa iuſta in teſtamento inſeri debet authen.non licet.C.de liberis præteritis, vel exhæredat. & ibi plenè perſcribentes de hac materia. Pręterea & ſi quis corpus ſuum in mari proijcere præcipiat:talis voluntas cum omninò à ratione aliena ſit,ſeruanda non eſt.l.quidam.ff.de conditio.inſtitutionum,imò à iureconſulto ibi deciditur potius,quam repellendum ab hęreditate,laudandum magis eſſe quàm accuſandum hæredem,qui teſtatoris reliquias non in mare,ſecundum ipſius voluntatem abiecit:ſed in memoriam humanæ conditionis ſepulturæ tradidit.& ſic in ſimi-
7 libus dicas,de quibus per glo.in dicta.l.quidam† Sub hac tamen materia de quęſtione quotidiana quęro ſi quis iurauerit non venire contra voluntatem ſuam: nunquid eo caſu adhuc per contrariam voluntatem à prima recedere poterit videretur quod non: quia cum tale iuramentum non vergat in interitum ſalutis æternæ ſeruandum eſt.capitulo,ſi verò. de iureiurando.in antiq.ſed veritas eſt tale iuramentum non obligare & hæc ratio eſt: quia nemo

poteſt ſibi inducere legem vt non liceat ei recedere à priori voluntate.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de legat. 3. nemoq; libertatem ſupremi iudicij poteſt conſtringere vulgata illa.l.j.C.de ſacro.ſanct.eccle.Gloſa tamen in prędicta regula qui prior de reg.iur.in.6.aliam rationē adferre voluit.

8 † Quare regula hæc verum non habeat in vltimis voluntatibus dicens eam intelligendam eſſe in contractibus & in his quæ à duorū pendent voluntate & non in ijs quæ ex vnius: ſed meo iudicio & ſub tanti doctoris correctione dicerē rōnem prædictā non poſſe ſubſiſtere.j.dum vult hanc regulam verum habere ſuper ijs quæ à duorum pendēt voluntate & ſic in omnibus contractibus dixi iam id nō eſſe vtrum in cōtract.empti.& vendi.præfatis iam rōnibus. Quando autem dicit in ijs quæ ex vnius voluntate pendent non poſſe locum habere id etiam veritati diſſonum eſt quod patet in legibus conſtitutionibus & canonibus quia licet à voluntate vnius: ſcilicet concedētis principis,pendeāt tamē priori ſtandū eſt ca.hoc ipſum.33.q.2.vbi hoc expreſſum in litera eſt, quoties in geſtis cōciliorum diſcors ſententia inuenitur illius ſententia magis teneatur cuius antiquior & potior extat autoritas hoc idem vult tex.in.c.dn̄o ſancto.50.diſt. Sed ne à tanti viri opinione diſcedam dicā eam iure ſtare poſſe nec quæ aduerſus eam opponebam obſtabūt dum priùs dicebam illā ſuam opinionem in contractu empt.modo poſſe procedere quantuncunque ex voluntate duorum pendeat', quia hoc verum eſt quo ad dominij tranſlationem quám ſola traditio operatur dicta.l.quoties. ratio enim eſt propter duplex vinculum ibi exiſtens quod fortius vno eſt.c.j.de treug.& pact.l.re cōiuncti.ff.de leg.3.& auten.itaque.C.communia de ſucceſſio. cum ſimilibus:ſed adhuc primus emptor caſu illo quantùm ſua interſit ex empto agere poterit dicta.l.qui tibi hæreditatem.C.de hæred.vel acti.vend. Prætereà dum volebat hanc regulam veram eſſe in his, quæ ex duorum voluntate pendent:fateor vbi eſt paritas: & non aliter atqui in contractu emptionis inter contrahentes paritas non eſt, vt iam dixi.

9 Erit igitur, quare regula in eo cõtractu non procedat. † Quã tùm ad ſecundum verò quod dicebam: ſcilicet quod lex vel conſtitutio antiquior ſequenda eſſet, & ſeruanda, intellige hoc verum, cum ambæ conſtitutiones, vel leges ſunt particulares, & locales & ſic recipiendus eſt textus in ca. hoc ipſum. 33. quæſt. 2. & cap. domino ſancto. 50. diſtinctio. & in cap. in canonicis. 19. ſed ſi ambę generales ſint ſemper poſterior priori præiudicat. c. j. de cognati. ſpirituali & l. non eſt nouum. ff. de legibus. ¶ Sed quomodo id fieri poteſt, vt vnus canon alteri præferatur cum omnes inſtinctu ſpirituſſancti promulgati ſint? ad hoc ita reſpondeo quod duo canones contrarij eſſe poſſunt: & tamen vterque iuſtè erit inſtitutus.
10 † Et quod vnus iuſtè ſtatuerit alter contrarium ſtatuere poteſt quod ex decretis ſuper electione ſummi pont. ordinatis patet quia in quibuſdam cõſtitutum fuit talem electionem, præſente imperatore fieri, vt ſcandala, quæ in ea ſequi poſſent, vetarent; verùm, quia imperatores quãdoque officium ſuum ignorantes primi erant, qui frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapſi catholicæ, & matris eccleſię vnitatem impugnare conabantur: factum eſt, vt ſanctorum patrum ſtatuta aduerſùm eos prodita ſint; quibus cautum eſt, vt vlteriùs tali electioni ſe non immiſceant, nec quiſpiam eccleſiam ſuffragio eorum obtineat ſub anathematis pœna. c. quia ſancta Romana eccleſia. 63. diſtinctione hoc enim factũ eſt ea ratione, quia quæ à prædeceſſoribus, & maioribus noſtris virtuoſè fuerant acta ex poſt in errorem verſa ſunt non enim debet reprehenſibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoq; varientur humana: præſertim cum vrget neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit ca. non debet. de conſangui. & affinit. quare dicit Bald. in l. vnica. in princip. C. de cadu. tollend. ſicut medicus tempora obſeruat ita & iuriſperitus, quod & in veteri inſtrumento actum legimus vbi poſtquam † Ezechias templa idolorum diſſipauit, contriuit ſtatuas, ſuccidit lucos, & æneum ſerpentem fregit: quem dei iuſſu Moſes fecerat ne ſerpentina morte populus

Medicus quid obſeruet

11

interiret:ideò populus ipſe colere eum cœperat, & venerari idcirco deſtruxit iſte Ezechias:ſcilicet quod iubente domino ille,ſcilicet Moyſes fecerat & hæc eſt magna autoritas eccleſiæ,vt ſi qui ex prædeceſſoribus,& maioribus noſtris aliqua fecerunt quæ tempore illo ſine culpa eſſe poterant: & poſteà vertantur in errorem,& ſuperſtitionem ſine mora aliqua &
12 cum magna autoritate à poſteris deſtruantur. † Ex quibus argumentum deſumi poteſt ſucceſſores anteceſſorum facta & inſtituta mutare debere etiam ſi bona ſint ſi ea exemplo eſſe pernicioſa videant ſimilem tex.addo in cap.videntes.12. quæſtio.j.cap.j.35.quæſt.j.cap.cor epiſcopi.68.diſtinctio.cap. boni in fi.96.c.ſuggeſtum.de decimis &.§.ſed nedum talia inſti.vi bonorum raptorum ſed ne fines agrorum noſtrorum omnino tranſgredi videamur,ad prædictam quæſtionem redeo,ſi duo igitur ſunt mandatarij,concurrentes,qui mandata eidem collatori vel patrono dirigant, præfertur primus in.j.beneficio vacaturo ratione ſuperius dicta, & quod primus.2.prẹferatur:idem in quacunq; impetratione dicas hoc enim in hac materia mandatorum. & quaruncunq; aliarum impetrationum ſeruandum eſt pro regula. Quæ tamen.j.fallit in caſu.c.quia ſepe de præben.in.6.vbi ſi in aliqua eccleſiâ prẹbenda dignitati annexa eſt & ea vacante ſit vnus qui præbendam ſolùm impetret & aliâs dictam præbẽdam ſimul cũ

Fallentia

13 ſibi annexa dignitate.2.impetrauerit † deciditur ibi primo ſecundum eſſe prẹferendum ratio eſt quia ex quo vnum connexorum habet,habere debet & reliquum.c.tranſlato ſacerdotio.de conſtitutio.facit.c.ſuper eo.de præb.in.6. Fallit ſe-
14 cundo † quando primus in acceptando & petendo negligẽs eſſet vt puta ſi Papa canonicis eccleſię caturcenſis mandet vt mihi præbendam ſi qua vacaret aſſignarent alioquin primo vacaturam ſi accidat eam vacare & ego negligens fuerim in ea acceptanda & petenda an gratia mea expirauerit ita quod aliam poſteà vacantem petere non poſſim dico ego talem meam gratiam extinctam eſſe ob meam negligentiam & alterius ſecundo impetrantis negligentiam qui for-

qui forſam talem poſtea acceptauit hoc optimè probatur p tex.in.cap.ſi clericus.in princi.inhęrendo literæ eiuſdem de præben.in ſexta quartum noceat igitur negligentia nunc apparet quia per eam ius quod quis habet vel in futurum habere poteſt dimitti dico negligentem quia forſan diſidioſus
a erat vel quia tales execrabatur vel lunt ius ignorabat [a] ſed ſi talis qui ſit virtute ſui mandati acceptare debebat infirmitati graui detinebatur vel alienus à mente erat vel iuſta cauſa abſens relicto procuratore qui pro tempore illo erat mortuus vel his ſimilia hoc enim caſu primo impetrans præbendam non perderet facit cap.cõmiſſa de electi.in.6.non enim poteſt dici negligens qui experiendi non habuit poteſtatem cap.vlti.eod.titu.& lib.&.c.quia diuerſitatem de conceſſio præbende in volumi.Grego.Quando autem quis negligens dicatur puto arbitrio boni viri & iudicis id relinquendũ eſſe per.l.continuus actus.§.cum ita ſtipulatus ſim.ff.de verb. obligatio.non enim dico quod talis mãdatarius ſtatim poſt mortem præbendati vel cuiuſcunq; alterius beneficiati talem præbendam ſeu tali beneficium virtute ſui mandati petere neceſſario debeat imò aliquod tempus ei præfigendum eſt intra quod deliberet an talis præbenda ſeu aliud beneficium vacans ſibi de iure debeatur necne facit ad hoc.ca.vlti. de conſuetu.eod.lib.in.6.arbitrabitur ergo iudex hoc tempus ſecundum qualitatem negotij perſonarum,& loci.c.cupientes.de electio.eo.lib.&.argu.l.2.ff.de re iudica. ita hæc notauit etiam Ioan.and.in prædicto.c.ſi clericus de præbẽ.
15 in.6.¶ Fallit.3.† quando in.2.mandato eſſe clauſula antefer ri hoc eſt quod in eo expreſſe Papa diceret ſecundum velle præferri primo:eo enim caſu.2.præferens eſt pono caſum ſic in ſpecie Papa fecit mihi per gratiam in Toloſana Eccleſia conferens mihi ius canoniæ mandanſq; canonicis eiuſdẽ vt mihi præbendam,ſi qua vacaret,conferrent alioquin primo vacaturam cum decreto irritante demum ſimilem gratiam Papa alteri fecit cũ clauſula anteferri, qua voluit talẽ præferri quibuſcunq; prioribus ſimilẽ gratiam impetranti-

a Sublimitatio fallentie, ſeu, ſi volueris, ampliatio ad regulã.

Negligens quis

Decretũ irritans

Clauſula ã teferri.

bus vacat pbenda cui debebit,dico ſecūdo virtute illi⁹ prędictæ clauſulæ anteferri hoc enim hr̄ in.c.pen.de pb.in.6.de qua clauſula adhuc eſt text⁹ in.c.autoritate.de cōceſſio pbē.eo.libro Fallit quarto qn̄ bñficiū vacaret in Roñ.curia Nā de caſu mādatario quantuncūq; primo tali beneficiū vacās nō debet:imò Papa intra mēſem illud quodcūq;,ſit, liberè cōferre poteſt nec quiuis alius,præter Romanum pontificem,quacunq; ſit ſuper hoc autoritate innitus ſint iure ordinariæ poteſtatis ipſorum beneficiorum electio,prouiſio ſeu collatio ad eum pertineat ſiue literas ſuper aliquorum prouiſione generalis,ſeu ſpeciales ſub quacunq; forma verborum receperit conferre intra dictum menſem alicui,vel aliquibus non præſumat quód ſi ſecus actū fuerit voluit Papa eſſe irritū & inane hoc apertum eſt in.cap.2.iuncto.c.ſtatutum proximè ſequen.de præben.in.6.à quo autem tempore menſis prędictus ad conferendum ſic beneficia per Papā currere incipiat & de computatione tēporis in talibus vide per glo.in verb. numerandum dicti.c.ſtatutum Fallit quinto in caſu.c.cum in eccleſia eiuſdē tituli,& libri in qua talis effectu eſt in eccleſia lombareñ.longo tempore,& ſufficiēti ad introductā cōſuetudinem obſeruatum extitit Epiſcopū vocē in.capitulo tā quàm canonicum,licet non eſſet,habere & quod in ea,vt cęteri canonici,haberet pbendā,& ſic factū eſt i illa eccleſia tredecim pbendas eſſe licet non eſſent niſi duodecim canonici poſtea Papa mihi contulit canonicatum in ea eccleſia canonicis eiuſdē mandās,vt me in fratrē,& canonicū reciperent &,prebendā,ſi qua vacaret,mihi cōferrent alioquin pximò vacaturā accidit Epm illius eccleſiæ mortuū eſſe quare effectū eſt,vt pbenda,quā habebat,vacaret.Quęſtionis eſt nunquid virtute mea gratię talē pbendā petere valeā quare ibi deciditur id fieri nō poſſe:imò quod expectās debeā pbendę alicui⁹ canonici vacationē.rationē ſubdit Roñ.pōti.quā ibi

17 videas.¶ Fallit.6.† caſu capituli ſei,cui eod.titu.vbi cum in eccleſia cōuenarū q̄dā prębēda ſacerdotalis eſſet q̄dā nō ſed tm̄ dyaconales vł ſubdyaconales ſumm⁹ pōtifex mihi grām fecit

Beneficia ī curia uacātia nemo cōferat præter quā Papa

fecit ſub hac forma,qua mādauit Epiſcopo conuenarū,vt mihi prouideret da præben.in ſua eccleſia.ſimpliciter abſq; alia ſpecificatione:contingit vacaſſe præbendam ſacerdotalem an Epiſcopus mihi non promoto ad ſacerdotium illam conferri poſsit,id fieri non poſſe ibi deciſum eſt. & quæ ſequuntur ibi,quæ gratia breuitatis prætermitto. Fallit ſepti-
18 mò † in caſu capituli vnici de rerum permutatione eodem libro qui talis eſt ſi permutare volentes liberè,& abſq; fraude aliqua beneficia in manibus ordinarij illa renunciauerint ſi talia beneficia renunciata ſic alijs quam permutare volentibus conferantur collatio talis nulla eſt,etiam ſi ſint qui habeant in ea diœceſi gratiam à ſede apoſtolica ad primum beneficium vacaturum ſimilis eſt tex.ad hoc,in cle.vnica eod. tit.rationem in vtroq; locorum reperies ne ita permutare volentes liberè,ac ſine fraude eorum voto deludant in hoc æquitatem rigori præferendo iuxta.c.vlti.extra de tranſac. &.l.placuit.C.de iudicijs.&.l.ſi quis ſeruo.de furtis.& ſeruo
19 corrupto eod.† Fallit octauò quando quis authoritate apoſtolica præbendam,vel dignitatem primò vacaturam in aliqua eccleſia expectantem haberet ſi tunc in fraudem expectantis:cum in proximo crederet quandam aliam magni valoris vacare,quis tenui,quā habebat renunciet:non tenetur expectans illam acceptare:dummodo de præmiſſa fraude ſaltem per quaſdam coniecturas probabiles appareat imò illa tenui dolo vacante,dimiſſa aliam ſine fraude vacantem expectabit,iſte eſt caſus expreſſus.c.ij.de renuncia.in ſexto.iuncta gl.ibi in verbo proximo cum ſequentibus,quę quidem, hæc quæ nūc diximus,optimè declarāt ratiōe igitur fraudis fit,vt talis mandatarius,licet ei prima vacatura præbenda, vel dignitas virtute ſui mandati deberetur: non teneatur eā
20 acceptare:ſed ſecundum præſtolari poſsit. Fallit † nonò in caſu cle.gratię.de reſcrip.qui talis eſt quidā à ſede apoſtolica mandatū ad primum vacaturū impetrauit,quo obtento,ſic impetrans aliud beneficium pacificè aſſecutus eſt,quærebat an poſteà vacante beneficio,talis virtute ſui mandati illud

acceptare poſsit ibi à Clemente deciditur id fieri non valere cum eo caſu mãdatum impetrans videatur ſuę gratię renunciare,& ſic per clementinam illam,primum beneficium vacans mandatario,quantuncunq; primus in data ſit,nõ debetur,& retine verbum videtur ibi perſonare veritatem:ſimile eſt in.c.j.de iudicijs.&.l.diui fratres.ff.de liberali cauſa. licet in teſte hoc verum non ſit,nec vnquàm per hoc verbũ videtur ipſe teſtis probet.ita Barto in.l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff.de recœpt.arbit.niſi in arte ſua deponeret,vt in.c. ꝓpoſuiſti.de probatio.& quantùm ad.d.cle.gratię.notatu dignum eſt illam venire ad ampliationem.c.ſi pauper clericus. de præbend.in ſexto:quia gloſ.priore illius.c. dicit.nota verbum pauper,quod ſine myſterio dictum fuiſſe non arbitratur,ſi enim gratia ſpeciali,quę non eſt iuſtitiæ alicui prouiſum ſit,& demum priuſquã beneficium aliquod vacaret,qđ quidem virtute ſuæ gratiæ obtinere poſſet:ipſe aliud beneficium,non tamen virtute ſuæ gratiæ adeptus eſt. propterea gratia talis non expirat:quia decret.illa,ſi pauper. de forma gratię loquitur,qua prouidetur neceſsitati pauperum,quæ eſt iuſtitia,vel quaſi.promiſsione igitur ita facta impetrãti cauſa iuris ceſſat:quia tunc clericus habet,vnde viuat, & ſic ipſius executio etiã ceſſare debet intellige tamen qñ tale beneficium adeptum ante acceptationem virtute mandati ad victum clerici ſufficiens eſſet per illum tex. At cle.prædicta gratiæ.non diſtinguit gratiam,vel talis ſpecialis ſit,vel etiã quæ pauperi fit,quę eſt quaſi iuſtitię, quapropter deciſionẽ dictæ cle.generalem eſſe credamus: quia vbi canon, vel lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.l.de precio. ff. de publicia.in rem actio.cum concordan.ſuæ gl.vnicæ. Ve-
21 rumtamen † dico in alio capitulũ ſi pauper clericus. plenius loqui,quàm prædicta cle.gratię.quia in illo.c.de quocunq; beneficio obtento per pauperem clericum poſt ſuam mandati impetrationem,& ante vacationem alicuius Romanus pontifex loquitur dummodò,vt prędixi,tale beneficium ad victum clerici ſufficiat clemen.dicta verò de beneficio paci

ficè

ſi cè aſſecuto loquitur quod quidem ſimul de iure cum dignitate,vel beneficio virtute dicti mandati quis retinere nō poſſet,vt eo caſu mandatarius à ſuo mandato excluſus ſit: quare tali mandatario conſulerem,& hęc optima iuris cautela eſt, vt ſtatim eo aſſecuto beneficio ante vacationem, & acceptationem alicuius alterius diſpenſationem obtineat à ſede apoſtolica ad fines obtinendi virtute mandati beneficium vacaturum incompatibile, ſi primò tale vacare cōtigerit.& quod hoc ita fieri debeat clarè apparet per illa verba dictę clementinę dum dicit quod ſimul de iure &c. ergo cum diſpenſatione poterit per gloſſam in verbo non poteſt.
22 c.gratia.de reſcri.in ſexto.Sed † quę ſunt illa beneficia quæ ſimul de iure, & ſic abſque diſpenſatione teneri non poſſunt.vide per Speculat.in titulo de legato.§.reſtat.verſiculo illud.tamen in ſuo Specu.& hæc quicunq; es mandatum tale impetrans retine:quia in noſtris ſcribentibus hæc non reperies,quibus etiam intelliges planè dictum.c. ſi pauper clericus.& prędictam clementinam gratiæ.Hi ſunt igitur caſus fallentiales ad prædictam mandatorum regulam quibus exceptis illā firmam dicas,& ſic quod regulariter duobus mandatarijs concurrentibus qui eidem collatori,vel patrono mandata dirigant ſecundo primus præferatur, & beneficium primò vacaturum tanquàm ei debitum acceptare, & petere teneatur.intellige quodcunq; illud beneficium ſit: dummodo non ſit electiuum:quia,vt dixi,iam omnia beneficia electiua in quibus requiritur forma.c. quia propter. de electionibus ad nominationem inuictiſsimi noſtri principis Regis Franciæ ſpectant,vt toto illo titu. de regia ad
23 prę latu. nominatione facienda in concorda. † & vt hanc materiam mandatorum omninò abſoluam dico ita mandatarijs deberi primum beneficium vacans,vt paucis exceptis caſibus primum beneficium quod vacabat, & quodcunq; fuerit,mandatarius teneatur acceptare:alioquin commodo ſui mandati priuabitur.c.ſi clericus.cum ibi not.de pręben. in ſexto.hoc verum intelligo etiam ſi in mandato de primo

beneficio vacaturo non dicatur:quia ſemper ſubintelligit ut & eſt vnum de mandati apoſtolici ſubſtantialibus. & ſic mādatarius fortunæ ſe ſubmittere debet, primum beneficium vacans, quodcunq; illud ſit, acceptando ita gl. in verbo notitia clemen. vnica. & ibi docto. de conceſsione præbendæ. Imola, & Felynus in. c. conſtitutus. de reſcriptis. Hucuſq; de gratijs expectatiuis dictum ſufficiat, & ſi quid ſub eiſdem dicendum ſuperſit quiſque Rebuffium conſulat in ſuis pulcherrimis annotationibus, & omni eruditione plenis ad titulum de mand. apoſtolicis. & de forma mandatorum apoſtolicorum in concordatis.

∴

TITVLI IIII.

FINIS.

De permu

NEFICIORVM TITVLVS SIVE LIBER V.

*

ARGVMENTVM

Tituli quinti vniuerſus progreſſus eò tendit, vt nouè definita permutatione vtilis, vel inutilis perſonarum gratia, rerum, aut formæ effectus oſtendat.

SVMMAE.

1 *Permutatione frequentius nihil eſſe, & huic ſimoniam ineſſe.*
2 *Simonia quid, & appellatione emptionis omnem contractum venire, permutatione dempta.*
3 *Spirituale duplex, idq; variè accipi. nu. 4.*
5 *Simonia quibus ex cauſſis committi dicatur.*
6 *Non pecunia, ſed via ſpiritusſancti ad eccleſiam ingrediendum.*

CAP. I.

VT aliquando Huic noſtræ materiæ beneficiali finẽ imponere queã
a ad permutationẽ[a] beneficiorũ nũc ſtilum verto, nec abs re eſt ſi eam hîc tangam, cum præ cœteris omnibus articulis beneficialibus iſte
1 frequẽtior ſit & expeditior.† Quid enim hodie permutatione beneficiorum inter clericos frequentius eſt? qui (ſeipſos ignorãtes) & quid beneficia ſint quę indigni profecto tales obtinent neſcientes, ita ea inter ſe permutant, ac (ſub omni reuerentia tamen dixerim, ſi quæſtio de equis permutandis eſſet puta te-

a Hanc pmutationũ mate iam ĩ uniuerſum compendioſe tactã per Feder. de ſenis. in tracta. de permuta. qui ſequitur tractat. fallent B. Sòcini uideas Clerici ſui neſcij

nue beneficium cum pingui, intellige pro maiori valore additis quibuſdã pecunijs in hoc morem AEgiptiorum præ ſe ferentes qui nihil vltra agunt quam permutare quæcunque habent acceptis ſemper pro tali permutatione quibuſdam pecunijs, ita enim eorum vitam laudandam: ſcilicet, degunt. O infęlices & miſeri, quid agimus? quid penſamus? & quos nos eſſe arbitramur? nec tacebo ego quoddam aliud infœlicius, & homini chriſtiano inſolentius, quod d quandoque poſtpoſita omni permutatione quidã ſint qui a verba proditoris inde perueniãt, quid vultis mihi dare, & ego id vobis tradam? Et ſic pretio appretiato beneficia vendãt quod profectò dolẽtes referimus: ô Symoniace miſer, cur ita animam tuam (quæ ad dei imaginem formata, & ſanguine IESV CHRISTI redempta eſt) perdis? quid tibi ſymoniarcha proderit ſi vniuerſum mundum lucreris, & animæ tuę patiaris detrimentum? Graue certè peccatum eſt ſymonia, quæ à ſymone mago (vt clare ex dicendis nunc apparere poterit) veriùs quàm, nec à giezi, ſeu quouis alio dicitur qui Symon ab apoſtolis gratiam ſpiritusſancti emere voluit vt & ipſe ex poſt venderet alijs hoc enim habetur actuum. 8. c. & tranſcriptum in. c. ſaluator. j. quæſt. 3.

Egiptij

Locus communis in ſimoniacos

2 † Symoniam enim ita deſcribere potes vt ſit ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliqd ſpirituale vel ſpirituali annexum. ita communiter deffiniri ſolet, nomine autem emptionis & venditionis hîc omnis cõtractus non gratuitus compręhenditur vt tranſactionis renunciationis & huiuſmodi excepta permutatione quæ licita eſt ſeruatis quibuſdam circunſtantijs vt meliùs dicturus ſum inferiùs.

3 † Quando verò dixi ſpirituale hoc tripliciter intelligi poteſt vel eſſentialiter vt gratia & virtutes vel cauſaliter vt ſacramenta, quæ gratiam cauſant: vel actualiter ſeu effectiue vt prędicare corrigere viſitare orare & ſimilia quæ actus ſpirituales ſunt:

Sacramentorum effectus

4 † dum verò ſpirituali annexum dixi xoc in duplici ſenſu capi poteſt vel quod à ſpiritualibus pendeat vt habere eccleſiaſtica beneficia quod quidem niſi habenti beneficium clericale non competit vel etiam ſpirituali annexum

Actus ſpirituales

annexum dici põt quia ad ſpiritualia ordinatur. vt eſt ius patronatus eſt quod quidem ad præſentandum clericos ad beneficia ordinãtur vel etiã ad ea quę ad vaſa ſacra & ad ſacramentorum vſum ordinãtur dux ſuper hoc omnibus ſymonia committi poteſt ſi pro talibus detur[a] prætium. † Quare
55 inferas prætiũ facere ſymoniã nomine cuius onus tẽporale quod pecunia æſtimare poteſt compræhenditur vel dicas triplex gen⁹ muneris eſſe quo cõmittitur ſymonia ſcilicet à manu vt eſt pecunia à lingua, vt preces & ab obſequio vt ſunt ſeruitia verba ſunt Grægorij in cap. ſunt nonnulli &c. ordinationes. 1. q. 1. & dicto cap. ſaluator. 1. q. 3. memini ego nouiſſe plures hac farina tactos qui ſimulatas permutationes faciunt vt in palliatam committant ſymoniam ſed ille, coram quo omnia nudã ſunt, & aperta, etiã nouit priuſquã fiant. c. nouit de iudicijs cũ ſimilibus alijs An enim ita accœptis vel traditis pecunijs pro beneficijs ingreſſus ad ea canonicus ſit nouus vt iam tetigi ſuperius, qui non intrat per hoſtium in ouile ouium ille fur, & latro eſt. An hoc dare pecunias ſcilcat pro beneficio, hoſtium ſit ſi nõ hoſtiũ nomine tu ſymoniacę, fur. & latro dici verè potes cum aliunde intres tanquã latro, & fur. ita in apoſtolorum conſortio prędictus Symon magus intrare voluit & dictò. 8. actũ cap. qui cum vidiſſet quia per impoſitionem manus apoſtolorũ daretur ſpiritusſanctus obtulit eis pecuniam dicens date & mihi hanc poteſtatem cuicunq; impoſuero manus, ſpiritũ ſanctũ accipiant cui Petr⁹ apoſtolorũ princeps dixit pecunia tua tecum ſit in perditionẽ & q̃ ſequunt̃ ibi. pręcaueat ſibi igit̃ quicũq; ſymoniac⁹, ne hęc tremenda Petri ſentẽtia in ſe locũ habeat, ſed ne prĩcipale videamur ꝓ acceſſorio reliquiſſe ad ꝑmutationem beneficiorum reuertor Quam tractaturus nunc primò in loco priùs eam à diffinitione exordiar & ſic quid permutatio ſit dicemus.

a Detur ſimonia cõmitti poſſe aliquid dando text. c. tua nos. de ſimonia in antiquis ꝓ ingreſſu religionis an aliquid recipi licitè poßit uide Stephanum auffrer. ad deciſ. capel toloſ. 3 n. Prateius.

Palliata ſimonia

Simoni magus

SVMMAE

1 *Permutatio quid communi ſententia: & quando contrahitur nu. 2.*
3 *Ex cuiuſmodi cõtractus ſit, quæ ex ea actio, & ad quid oriri dicatur.*

4 *Permutationis noua definitio, quæ ibidem examinatur.*
5 *Beneficia quæ permutari, & quæ non poſſunt. & nu.6.*
7 *Reſeruationes hodie apud gallos ſublatas eſſe. Quotuplices ſint nu.8. & quibus caſibus ſublatæ ſint. nu.9.*
10 *Impetrationes cum regreſſu ſublatas eſſe.*
11 *Quarum rerum prohibita ſit permutatio & diuerſarum rerum permutatio non fiat: nec diuerſarum diœceſum: licet aliud induxerit conſuetudo. nume.21.*
12 *A beneficio ſine cauſſa diſcedere non licere, & quæ ſint diſſoluendi matrimonij argumenta.*
13 *Permutationem ſine autoritate ſuperioris facere non licet & quis hoc caſu ſuperior. nume.14. & an huiuſmodi autoritas præſcribi poſſit. nume.15.*
16 *Autoriſandæ permutationis ius conſuetudine quæri poſſe: idq; in vnione beneficiorum admitti poſſe. nu.17.*
18 *Quæ in permutatione neceſſaria, & autoritas illi præſtanda iuriſditionis ſolùm ſit.*
19 *Huic tamen capitulum autoritatem non præſtare, conſuetudine tamen legitima illud poſſet.*

CAP. II.

SVmmiſtæ Vt Gofredus, Aſtenſis Azo Hoſtienſis & reliqui ferè noſtri ſcribentes ſic permutationem
1 definiunt † vt nihil aliud ſit quàm vnius rei pro alia vicaria præſtatio per l. permutatio-
2 nem. C. de rer. permuta. † Quàm permutationem ipſi contra hi volunt dum inter aliquos conuenitur vt certa ſpecies pro alia certa detur. l. quoniam aſſeris. C. eodem. quod ſi conueniretur, dicunt vt certa ſpecies pro incerta daretur non eſſet contractus permutationis ſed alius contractus innominatus
3 vt eſt do vt des. † An autem permutatio ſit contractus nominatus vel innominatus, qualiter contrahatur, quæ actiones inde naſcantur, quibus dentur, in quos, & ad quid, vide per prædictos ſcribentes in ſuis locis nec omnia hæc ad rem noſtram faciunt. Quare cum de permutatiõe beneficiorum

tantùm

tantùm dicturi ſimus prædictam permutationis diffinitio-
nem non ſequar quia nimis generalis tanquàm permutatio-
ni omnium rerum, quantunq; temporalium cōueniat: vnde
quantum ad materiam noſtram attinet hanc vltra omnes
4 permutationis diffinitionem addam. † Permutatio igitur in
hac materia noſtra eſt vnius iuris bñficij cum altero ex cau-
ſa & de conſenſu ſuperioris vicaria præſtatio. Hoc enim to-
tum apprehenſa manu nunc inſinuare cupio quare lector
5 paulifper aurem accōmoda. † Primò dico vnius iuris benefi-
cij cum altero intellige acquiſiti iam in beneficio per permu
tare volentem & ſic iuris tantùm quod in re hoc eſt in bene
ficio habet, & non iuris quod ad rem hoc eſt quod ad benefi *Ius in re & ad rem*
5 cium. † Quare primo infero habentem ius ad beneficium tā
tùm illud permutare nō poſſe cum eo qui ius in bñficio ha-
bet nec etiam duo ius ad beneficium habentes illa inuicem
permutare poſſunt ita reperi etiam tenuiſſe in ſpecie Io.and.
in.c.licet de re.permut.in.6.& Guilielmū de monte lauduno
in extraua.Ioan.22.inci.ſedes apoſtolica.hanc partem etiam
ſecutus eſt Dñicus de ſancto Geminiano in.d.c.licet per ver
a ba quæ in illo textu ſunt dum dicit ſua bñficia: ſed expectās[a]
non poteſt dicere beneficium eſſe ſuum & ſic qui ius ad rem
6 habet.c.ſi tibi abſenti de præbē.in.6.ergo &c. † Sed an idem
in beneficijs reſeruatis dicēdum ſit vt talia coram ordinarijs
permutari poſſint ita quod eorum permutatio cum effectu
valeat quicquid in contrarium dici poſſet ſuper hoc in pun-
cto iuris reſoluo me ita beneficium reſeruatum vel affectum
in genere vel forte pro aliquo in ſpecie regulariter pmutari
non poſſe adfero ad hoc textum ego in.c.j.in princ.de præb.
in.6.& in extraua.Io.22.inci.execrabilis in quibus iuribus in-
nuitur collationem per alium quàm per ſum.pon.factam de
beneficijs reſeruatis ſine mandato ſedis apoſtolicę non vale-
re, quod fallit tamen in caſu.c.vnici de rerum permut. in. 6.
7 de quo ibi vide. † Sed quantùm ad has reſeruationes benefi-
ciorum de quibus nunc dicebamus hodie in regno Franciæ
omnino ſublatę ſunt pluribus rationibus de quibus in prag.

a Sed expectās. Vult inferre expectantē pmutare nō poſſe cōtrarium tamē tenet Guil. caſſadorenſis. in priore parte deciſi. titu. de rer. permu. deciſi.1.nu.3. Tu illum uideto quia urgētiſſimis utitur fundamentis. Prateius.

8 ſanct.titulo.de colla. & toto illo titu.† de reſeruationibus
tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis in concordatis ge
nerales reſeruationes intellige vt ſi Papa ſuę collationi reſer-
uet omnes dignitates maiores poſt pontificalem in cathedra
libus & metropolit. eccleſijs vt in regula. 3. cancel. Innoc. 8.
& in extraua.execrabilis Ioan.22. Vel etiam generales reſer-
uationes dicere poſſumus gratias illas expectatiuas ſeu man
data apoſtolica de prouidendo quæ quidem niſi forma ſupe-
riùs dicta concedi minimè poſſunt. Speciales verô reſerua-
tiones ſunt quãdo Papa ſuę collationi vnam dignitatem vel
beneficium reſeruat vt in prag.eod.titu.patet: & vide tex.ad
hoc in.c.cum in partibus.& ibi doctores de verbo.ſigni. Hæ
a igitur etiam reſeruationes vt dixi prohibitę[a] ſunt niſi in tri-
9 bus caſibus.† Primò ratione loci vt pote quando in curia
Romana vacant.cap.2.de præbend.in.6.ſecundo ratione per
ſone vt officialium ſedis apoſtolicæ extrauagante ad regi-
men de præben.in communibus niſi iure regali vacent, vt
arreſto ſenatus Parienſis concluſum extitit anno milleſimo
trecenteſimo trigeſimo octauo.tertio ratione bñficiorũ vt-
pote ſi ſint maiores dignitates, vel alia beneficia in ciui-
tatibus, vel villis muratis vacantia, quæ viris qualitatis
requiſitæ reſeruantur.§.ſtatuimus.in.ij.titu.de collat.in con
cord.ſunt adhuc & aliæ reſeruationes in corpore iuris clau-
ſæ, quę à prædicta regula excipiuntur, de quibus in.c.ij.de
præben.in.6.& in cle.vnica.de rerum permuta.ſed regula ta
men eſt reſeruationes quaſcũq; ſiue generales, ſiue ſpeciales
10 hodie ſublatas eſſe.† & nedum reſeruationes hodie ſublatæ
ſunt: ſed etiam impetrationes cũ regreſſu hoc eſt quod vno
decedente beneficium reuertatur ad alterum prædicto Pa-
riſien.arreſto.eodemq; in hoc regno omnium fructuum be-
neficij prohibita fuit reſeruatio: ſed cum hæc materia reſer-
uationum hodie omninò ab vſu gallorum diſceſſerit, idcò
11 eam miſſam facio: & ad diffinitionem noſtrã reuertor. † Se-
cundò ex prędictis verbis diffinitionis infero permutatione
ſic ſpecialiter ſumpta ſpiritualia cum temporalibus permu-

tari

a Hoc uerũ per modernũ concilium Lateranenſe, quod ſacra concordata uocant, ut hic probatur reſeruationes tamen motu proprio cõceſſe ſunt efficaces, ut per.g.caſſador.deciſio. ad reg.cancellarie deciſi.p ima ſub titulo. de reſeruationibus in principio. Preteriæ.

tari non poſſe vnde beneficium cum re temporali permutari non poteſt, nec decimæ cum pecunia.c.vlti.de rerum permuta.per quod patet laicum à præſtatione decimę, licet det partem fundi ſe nō poſſe eximere, ſpiritualia autem cum ſpiritualibus eiuſdem generis permutari poſſunt: vt beneficiū cum beneficio non autem beneficium cum iure patronatus quod quidem ſpirituale alterius generis eſt permutari poteſt ſic de ſimilibus dicendum eſt: ſed hoc melius tangemus inferius.

12 † Dixi ex cauſa in prædicta definitione: quia ſi cauſa non ſubſit legitima permutatio beneficiorum nunquàm fieri debet.c.quæſitum.de rerum permu.& hæc ratio eſt, ſi enī vt verum eſt, de matrimonio ſpirituali ad carnale arguere liceat, & econtra.c.accedens.de præbend.cū multis alijs, atqui à carnali matrimonio ſemel conſummato vlteriùs dicedere non licet, nec aliquid eſt qđ tale matrimonium omninò diſſoluere poſsit etiam propter fornicationem.c.gaudemus.de diuort.& vide ad hoc optimam gl.in verbo ſi matrimoniū.c.de infidelibus.de cōſang.& affinit.niſi ſola morte cū mors omnia ſoluat §.deinceps. in auth.de nuptijs. coll.4.Etiam propter impedimentum parentelę, niſi omninò notoriū ſit c.iij.de diuort.nec etiam ſi alter coniugum fidelium labatur in hæreſim.c.quanto.eo.titu.& breuiter niſi maius commodum, vt eſt animę vtriuſq; coniugium, ſequatur matrimonium carnale omninò diſſolui non poteſt, ergo idem de ſpirituali matrimonio cenſendum eſt quod quidem, vt prædiximus inter beneficiatum & ſuam eccleſiam contrahitur. Et an iuſta cauſa ſit, quare permutatio beneficiorum fiat Epiſcopus ordinarius arbitrari debet.

13 † & hac ratione dicebamus in diffinitione de conſenſu ſuperioris vicaria præſtatio: quia per Epiſcopos ordinarios hoc eſt Epiſcopos loci beneficij, qui in hoc regulariter ſuperiores dicuntur duntaxat permutationes de iure communi expediendæ ſunt & authoriſandę d.c.quęſitum.de rerum permuta.etiam ſi in ea quæ permutantur prębendę tantum ſint hoc enim ita concilio turonē. cautum eſt de quo in.c.maioribus.de præben. & per Vrba-

num tertium in.d.c.quęſitum.verſi.ſi autem.nec quiuis alius ſuper his permutationibus diſpenſare poteſt niſi ſolus Epi-
14 ſcopus ordinarius vt ibi, ✝ & ita ad Epiſcopum proprium iſtud competere dicimus,vt per alium quam per ipſam expediri non poſſit:quia inferiores ab Epiſcopo ſuper hoc non diſpenſant niſi in caſibus à iure expreſsis hoc in ſpecie tenuit Ioan.Andræ.in dicto.c.quæſitum.& moderni ſcribentes.in c.at ſi clerici.de iudicijs.at ſi tales eccleſię quę permutantur ab Epiſcopo ordinario exemptæ ſint eo caſu ad ſummum Pontificem recurſus habebitur,qui eſt Eps exemptorum ſicut haberent recurrere ad Epm diœceſanum ſi ei ſubeſſent: cum igitur Ro.Eps hoc caſu in locū diœceſani ſubrogetur de eo idē quod de diœceſano cenſendum eſt:quia res in locū alterius ſubrogata eodem iure cenſeri debet.l.vnica.C.de rei vxor.actio.&.c.eccleſia ſanctæ mariæ in vtroq; ita incipiēte vt lite pendente &c.& in hoc multi decepti ſunt:errorq; huiuſmodi iuris dedit multis occaſionem vſurpandi, & pręſcri
15 bendi hoc ius authoriſandi permutationes. ✝ Ergo iſtud ius permutationes beneficiorum expediendi, ſeu authoriſandi per prælatum inferiorem vt per abbatem vel archidiaconū de iure præſcriptibile eſt? An ſit verum hoc videretur quod ſic,quia actus iſte nō eſt ordinis epiſcopalis:ſed potiùs iuriſditionis & iuriſditionalia per inferiores ab epo præſcribi poſſunt.c.auditis.&.c.cum olim.de præſcrip.&.c.accedentibus. de exceſſib.prælato.hoc enim ita tenuit Federicus de ſenis quem ſecutus eſt in hoc Alexander de lentilia in eorum tractа.permutationum adferentes gl.ad hoc in cle.j.in verbo ipſam de rebus eccleſiæ non alienandis.ad quod videtur facere egregiè quod notatur in cle.vnica.in gl.in verbo diœceſanus de foro competē.vbi vult illos dici diœceſanos,qui iuriſditionem,vel quaſi in loco Epali habent,cum ergo, vt iam dixi,diœceſum permutationes authoriſare poſſint:imò ad eos de iure id ſpectet.d.c.quęſitum.ergo & iſti inferiores Panor.tñ in.d.c.quęſitum.iij.notabili tenuit,quę ſunt iuriſditionis Epi etiam pręſcriptibilia eſſe:ſed vnū addit notatu dignum

dignum,q̃ ſi inferior iuriſditionem epalem præſcriptione acquiſiuerit talis præſcriptio hunc caſum noſtrum nõ comprehendit.Hãc ſubiungẽs rationem:quia talis pręſcriptio,licet de iure ſubſiſtat,non eſt tñ extenſibilis de caſu ad caſum ſed ſolũ quantũ ad poſſeſſum,& præſcriptum.c.cum con-
16 tingat.de decimis.† Sed nunquid de conſuetudine tanto tẽpore obſeruata,quę ſufficiat ad pręſcriptionem inferior ius iſtud acquirere poſsit dñs AEgidius,qui fuit Auenionenſis Eps in ſuo tractatu permutationum tenuit quod ſic citans ad hoc textum in.c.cum tanto.in fi.de conſuetudine.quẽ in hoc ſecuti ſunt Frede.de ſenis.& Collect.nec huic opinioni
17 eorum quiſquam refragatur.† quod idem dicendum putarẽ ego de vnione beneficiorum,ex identitate rationis quod etiã tenere videtur gl.in verb.ordinarios & poſt eam ſcribẽtes in cle.ne in agro de ſtatu regula.& ſi nunc quæreretur an officialis vel vicarius Epi tales permutationes bñficiorum expediri poſsint dicerem ex generali commiſsione vicariatus vel officialatus id non poſſe fieri quod hac ratione verum eſſe oſtendam:quia nec vicarius,nec officialis beneficia vacantia & ad collationem epiſcopi ſpectantia conferre poſſunt.c.fi.
18 de offi.vica.in.6.&.c.ſtatutum.de præben.eo.lib.† Modo in permutatione beneficiorum renunciatio,& collatio neceſſaria ſunt ergo &c.hęc opinio placet Collect.& Gulielmo de monte Lauduno etiam in cle.vnica.de re.permut.quod putat verum AEgidius in ſuo tractatu permutationum hæc addens:quia dicit permutationem beneficiorum,& eius authoriſationem non eſſe ſimpliciter iuriſditionis epiſcopalis: ſed quandam iuris permiſsionem Epiſcopo reſeruatam,quę non tranſit in cõmiſsione generali arg.l.j.in princ.ff.de offi. eius cui mãd.eſt iuriſd.& regu.in gñali.de reg.iur.in.6. Satis ſuperq; hucuſq; oſtẽdimus ad Epm,vel eius vicariũ,ſeu officialẽ expedire permutationes ſpectare ſi hoc ſpãliter in eorũ cõmiſsione fuerit cõmiſsione fuerit cõceſſum,an in capitulo dicatur,& ſic quod vacante ſede permutationes beneficiorum ad ſolius Epi collationẽ ſpectantiũ facere queat videre.

Is eſt AEgidius bellemeræus cuius cõmentarij elegãtiſsimi in uniuerſũ ius canonicum hacten⁹ nõ procuſi in lucẽ recens pſilire cœperunt.

tur quod non:quia ſede vacãte,vt iam dixi capitulum talia beneficia cõferre nõ poteſt.c.vnico ne ſede vac.in.6.ergo nec permutare in cõtrarium tamen videretur quia ſede vacante vt iam tetigi capl'm in iuriſditione ſuccedit,ergo & in bñficiorum collatione,quæ videtur iuriſditionis eſſe,vt notatur per gl.in.c.tranſmiſſa de elec.ſunt qui in hac quęſtione ambigua dicant licet capitulũ ſede vacante renunciationes permutantium admittere valeat non tamẽ conferre ſed hoc reſeruari debet futuro ſucceſſori Epiſcopo,qui talem permutationẽ ſi vult conſummabit alioquin beneficia ſic vacantia alijs quã permutare volẽtibus conferre poterit, & hoc idem videtur ſentire etiam lapus de caſtellione:vt autem ſub hac quæſtio-
19 ne hinc inde ita examinata nunc breui ſermone reſoluã † cũ præd.ęgidio dico caplm,ſede vacante,nõ poſſe permutationes facere ſiue tantũ ad ſuã ſiue ad epi tãtùm ſiue ad vtriuſq; collationem ſpectent beneficia quia hoc nullo iure capitulo conceſſum reperitur:ſed epis ſolùm hoc ſpecialiter permiſſum eſt vt in prædictis clare deduxi.Nec obſtat quod epiſcopo mortuo in iuriſditione ſuccedat capitulũ vt pręnotatum eſt quia permutationes expedire non eſt ſimpliciter iuriſditionis epiſcopalis vt dicebã ſed eſt ipſis epiſcopis quædã alia
20 iuris permiſſio† de conſuetudine tamẽ legitime præſcripta capitulũ hoc ius ſibi acquirere poſſet vt iam.ſ.memini & nõ ſolùm,ſede vacante,capitulũ permutationes expedire nõ poteſt ſed nec renunciationem tãtùm recipere:quia ſi principaliter non valeat nec acceſſoriẽ per regul.acceſſorium &c. Dicerem tamen ſi capitulum tanquàm iuriſditione Epiſcopali vtens renunciationem admiſerit quòd poterit illam futurus Epiſcopus ratam habere. ¶ Sed hãc nunc quotidianam quæſtionem diſcutiamus. Duo ſunt beneficia in diuerſis diœceſibus habentes coram quo diœceſano talia beneficia permutari debent. Omnis certè ceſſaret difficultas ſi vnus ex diœceſanis alteri vices ſuas committeret vel
21 ſi ambo vni & ſic eodem inſtanti omnia expedirentur† Archidiaconus tamen in.c.vnico de rer. permut.in.6. notat cũ

bene

bñficia permutanda in diuerſis diœceſibus ſunt pmutationẽ fieri non poſſe Ratio cuius hæc eſſe potuit quia de natura permutationis eſſe, vt de meo tuum fiat, & econtra quod tũc fieri nõ põt cũ Eṗs huius permutãtis aliũ, inuito altero Eṗo transferre non poſſit quia actus permutationis videtur indiuiſibilis ſed dico hanc Archidiaconi opinionem de rigore iuris veram eſſe quare ſequor ego communem opinionem quę vult permutationem ſic fieri poſſe & ita curia Roma. & cancellaria eiuſdem ſeruant in dieſq; ita in praxi eſt & iſte eſt modus ſecundum Alexandrum de lentilio in caſu huiuſcę noſtræ quæſtionis beneficio permutandi vt renunciationes per quanlibet renunciare volentem in manibus ſui ꝓprij Epiſcopi hinc, & inde fiant & collationes ſubſequenter nec obſtat temporis interuallum ſi quod interueniat in huiuſmodi collationibus cum renunciationes ex cauſa permutationis præceſſerunt nec altero expedire valeant.

Permutationis natura

Permutatio actus indiuiſibilis

SVMMAE.

1 *Reſignatio apud quem facienda ſit, quibuſq; vocatis.*

CAP. III.

APtum nunc eſt, ſatiſq; conueniens ſcire an Epiſcopus permutationes de beneficijs, quæ ad collationem, vel confirmationem aliorum inferiorum ſuę Diocœſis ſpe-
1 ctant, facere poſſit collectarius tenuit † quod ſic dicens non debere fieri reſignationem in manibus collatorum, vel confirmatorum, ſeu præſentare habẽtium ſed totum expedire debere Epiſcopum, conſentientibus tamen illis quorum intereſt. Ratio quia actus iſte vt prætactum eſt ſolis Epiſcopis eſt reſeruatus quare neceſſum eſt etiã à ſolo Epiſcopo fieri Et quia aliquando patronorum intereſt & ſimilium idcirco vocandi ſunt capi. ad hæc de officio Archidiaconi ſed his plenius dicam inferius. Quæro tamen nunc an Epiſcopus ordinarius permutationem aliter de iure debitum ſibi apud ſedem apoſtolicã expedire poſſit Frede. de ſenis voluit licet renunciationes poſſit recipere & debeat ibi

tamen permutationem perficere poteſt:quia dicit ſtatim receptis reſignatiōibus eſt verum dicere quòd beneficia apud ſedem apoſtolicā vacant cap.licet de præben.in.6o.collectarius tamen adfert in contrarium æquitatem ſed fatetur finaliter veriorem eſſe Federici ſententiam propter illa generalia verba dicti cap.vnici de rerum permuta.in.6.quam Federici opinionem curia romana etiam amplectitur quare ſequenda eſt.

SVMMAE.

1 *Abbatem authoritatis præſtandæ permutationis ius nō habere:id tamē conſuetudine quæri poſſe nu.2.*

CAP. IIII

SVpereſt nunc vt ſecus ſcripulū quendam ſub hac materia ſubmo-
1 ueamus † An abbas poteſtatē pmutationis faciendę inter monachos ſubditos ſuos de beneficijs ad ipſius collatianē ſpectātibus dare
2 poſſit cōis opinio eſt quod nō† Putarē tamen ego hoc verum,ſi hoc ius autoriſandi pmutatiōes abbas nō pręſcripſerat licet regulariter cōſentire poſſit.vt corā Epis ſua bñficia permutent qui conſenſus interuenire debet & requiri cum ipſiur abbatis interſit ſaltem quod ad ius conferandi vt tetigi iam collect.tñ dicit abbatem ex ſuo officio beneficiatū religioſum ad aliud beneficium mutare poſſe cum omnis perſonarum monaſteria diſpoſitio ſpectet ad eūdem ca.nullam.18.q.2.& hæc quantùm ad prædictam noſtræ permutationis diffinitionem & quantúm ad perſonis per quas permutatio expediri debet dixerim & itaprimis principalis huius materiæ articulus expeditus eſt.

ARGVMENTVM

Quibus permutare mutuò liceat, idq; cuius authoritate, & propria voluntate id poſſint & an id cogantur.

Quibus

SVMMAE.

Quibus beneficia permutare liceat.

2 *Iniuſtus titularius permutare non poteſt.*

3 *Ex tractatu habito iurato reſignari quem cogi poſſe. Idem iuris eſt etſi iuratum non ſit.nu.4.& iurantem cogi poſſe.nu.5.*

6 *Promiſsionem ſoluendi debita,de quibus hic non valere.*

7 *Inæqualitate permutationem non vitiari.*

8 *Prælatos duos,inuitis capitulis permutare poſſe.*

9 *Beneficiorum,quorum electio ad capitulum pertinet permutationem, eo non vocato,fieri non debere.*

10 *Maior pars capituli quando vocanda:& quæ dicatur.nu.11.*

12 *Ius permutationis qui præſcribere poſsint,& cuiuſmodi actus ſit.*

13 *Quæ inuito capitulo,poſsit Epiſcopus.*

14 *Epiſcopum in caſu nolentiæ,inuito capitulo authoritatem permutationi præſtare.*

15 *Quem ad permutationem cogi. & permutationum duo genera. numero.16.*

17 *Renunciationem,& collationem expreſſe fieri debere.*

18 *Epiſcopos duos inuicem propria authoritate permutare non poſſe.*

19 *Monachos cum authoritate Abbatis mutuò permutare poſſe. & an legati à latere authoritas ſola ſufficiat.nu.20.*

21 *Ordo regulæ Benedictianæ vbi ſeruandus.*

CAP. V.

COngruo ordine Nunc ſe offert loc⁹,vt de perſonis inter quas permutatio fieri poteſt videamus:quare,vt breuiùs,quàm potero hũc articulum abſoluam cum ijs, quę in primis
1 verbis noſtræ definitionis dixi † concludo inter eos tantum qui ius in beneficio habent permutationem fieri poſſe, & non inter eos,qui ius etiam ad beneficium habẽt,vel ſi vnus ius in bñficio,& ali⁹ tantũ ius ad bñficium haberet rationes

horum & omnia hęc iam habuimus ſuperiùs quo fit vt hîc
2 non refricem.† Vnum dubium tamen ſuper ijs reſtat adhuc elucidandum: ſi vnus ex permutãtibus adinuicem beneficia ius in beneficio non habeat forſan quia illud ſymoniacè eſt adeptum(vt frequenter hodie fit)vel aliâs iuſtum titulum in tali beneficio nõ habet tñ beneficiũ tale nullius eſt:momenti nunquiũ eo caſu in illo beneficio acquirit ius quod ex cauſa talis permutationis aſſequitur breuiter huius quæſtionis maiori examine poſtpoſito dico quod non motus rationibus ſequẽtibus,tum quia ex hoc abſurdum ſequeretur vt quis per fas vel nephas beneficium acquireret cum vidẽs ſe illud,ſalua conſcientia non poſſe retinere cum habente ius in alio permutaret & ſic occaſio delinquendi daretur,tum quia hoc caſu nulla fit permutatio quia rem alienam dans nullam cõtrahit permutationem vt nota per gloſſ.j. in ordine.cap.cum venerabilis de exceptionibus. Præterea Epiſcopus qui beneficiũ ei confert arbitratur ſibi conferre loco eius quod dimittit,ſed iſte nihil admittit ex quo ius non habet in illo beneficio:vnde puto licet tali Epiſcopus beneficium purè, & ſimpliciter conferre potuiſſet,ſi tamen ex cauſa permutationis:id faciat,ille nihil ex tali permutatione quantuncunq; ab Epiſcopo autoriſata conſequitur, quare habet tunc locum id commune dictum quod potuit noluit &c.c.cum ſuper.de de offi.deleg. De ſequenti quęſtione & vtili quæro. Quidã
a inter ſe tractatum a habentes de permutandis ſuis beneficijs & cum talem permutationem ſibi vtilem crederent fide adiñuicem data vel etiam iuramento viciſſim promiſerunt procurare dictorum beneficiorum permutationem erga eũ, vel eos,qui hoc facere poſſent & quorum intereſſet:nunc verò alterum eorum pœnitet huiuſmodi promiſſionis vel iuramenti nec ex prædicta cauſſa ita pœnitens vult reſignare quæſtionis eſt an talis,inſtante altero,poſſit cogi ad permutationem videretur quod non quia in talibus omnis pactio omniſque conuentio ceſſare debet.cap. fina. de pact. &
3 ca.quàm pio.j.q.ij.cum ſimilibus.† Contrariũ tamen nobis videtur

a Tractatũ uocat illud prælo quiũ quod faciunt partes antequã contrahant & ita ſumitur ab edictorum interprete ul piano.l. nã cum tractatu.ff.pro ſocio.locupletiſſimus teſtis.D. Berengarius Fernandus. in.l. pacta conuẽta.ff. de contra hen. empt. Aduerte ẽt ex.d.l. nam cum affirmatiuã partem huius cõcluſionis ꝓbari poſſe. Prateius.

videtur verius:quia non ſimpliciter cōuenerunt,nec eorum propria authoritate permutauerunt:ſed promiſerunt pro viribus ita ſe facturos quòd permutatio per eos qui hoc facere deberent fieret,& authoriſaretur quod non videtur prohibitum.c.olim.de reſtitu.ſpoliato.prætereà & iuramentū ſeruandum eſt ex quo ſine interitu ſalutis æternę ſeruari poteſt.c.ſi verò.de iureiur.

4 † quod verum puto etiam etſi iuramentum ſuper hoc non interuenerit:ſed ſolum fides pręſtita eſt:quia fidei datio,& iuramentum æquipollent.c. ad aures.de ijs,quę vi metusve cauſa fiunt,nullam enim differentiam facit Deus inter iuramentum,& ſimplicem loquelam. c.iuramenti.22.q.5.quare infero eum peccare mortaliter cōtra ſuum verbum ſimplex veniens.c.prędicandum.22.q.j.rationem addo:quia quę de labijs noſtris procedunt irrita facere non debemus.proinde & cor ori cōuenire debet.c.pſalmiſta.23.diſt.vnde dico ſic promittentem,& iurantem non poſſe à promiſſo recedere,

5 † imò ſuperior poterit illum cōpellere,vt de nolente fiat volens ex quo promiſit fide præſtita ſe daturum operam permutationi arg.c.requiſiuit.de ſpōſalibus, & ſic inuitus transferri poterit nec contra fidē pręſtitam,& forſan iuramēto vallatam veniat.facit ad hoc regul.quod ſemel.& reg.mutare.de regu.iur.in ſexto. ſicut & cogi etiam poteſt,qui permutationem expedire habet,ſi hoc nollet,& aliter talis permutatio vtilis,& neceſſaria eccleſijs eſſet.c.nullus.de iure patro.nec obſtant nunc iura, quæ pactionem prohibent:quia de illicita pactione loquuntur facit,quod notatur in cle.j.de rerum permuta.ſed in hoc caſu noſtro conuentio hæc non continet niſi id,quod de natura actus ineſt,vel ineſſe poteſt,vt actus perficiatur: prætereà nec obſtat ſecundum Alexandr.de lenti.ſi ſuum beneficium pinguius eſſe recuſans diceret:& quia promiſsio ita per eū facta hoc excludit.Sed finge vnum ex permutantibus eſſe oneratum debitis nomine eccleſiæ,& ad talia debita perſoluenda eccleſia eſt efficaciter obligata vult talis debitis eccleſiæ grauatus eū cum quo permutare vult,promittere,ſi cō-

Cōuẽtiōe quid contineatur

tingat permutationem perfici quod prædicta debita perſol uet. Quæri poſſet nunc an talis promiſsio iure ſubſiſtat? videretur quod ſic imò, & ſine quauis promiſsione ad hoc teneatur ſcilicet debita eccleſia perſoluere, & quod ſubintelligitur videtur in pactum deduci poſſe facit quod notatur in c. ſignificatum. de præben. &. c. ſignificaſti. de elect. cum ſimilibus. Præterea hîc nulla eſt cupiditas ex parte accipientis promiſſum cum nihil ad eum perueniat, & nihil etiam deperit promittenti: quia eccleſia quę aliter ſufficiens eſt ad ſoluen-
6 dum obligata eſt, & ſic promittens de ſuo nihil ſoluet. † contraria tamen opinio nobis videtur verior hac ratione: quia fieri poteſt alteram partem aliter non renunciare, & ſic non permutare, niſi ita ab altero ei fieret promiſsio, atqui renunciatio pura eſſe debet puta nulla pactione conuentione ve præcedente dicto. c. fi. de pactis. cum ſimilibus alijs ergo &c. nec obſtant nunc quod dici poſſet, vt hoc intelligatur de pactione illicita: quia adhuc dicerem ego conſulendo tamen quencunq; abſtinere, ne fraus committi videatur: quia & à re licita abſtinendum eſt quando ſpeciem mali continet. c. audiuimus. de ſymonia. &. c. emẽdari. j. q j. & ſic non ſolum
7 à malo caueudum eſt: imò & ab omni ſpecie mali. † Sed an ſola inæqualitas beneficiorum, quę permutãtur ratione redituum, ſeu honorum incumbentium beneficijs, quaſi tunc fraus probara ſit, permutationem reddat nullam crederem ego ſi nihil aliud addatur quod non licet, diffiteri non poſſumus quin ſit aliqualis præſumptio fraudis cum præſumendum non ſit aliquem beneficium pingue quod habet cũ tenui velle permutare, nec res ſuas iactare velle. c. ſuper hoc. de renunciatione. ſed certè hęc probatio non eſt ſufficiẽs: quia fieri poteſt aliquem pingue beneficium habens id aliquando contemplatione alicuius, vel gratia amicitię forſam cum te-
8 nui velle permutare. ¶ † Conſequens nunc eſt, vt de duobus pręlatis collegiatarum eccleſiarum videamus an inuitis ſuis capitulis, ſeu conuentibus inter ſe valeant permutare: quare reſpondeo id fieri poſſe ſi talis permutatio per Papam expediatur:

Ab re licita abſtinendum amphibologia

diatur:nam cum poſſit inuitis etiam collegijs conferre ergo & permutare. Præterea & cum Papa inuito prelato poſſit ab eo auferre eccleſiam poterit etiam inuitis ſubditis prælatum eorum de eccleſia ad eccleſiam transferre. Et ſic permutatiões expedire de ijs nullum eſt dubium quod idem de epiſcopo qui de conſuetudine vel priuilegio liberam ordinatio nem eccleſiarum habet dicendum puto:quia eo caſu non intereſt collegiorum vocari ad permutationem ex quo etiam
9 ad collationem non vocarentur. ¶ † Sed nunc maius dubiũ ſupereſt enucleãdum quando ad capitulũ electio pertinet & ad ſuperiorem cõfirmatio an in permutatione quæ eo caſu coram ſuperiore fit caplm vocari debeat?quotquot enim in hac materia permutationis beneficiorum ſcripſerunt hunc articulum aſſerunt ſummè dubiũ,ego verò eum facile poſſe dilui cenſeo quia ſi hi quorũ electio eſt preſentatio vel confirmatio ptãte eorum per ſuperiorẽ priuari non poſſint etiã ſi ſit legatus de latere.c.2.de exceſſ.præla.&.c.decernimus.16. q.7.niſi à ſolo Papa qui quemlibet iure ſuo priuare poteſt.c. cõſtitutus.de relig.domib.facit.c.quia diuerſitatem.&.c. pro poſuit.de conceſ.præb.ita quod cum eorum interſit in permutatione vocari debẽt nec vt dixi hoc iure à ſuperiore priuari poſſunt & ſic oẽs tales quorũ intereſt,habẽt conſentire: eccleſiaſticus enim ordo cõfunditur ſi ſua vnicuiq; iuriſdıtio
10 non ſeruetur.c.peruenit.11.q.j. ¶ † Sed ex his,quæ nunc dixi, dubiũ naſci poſſet ſi igitur cõſenſus capli requiritur in ipſis permutationibus qñ intereſſe habet an ſufficiat cõſenſus maioris partis eorũ,qui ſunt capli,vel an oĩm cõſenſus ſit neceſſarius vt breuiter me expediã dico cõſenſum maioris partis ſufficere:qñ propter neceſſitatẽ vel vtilitatem eccleſiarũ fit permutatio,quæ certè etiã de iure aliter(vt prædixi) fieri nõ debet,aliter minor pars reclamare poſſet & appellare per ea quæ notan.in.c.j.de ijs quę fiũt à maiore parte capli non enĩ ſtatur ſemper maiori parti neq; pluralitati vt in.d.c.j.&.c. ni cena.31.di.c.eccl'ia veſtra de ele.c.nõ liceat.12.diſ.l.p fundum.
11 ff.de ſerui.ruſti.pred.&.l.maiorẽ.ff.de pac. † Imò maior pars

eſt illa quæ maiori rõne,& æquitate nititur.c.ſana quippe.9.
diſt.ca.multi.in fi.di.60.& c.ſi teſtes.§. item iuriſiurãdi. 4.q.3.
& ſi nunc obijceretur pro pluralitate præſumi vt.c.nullus in
fi.61.di.hoc verum eſt,niſi contrarium probetur vt in.d.c.j.
de ijs quæ fi.à maio.part.capli.c.dudum.R.de elec.& c.illud
23.diſt. Quod ſecus eſt,qñ permutatio voluntaria fieret ꝑ id,
quod not.in.c.cum omnes de conſtitu.quia tunc cõſenſus o-
nium requiritur. Sed vero Eps nullam habeat collationẽ vel
confirmationem in tali eccleſia ſed caplm vel alius prælatus
eo enim caſu epiſcopus permutationem expedire nõ poterit
ita Io.and.in.c.vnico de re.permu.in.6.nec putes etiam infe-
riores hoc poſſe ſine epiſcopo:quia cum permutatio ſit regu
lariter prohibita.c.maioribus.de præb.& in caſibus epis tan
tum conceſſa inueniatur ergo inferiores epo ſua autoritate
hoc attentare non debent,ita Hoſt.Ioã.andr.& Archid.in.d.
12 ſepe.c.vnico de rerum permu.in.6.† Hoc ius tamen permu-
tationes faciendi ab inferiore,vt tetigi,iam præſcribi poteſt
vtpote ab Abbate, Archidiacono,& ſimili in ſuis eccleſijs:qa
iſte actus non eſt qui ad ordinẽ pertineat epiſcopalem ſed ad
dignitatem vel iuriſditionem potius & ſic per inferiores ab
epiſcopo præſcribi poſſunt.c.auditis de preſcr.& c.accedẽti-
bus de conceſſ.præla.idem quæ de illis dicẽdum eſt qui iuriſ
ditionem epiſcopalem vel quaſi in loco habent maximè de
quibuſdam Abbatibus qui in aliquo epiſcopatu eſſe non di-
cuntur facit adhoc.c.Abbas de priuilegijs lib.6. ¶ Sed nunc
quærerem ſi permutatio ſummè vtilis eſt,& hi qui cõſentire
habẽt,tanquã eorum interſit & ad hoc,vt dixi,vocãdi ita vo
cati conſenſum præſtare noluerint an Eps cum ſuo capitulo
permutationẽ inuitis illis,facere poſſit,id fieri poſſe videref:
13 † quia Eps cum ſuo caplo adhuc maiora poteſt: quia vnire,
& diuidere eccl'ias,ac ꝑpetuã ſubiectionẽ vni eccleſię facere,
& alteri dare.c.ſicut de exceſ.prela.cle.j.de reb. eccl.nõ alien.
14 & c.vnico de re.permu.in.6.† Contrarium tamẽ verius eſſe
crederẽ & huic nr̃æ opinioni inter cœteras ꝓ nũc hanc ſolã
& potiſſimã rõnem addo: quia aliter poteſt conſuli vtilitati
eccleſia

ecclesiarum,quàm cum præiudicio iuris alterius & quantũ
ad iura proximè allegata in contrariũ attinet,dico in ſuis ca
15 ſibus locũ ſibi vẽdicare. † ¶ Nunquid tñ aliqui inuiti cogi
poſſunt ad permutandum? videretur quod non quia nemo
inuitus beneficium vel eccleſiaſticarum dignitatem accipe-
re cogitur licet aliud ſit in ſecularibus honoribus vt notat
Innocen.in.d.c.1.de ijs quæ fiunt à maiore parte capi.& hoc
etiam iure probari poteſt vt per.c.quod ſicut &.c.ſi cõpro-
miſſarius.de electi.lib.6.atqui in permutatione beneficium
de nouo accipitur,& antiquum dimittitur ergo quis inuit⁹
16 nõ cogitur accipere facit ad hoc cap.geſta.74.diſtinc.† Sed
in contrarium veritas eſt quod prius quodam ſimili com-
probabimus quia inuitus quis cogitur ordines aſſumere.ca.
quæris de ætate & qualitate.& cap.ſcias.7.q.1.melius adhuc
in cap.quæſitum de rerum permuta.vbi dicitur datam pote
ſtatem Epiſcopo transferendi perſonas de loco ad locum,ſi
hoc expedire viderit & ibi Hoſtien.notat illam permutatio-
nem eſſe commendabilem.Et ad eam inuiti compelluntur
ad hoc facit.c.ante omnia.40.diſtinc.cap.in ſcripturis.8.quę
ſtio.12.& cap.diſplicet.23.quæſtio.4.hoc idem etiam innuere
videtur Innocen. & Hoſtiẽ.in cap.niſi cum pridem.de re-
nũciat.vbi inquiũt,ſi periculũ deſtructiõis eccleſiæ,aut ma
gnum ſcandalum imminet ad ſedendum prælatus cogi po-
teſt:dummodò alia ita bona prælatura,vel dignitas ei aſſi-
gnetur, adferentes ad hoc cap.licet.de regu.iur.& cap.mu-
tationes.7.q.1.dicuntq; illud cap.quæſitum de rerum permu
ta.ita poſſe intelligi.Et ſic ex prædictis reſultat quem ad per
mutandũ poſſe cogi ex cauſa maxima:intellige,vt prædixi,
ſi ita bonũ recipiat beneficium.Nam,vt dominus Guido in
quadã ſua diſputatiõe refert credit Epm nõ poſe clericũ co-
gere vt ſuo bñficio renũciet vilius recipiẽdq.Archid.autẽ in
17 .ca.ſi ꝓpter.in verbo,vocabũt de reſcrip.in.6.† innuit.quã
dã permutationẽ volũtariã eſſe,& qdã neceſſariã quę fit ſu
perioris officio quaſi Secunda hęc inuitis beneficiatis fiat Et
idem videtur tenere Ioan.And.ibi.Satis igitur ſuſtineri po-

teſt ſi nec datione coadiutoris,nec modo aliæ vtilitati eccleſiæ conſuli poteſt,quis inuitus transferri poſsit dummodò, vt dicebam,de alio beneficio fiat ei bona compẽſatio, vt ſic publica vtilitas priuatæ præferatur.c.cum inferior.de maio.& obe.nec mirum ſi ita fieri valeat:cum ipſe beneficiatus,vt aliquando ſuperiùs dicebamus,dominus bonororum eccleſiæ non ſit:ſed tantum diſpenſator eorum, & procurator.c. ij.de donat.cum ſimil.Epiſcopus verò eſt præordinator in omnibus.c.perlectis.25.diſtinct.& cura totius ſuæ diœceſis
17 ad eum pertinet.c.per totum.xj.q.j.ſed cum dixerimus † in permutatione renũciatione,&collatione debere interuenire cõſenſum:quęrerẽ nũc ſi ſufficiat pręſentib⁹ volẽtibus renũciare,& petẽtib⁹ renũciationẽ admitti,& collationẽ hinc inde fieri dicant placet nobis,vt pmittetis vos,vel ſi ſimilibus verbis vtãtur videretur quod hic quaſi ſub verborum cõpendio videantur renunciaſſe,& epiſcopus acceptaſſe arg.l.nam hoc iure.ff.de vulg.vnde dicit Innocẽ. permutantes ius habere in beneficijs permutatis ſtatim cum ſuperior ſuam interponit authoritatem optimè facit ad hoc, quod notat Hoſtiẽ.& poſt eum Io.Andr.in.c.ex ore.de his,quæ fiunt à maiore parte capituli.vbi dicunt ſi Epiſcopus de voluntate beneficiati confert beneficium,collatio valet:quia tunc ille videtur renunciaſſe,& Epiſcopus acceptaſſe.Hæc certè opinio,ſi ſubtilitatem iuris ſequeremur,ſuſtineri poſſet: tamen tutius eſt,vt renunciatio,& collatio expreſſa fiat,& ita fieri debere conſuluit Hoſtienſis in præfato.c.ex ore.& ſic etiam ſeruat conſuetudo,de quibus vide adhuc in clemen.j. de rerum permu.Et quia ſuperius de duobus prælatis eccleſiarũ collegiatarum circa permutationem prælaturarũ eorundẽ diximus, nunc requirit locus,vt de duobus epiſcopis videamus an inter ſe permutare poſsint:quare vt breuiter reſpon
18 deam † ſi de eorum authoritate propria hoc facere velint clarum eſt,quod non.c.quanto.de tranſlat.Epiſcopi.&.c.cũ olim.de rerum permutatione.tractare tamẽ poſſunt de ipſa permutatione ad inuicem:ſed pro ea authoriſanda ſummũ Pontifi

Pontificé adire debent qui eo vinculo quo obligati ſunt ſuis eccleſijs eos abſoluat & eorum permutationem authoriſet facit ad hoc.c.inter corporalia.de tranſla.Epiſcopi.&.c.niſi cum pridem.de renunci.nec legatus de latere hoc facere poſſet licet in prouincia ſibi decreta maius imperium poſt Papam noſcatur habere.c.ſi Abbatem.de elec.in.6.diſſolutio igitur huiuſmodi vinculi matrimonij ſpiritualis ſoli Papæ
19 eſt reſeruata,vt in dicto.c.inter corporalia.† Sed vt breuitati, qua moderni gaudere ſolent,conſulam circa hunc articulum,ſcilicet inter quas perſonas permutatio fieri poſsit hanc vltimam quęſtioné moueo,an duo monachi qui duorum monaſteriorum ſunt beneficia obtinentes poſsint illa, ac eorum monachatum permutare Collect.in.c.cum olim. de rerum permuta.& in ſua quæſtione.iij.ibi voluit quod nó dicens ingreſſum religionis fieri,vel ſaltem fieri debere,propter meliorem vitæ frugem.c.licet. de regularibus &c.nec appetitu beneficij conſequendi quis religionem ingredi debet cap.officij.de electione.Prætereà monachi vnius monaſterij beneficia alterius conſequi non debent.c.cum ſingula de præben.in ſexto.ſed ex poſt dicit ibi prædictus Collectarius hanc quæſtionem concludendo huiuſmodi religioſos facta reſignationé ſe illico transferre debere quibus tráſlatis collatio ei fieri debet non virtute permutationis, quę in ipſis locum habere non poteſt.Anthonius tamen in prędicto cap.cum olim. tenuit cum licentia Abbatis ipſos religioſos permutare poſſe, & non aliter citans ad hoc Fredericus.de ſenis in ſuo ſexto conſilio, idem tenuit etiam Panor.
20 in pręallegato cap.cum olim.† An autem hoc poſsit legatus de latere inconſultis Abbatibus monachorum permutare volentium.Quidá tenuerunt id eos facere non poſſe:cum illi vocandi ſint,quorum intereſt, vt prætetigi,& facit text. in capi.decernimus.decimaſexta quæſtione ſeptima. tamen quia ipſe legatus de latere cum ordinarijs collatoribus concurret in beneficiorum collatione:adeò quòd data paritate, præfertur eius collatio propter eius ampliorem prærogati-

uam.c.ſi Abbatem.de electione,& electi poteſtate.in ſexto.
&.c.ſi à ſede.de præb.eo.lib.concluditur talem permutatio-
nem autoriſare poſſe dum tamen tales monachi permutãtes
ab ordine,quem profeſſi ſunt,non deſiſtant & beneficia per-
mutanda ſint ſub eius legatiõe. ¶ Sed quem locum tales mo-
nachi in monaſterijs quorum beneficia ex cauſa permutatio
nis ſunt aſſecuti obtinebunt, & ſi ſub hoc dubio frequentes
lites moueri ſoleant:tamẽ nulla iura ſuper hoc adhuc proui-
derunt: ſed almificus pater diuus Benedictus in ſua regula,
quæ pro iure allegari põt vt in.c.j.ne clerici, vel monac.&c.
in titulo de ordinibus congregationis hoc dubium videtur
21 decidere dum ſic ait in litera. † Ordines ſuos in monaſterio
fratres conſeruent vt conuerſionis tempus,& vitæ meritum
a decernit,[a] & paulòpoſt ibi ſubſequitur vt qui ſecunda hora
venerit in monaſterio,minorem ſe nouerit illis eſſe, qui pri-
ma hora diei venerunt cuiuſlibet dignitatis aut ætatis talis
ſit nec obſtare poteſt ſi nunc obijceretur iſte de nouo cõuer-
ſus non eſt: imò multis iam temporibus in alio monaſterio
eiuſdem ordinis etiam profeſſus eſt licet nuper hoc monaſte
rium ſit ingreſſus:quia ad hoc facile reſpondi poteſt antiquũ
ingreſſum alterius monaſterij nec eius antiquiorem profeſ-
ſionem debere damnum adferre illi, qui ante eum in mona-
ſterio quod ſecũdo intrat in fratrem eſt recœptus:hæc enim
noua trãſlatio fieri intelligitur ſine præiudicio iuris alieni ad
hoc eſt bonus tex.in.c.quãuis.de reſcript.in.6. qui certè text.
memoriæ cõmendandus eſt ad hãc etiam quotidianam quę-
ſtionem dum quis de vno monaſterio ratione beneficij, vel
etiam ſine beneficio ad aliud monaſterium transfertur, quia
ſi denuo ad primum gratia beneficij, vel ſine beneficio, talis
ſuum locum primum nõ repetit,& ſic vel ad ſecundum mo-
naſterium accedat:vel ſi expoſt ad primum reuertatur in il-
lis omnibus alijs prius recœptis ante ſuum ingreſſum in ſe-
cundo:ſcilicet vel ante regreſſum ad primum poſt priuetur
dicto.c.quãuis. Et hæc quantùm ad ſecundum articulum hu
ius materiæ dicta ſufficiant.

Regula Benedicti

a Adde hoc extendi poſſe ad dignitates ciuiles l.j.ff.de albo.ſcribendo. l.ij. in princip. ut dignitatum ordo ſerue. libr.xij.C. Prateius.

Beneſi

ARGVMENTVM

Beneficia eccleſiaſtica cũ hoſpitali, commenda, penſione, ſimplicib⁹, & permutarine poſſint, & in curatis & vnitis idem liceat.

SVMMAE.

1 *Beneficij eccleſiaſtici & hoſpitalis mutua permutatio.*

2 *Beneficij eccleſiaſtici & commendæ permutationem nõ valere. Quod limitat in commenda ad vitam id tamen cum expeditione Roma. pontificis.nu.3.*

4 *Beneficia manualia quæ. Et an cum eccleſiaſticis permutari poßint. num.5. Ea tamen cum expeditione Papæ poſſe permutari.num.6.*

7 *Initam tamen huiuſmodi permutationem ab inferiore reuocari poſſe. Niſi ex certa ſcientia illud fecerit Rom. pontifex.nu.8.*

9 *Beneficia vnita eccleſiæ, vel monaſterio ſine horum conſenſu permutari non poſſe id tamen quando liceat.nu.10.*

11 *Reductio maioris numeri ad minorem in caſu hic notato permutationẽ vel ſubſtitutionem an impediat: & an canonicorum numerus ſtatuto eorum minui poßit.nu.12. & vide ad hoc tex. rotund. c. cum M. ferrar. de conſtitutio. in antiq. & an reductio valeat in caſu de quo.nu.13.*

14 *Permutatio quo caſu valeat ſi canonicorum numerus certus nõ ſit, nec diſtinctæ prabendæ.*

15 *Vnius, & duorum beneficiorum permutationem non valere & quid in duobus curatis, & vno ſimplici.n.16. idq́; qua via.n.17. & quatenus diſpenſatio ſuper his ſe extendat.nu.18.*

19 *Beneficium eccleſiaſticum cum penſione permutari non poſſe. & numero.20.*

CAP. VI.

NVnc verò Supereſt vt hui⁹ materiæ permutationis bñficiorũ tertium tãgamus principalẽ articulũ, & ſic vt videamus quorũ bñficiorum pmutatio fieri debeat quia ſicut ſine pſonis ita nec ſine bñfi- 1

ciis pmutationes fieri poſſunt,& cũ hoc ędictum prohibito riũ ſit oĩa igitur bñficia permutari poſſunt exceptis prohibitis:quare de illis nunc videamus prętermiſſis tamen beneficiis reſeruatis cum de ipſis loqui quodãmodo ſuperuacaneũ videatur quia,vt iam tetigi,ſuperius reſeruationes iſtę bñfi-
1 ciorum in hoc regno Francię non habẽt locũ:† ſed hîc priùs oſtendã,an bñficium eccleſiaſticum cũ hoſpitali vel cũ præſtimonia permutari poſſit.Io.and.in pręfato.c.vnico.in verbo beneficia.de re.permut.in.6.tenuit, quod ſic & pleniùs ad huc idem ipſe in clem.vnica ſub eodem verbo & titulo. dũmodo dicit ipſe hoſpitale vel pręſtimonium clericis cõcedatur ſecus ſi laicis.Sed meliùs cum Alexan.de lentilla hoc dubium ita cõcludendum puto,aut hoſpitale in bñficium eccleſiaſticum conceditur & tunc pmutatio beneficii cum hoſpitali locum habet & econtra:ſi verò alicui tanquàm bono viro hoſpitale committeretur,& non in beneficium eccleſiaſticum,& ſic quod ratione ſuę adminiſtrationis annis ſingulis regat & rationes reddat:tunc enim poſſet cum beneficio eccleſiaſtico permutare:quia licet hoſpitale beneficium nõ ſit tamen non eſt titulus profanus omnino:imò potiùs eccleſiaſticus:nec vendi poteſt abſq; labe ſymoniæ per id, quod notatur in.c.conſulere de ſymo.¶ Sed an in beneficio commendato iuxta formam.c.nemo deinceps.de elect.in.6.idem dicẽdum ſit.vt cum alio poſſit permutari?quid beneficium commendatum ſic ſuperius tetigimus,quare hîc non repeto, Federicus de ſenis in ſuo tractatu permutationum reſpondet per verbum ambiguum dicens fortè quod ſic: quia titulus commendæ eſt canonicus dicit tanquàm à iure inductus nec vacat interim dictum beneficium ſic commendatum, vt dicto capitulo nemo deinceps.additq; fortiùs ſub verbis tamẽ adhuc ambiguis fortè duos commendatarios adinuicem poſſe eccleſias ſibi commendatas permutare quæ Frederici opinio Alexandro de lentilia diſplicet cum vult beneficium commendatum cum beneficio perpetuo permutari
2 poſſe quia dicit.† Aut alter reciperet beneficium in titulũ quod

quod fieri non pōt cū beneficiū cōmendatū cōmendatario duret tantū ſex menſibus quibus expletis ipſius commenda expirat, ne penes eum vlterius remanet. Prætereà & fortiùs dicit in permutatione collationem fieri debere, quæ hîc fieri non poteſt ſed ſolum commiſſo. hinc eſt, quòd commendatarius non eſt prælatus ſed tantū cuſtos vt notat dicto. capi. nemo deinceps &. c. ſi conſtiterit. de accuſatio. & per Innocen. in cap. dudum. in. 2. de elect. quæ opinio Alexādri placet Aegidio, ſubiungit in beneficio commendato ad vitam, & ſic perpetuò non videre ſibi quòd in eo cadere poſſit permutatio. duæ opinioni optimam rationem addens quia nullus eſt qui beneficia permutari poſſit niſi ſua propria dicto cap. vnico de rerum permuta. in. 6. vnde commendatarius dicere non poteſt tale beneficium ita ſibi commendatum (vt iam dixi) ſuum eſſe idem ſentit Panor. in cap. cum olim in. 1.
3 notab. de re. permu. † Aut loquimur permutatione beneficij cōmendati ad vitam cum altero cōmendato ad vitā etiā & cum in tali permutatione opus ſit noua commenda, quæ fieri non pōt per ordinarium ſupereſt vt per ſolum Papam talis permutatio ſit expedienda nec per legatū de laterę fieri poſſet quia ligatur iuribus vt nota per glo. in. c. ſtatuto. de hæreti. in. 6. idem tenuit etiam Panor. in. c. cum olim præallegato. Quid aūt de beneficijs manualibꝰ dicendū eſt an ad in-
4 uicē pmutari poſſunt, † beneficia manualia itellige quę ſub diti alicuiꝰ prǽlati detinēt ſub eius eius obediētia de quibus notaꝛ in. c. is q̄ de maio. & obedi. &. c. legebaꝛ. eo. ti. &. c. olim cauſam de reſti. ſpolia Manalia aūt dicunꝛ, quæ ad nutū ſuperioris cōceſſa ſunt, hinc eſt quod tales qui manualē obediētiā debent, dicunꝛ tanquā ſubditi vt ibi & eā q̄nq; iuramēto præſtarę tenētur. c. nullus de iure iur. c. cū ex iūcto. de oper. Manualis obedientia.
5 no. nūcia. &. c. quāquā ſua gl. peñ. 23. diſt. † vt igiꝛ ad ꝓpoſitā quęſtionē reſpondeā Fred. de ſeñ. tenuit talē permutionem fieri poſſit nec obſtare voluit etſi talia bñficia manualia ppetua nō ſint quia dicit poſſe ea perpetuo non reuocari quod ſufficit quæ Frederici opinio Alexandro de lentili. placuit

& Panorm̃.ac Antonio de Butrio in præfato cap.cũ olim.
6 † Sed quid ſi duo habẽtes manualia bñficia autoritate apoſtolica permutent an ab illis per prælatum ſuum poſsint pro libito voluntatis reuocari,vt prius poterãt?videretur id fieri non poſſe:quia ex quo papa aliquem prioratum,ſeu aliud beneficium manuale ex certa ſcientia alicui confirmat talis obediẽtiarius Papæ efficitur,& voluntate ipſius retinet huiuſmodi beneficium,& non prælati voluntate.Ergo pro libito voluntatis ipſius prælati reuocari non poterit. Pręterea ſententia ſummi Pont.per aliũ inferiorẽ infirmari nõ poteſt c.ij.de confirma.vtili &c.at huiuſmodi permutatio vim ſententiæ habet,ſequitur ergo eam per inferiorem reuocari nõ
7 poſſe.facit ad hoc quod nota.in.c.porrecta.eodem tit.† contraria tamen opinio tãquàm noſtro iudicio,verior magis recœpta eſt:quia Papa permutãdo,vnum loco alterius ſubſtituere intelligit:quare in literis apoſtolicis poni ſolet,vt non plus iuris ipſis permutantibus acquiratur,quàm prius haberent videretur ad id facere iuris regula,is qui in ius.de regu. iur.lib.6.& res ſubſtituta loco alterius ſuccedere intelligitur c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in.ij.vt lite penden.&c.proinde nec Papa ſuis literis locorum,& religioſorum couſuetudines tollere intelligit,niſi exprimat.c.j.de conſtitu.in.vj.& ad prædicta nunc facit optimè Benedicti.12.conſtitutio,quæ inter eas quas de monachis nigris fecit.31.eſt & de canonicis regularibus decima, quæ conſtitutiones bulla expreſſa Nicolai Papæ Abbati maioris monaſterij turonenſis directa vbiq; obſeruari mandantur,prædicta igitur Benedicti conſtitutio hoc habet in verbis formalib⁹.Religio tenet,ſi Abbas in cõferendo prioratum manualem ſit negligens ita,quòd ad Papam poteſtas fuerit deuoluta, licet in eo cǫnferendo Papa ſuppleat negligentiam,non propterea is,cui cõfert erit perpetu⁹ quin per ſuum Abbatem valeat reuocari.Facit ad hoc quod nota.per glo.in verbo reuocari.clemen. quia regulares.de ſupplenda negligen. prælatorum.nec obſtant nunc
8 contraria,quæ aduerſum hæc moueri poſſent:† quia debent intelligi

intelligi quando Papa ex certa ſcientia talem religioſum ab obedientia ſui prælati ſubtraheret illum ſuum obedientiarium conſtituendo itidem concludit Collectarius in.c.cum vniuerſarum.de rerum permuta.per ea,quę colligi poſſunt ex.c.per tuas.de maioritate,& obedientia.& hanc opinionē etiam ſequitur dominus AEgidius: quare vt me reſoluam prædicta ita concludo duo permutantes beneficia manualia authoritate Papæ ad nutum prælatorum ſuorum ſunt reuo
9 cabiles vt antea. † At neceſſum nunc eſt, vt de ſequenti, & vtili quæſtione quęram ſi duæ eccleſię menſa cuiuſdam mo naſterij,vel alterius eccleſiæ, ſeu dignitatis canonicè vnitæ ſint,& qui illarum rectores ſunt, eas permutare volunt, an poſsint maximè monaſterio,ſeu eccleſia non conſentiente. Breuiter dico hoc non poſſe:quia cum tales eccleſiæ per illam vnionem de menſa factæ ſint vlterius vacare non dicuntur cle.vnica.verſi.quędam.de exceſſ.pręlato.ergo permutatio eorundem fieri non poteſt,cum in ea fiat beneficiorum vacantium collatio,prętereà ex hoc abſurdum ſequeretur: quia ſi iſti pmutare poſſent, ergo & alij deinceps:& ſic vnio nunquàm ſuum effectum ſortiretur,nec ſubijceretur menſę eccleſię,ſeu monaſterij. & in hoc omnes ſcribentes noſtri cō ueniunt,vt vnitum beneficium cum vnito,vel cum nō vnito permutari minimè queat,hoc tamen ita intelligendum eſt quando vnio facta modo debito eſſet,quod ſi aliter fieret,vel propter defectum poteſtatis viuentis,aut alterius ſolennitatis ad hoc requiſitæ de quibus in.c.j.de rebus eccleſiæ non alienan.in.6.permutationem non impediret per re-
10 gulam iuris nō pręſtat impedimentum.de reg.iur.in.6. † Et quod dixi de beneficijs vnitis permutationem fieri non poſſe:intelligo verum dummodo ipſa vnio totam permutationem pręceſſerit:quia ſi vnio tales renunciationes ſequeretur licet collationem præcederet permutationem non impediret adhuc cum tales renunciationes permutationis gratia factæ fuerint,& ſimiliter collationes,facit ad hoc cle. vnica. de rerum permuta.quod idem in beneficijs extinctis dicen-

dum eſt, de quibus omnibus vide per Io. Andr. in ſuis nouel
11 lis eod. titu. de rerum permuta. ¶ † An autem in eccleſijs, in quibus numerus canonicorum qui forſan triginta erat, & ad duodenarium reſtrictus legitime, & cum iuramento in illis ordinatum extiterit quod ſedentibus, vel decedentibus cano nicos eiuſdem nullus loco eorũ ſubſtitueretur donec ad prædictum numerum duodenarium peruentum eſſet: modò ſi quiſpiam triginta autoritate legati permutare vult nunquid poſſit? Super hoc varias reperi ego opiniones: quia ſunt, qui dicant eos hoc fieri poſſe dum tamen ex cauſa legitima permutare velint argum. eorum quæ notan in. c. eccleſia. vt lite penden. Præterea dicunt tali ſtatuto eccleſiæ non derogari, menſque inſpici debet. c. ſi poſtquàm. de elect. in. 6. Ioan. and. tamen alterius iudicij fuit & pœnitus contrarij cui ego in hoc adhæreo nec abſque ratione: quia ſi aliter fieret, abſurdũ inde ſequeretur cum nunquam ita voluntas eorum, quæ eſt
12 † vt ad minorem numerum canonici reſtringantur, ſortiretur effectum vt in ſimile de beneficijs vnitis ſuperius diximus & ſic qui ita ordinaſſent eorum voluntate fraudaretur.
13 ¶ † Dubium tamen ex his verbis oritur ſi permutatio per eos fiat qui ſtatutum fecerunt an illo caſu valeat quaſi per actum cõtrarium numerum antiquum videantur ſuſcitaſſe iuxta. c cum acceſſiſſent. in fi. de conſtitu. Huius nodi ſolutio à quæſtione illa, an teneat receptio canonici cõtra iuratum numerum pendet: ſed quantùm ad hanc principalem noſtrã quæſtionem attinet, archi. in. c. ſi is, cui. de præben. ijs voluit quòd non: & Ioan. andr. ibi tenuit tales eſſe periuros tamen receptio tenet quaſi recipiendo ita capitulariter tacitè tale ſtatutum reuocetur quo ſublato iuramentum non ligat. Sed nunc aduerſum hæc obijci poſſet cum tale ſtatutum vires habere non poſſit niſi autore epiſcopo. c. penult. de conſtitu. Quomodo igitur fiet canonicos per actum contrarium ſtatutum reuocare poſſe, cum etiam nec expreſſe poſſent? quare dicerem opinionem archid. ęquiorem eſſe & ſic quicquid contra iuramentum licitum fit eſſe nullum. c. ſi diligenti. de preſcri

præſcrip.vnde concludendum fore in hoc caſu arbitror per-
mutationem non valere quod certè verum putarem quicqd
14 dici poſſet in contrarium. ¶ † An autem in eccleſijs in qui-
bus numerus canonicorum non eſt certus nec præbendæ di-
ſtinctę ſunt permutationi ſit locus?quadam breui; diſtinctio
ne ita huic quæſtioni reſpondeo, aut quæritur de permuta-
tione propria,& priuilegiata & tunc dico locum non fore,
quia in illa permutatione neceſſaria priùs eſſet vocatio quę
hoc caſu eſſe non poteſt facit. c. ex parte Aſtenſis. de con-
ceſſ.præben.aut hoc fit per ſuperiorem, non iure permuta-
tionis,ſed ex ſuo officio:& tunc valet:cum iſtud non reperia
15 tur à ſeruire expreſſè prohibitum.† Hoc tamen quod quoti
dianum poſſet eſſe quærendum non omitto,non duo benefi
cia habens illa cum vno permutare poſſit vel cum duobus
alijs Ioan.and.in.c.cum venerabilis de exceſſ.prælat.in verb.
eccleſijs voluit quod ſic dicens ſicut duę eccleſię iure proprie
tatis permutari poſſunt ſic & ratione ſimili duę eccleſiæ in ti
tulum in argu.adferens quod nota.in.c. 2. de mutuis petitio.
ſubiungenſque ibi hoc in contingentia facti ſe vidiſſe.
16 ¶ † Quid autem dicendum eſt ſi quis ex diſpenſatione duo
beneficia curata habeat an cum curato vel ſimplici permuta
re poterit? dicerem non poſſe: quia diſpenſatio perſonalis
eſt nec ad alium cum quo diſpenſatus permutare vult tranſi
ret.c.ſane de priuileg.cum ſimilibus:nec ſuper ijs Epiſcopus
17 poterit diſpenſare.† Porrò ille,qui duo curata ex diſpenſa-
tione habet,ſi cum habente vnum permutare vult hoc fieri
poſſe dicimus.Caueat tamen talis ne in foueam quam fecit
cadat quia aliud curatum recipiendo vacabit de iure illud
quod retinet.c.non poteſt.de præbē.in.6.& clemen. ſi plures
eodem titu.Quare concluditur ſiue ex parte vna ſiue ex vtra
que permutantium plura beneficia detineatur ex diſpenſa-
tione Papæ tunc permutatio aliqua interuenire non poteſt
niſi talis diſpenſatio de perſona in perſonam fuerit proroga
ta.Sed ſi vnū de ſuis duobus beneficijs curatis cum permutet
cum ſimplici hoc eum poſſe facere fateor ac illud retinere

etiam cum ſuo curato ex diſpenſatione Epiſcopi ſaltem qui circa talia valet diſpenſare.c.dudum.in ſecundo de electio.ſi verò hæc beneficia purè iure communi teneri poterant: clarum eſt omnia ſimul, vel vnum cum alio poſſe permutare. Sed ad hæc aduertendum eſt,quia Ioannes andr.in præfato. c.cum venerabilis.de exceptio.dicit verum non eſſe eum qui duo beneficia curata habet vnum ex illis cum alio curato permutare poſſe cum duo beneficia curata habens etiam cum diſpenſatione non valeat aliud curatum recipere niſi priùs illis duobus beneficijs curatis renunciauerit.c. ordinarij.§.in
18 conferendis.de offic.ord.in.6.† Geminianus tamen in illo.c. vnico de rerum permuta.in.6.hunc articulum volens decidere ita diſtinguit aut talis qui duo beneficia curata habet ad illa obtinenda ſimpliciter diſpenſatus eſt tunc talis diſpenſatio niſi ad illa priora non extenditur.d.c.non poteſt de præben.in.6.aut diſpenſationem habet quæ ad alia vel aliud etiã extẽditur,& ſic vt altero illorum dimiſſo vel ambobus aliud ſimile vel diſſimile aut ſimilia vel diſſimilia recipere poſſit, tunc enim ipſa duo curata beneficia vel vnum ex his cum alijs duobus ſimilibus vel diſſimilibus aut cum ſimili vel diſſimili virtute renunciationis aſſequi poterit & ſic vnum tantùm cum alio priore retinere hanc Geminiani opinionem veram credo,quare quicunq; tales diſpenſationes impetran-
19 tes adhæc diligenter aduertant.¶ Hæſitari nunc poſſet† an cum beneficio eccleſiaſtico penſio permutari poſſit? AEgidius tenuit quod non dicens omnia iura de permutatiõe tractãtia loqui de beneficijs eccleſiaſticis,vt cum alijs eccleſiaſticis permutari poſſint dicto capitulo vnico.in verbo. beneficia de rerum permuta.in.6.collect.tamen contrariæ prorſus ſententiæ fuit & ſic dicens beneficium cum penſione permutari poſſe ſi talis penſio pro beneficio eccleſiaſtico aſſignari conſueta eſſet argumento capituli in noſtra & meliùs. in illa decretali ad audientiam. la ſecunde de reſcriptis.extra Porrò Gulielmus de monte lauduno in cle.j.de ſupplend.negligen.prælato.ſecutus eſt opinionem AEgidij & ita eam veram di-

ram dicit etiam ſi talis penſio pro beneficio eccleſiaſtico aſsi gnaretur: quia adhuc beneficium eccleſiaſticum dici non po-
20 teſt. † quam Gulielmi, & AEgidij opinionem de iure veram arbitror, & cum ea ita concludo beneficium eccleſiaſticum cum penſione quęcunq; illa ſit permutari non poſſe, & cum ijs tertius huius materiæ noſtræ principalis articulus ſatis ſuperq; expeditus remaneat.

SVMMAE.

Vocandi ſunt, quorum intereſt. & nu. 2.

3 *Vocandis non vocatis an nulla, vel irritanda permutatio idq; intra quantum temporis fieri debeat, & à quo incipiendum. nu. 4.*

5 *Præſentium contradictio non impedire ſine cauſa permutationem, & in quo permutationis genere id ſit accipiendum.*

6 *Permutationis recipiendæ cauſæ.*

7 *Contumacia an & quando permutationem impediat.*

8 *In vocatione huiuſmodi inter patronum clericum, & laicum nullam eſſe differentiam.*

9 *Collationem, non vocato patrono, factam etiam ab epiſcopo non valere cuius pœnam ſubiungit. nu. 10. & 13.*

11 *Intellectus ad. c. illud. de iure patronatus.*

12 *Irritatur actus, ſi cum conſilio alicuius fieri debuit, eo non adhibito.*

14 *Facta à non habente ius nulla.*

15 *Collatio Epiſcopi à patrono confirmata à quo tempore valeat*

16 *Limitatio ad regul. idem iuris de toto ad totum. &c.*

17 *Patrono non conſentiente, aut reclamãte, quo caſu noua collatione opus ſit, & intellectus ad. c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6.*

18 *Epiſcopus totum expediat in authoritate præſtanda ex conſeſu eorum, quorum intereſt.*

19 *Vocationem non præſumi, & quid ſi fiat in curia permutatio. nu. 20. & quid in dubio. nu. 21.*

22 *Signaturam in prouiſionibus neceſſariam eſſe, & clauſula quæ in diplomate neceſſaria. nu. 23.*

24 *Inſtitutioni nullum præfinitum tempus. & intellectus ad totum titulũ*

de inſtitutionibus.

25 Inſtitutionem in collationem transfundi:& de collationis deuolutione ſucceſſiua.

26 Iuri patronatus pontificem Ro.derogare poſſe:& ex cauſa quod non poteſt legatus à latere.27.

CAP. VII.

DE quarto Articulo principali, vt hîc
nunc videamus,reliquũ eſt,
& ſic quibus vocandis,celebranda ſit permu
1 tatio.† & quia ad actus,qui præiudicij ſunt,
illi quorum intereſt,ſunt vocãdi.c.inter qua-
tuor.&.c.ſi.de maio.& obe.poſtquã igitur de perſonis prin-
cipalibus permutationẽ habentibus expedire & eorum be-
neficijs viſum extitit:videndum nunc eſt,de ijs qui ex per-
mutatione lædi poſſunt,& ſic de ijs qui in ea vocandi ſunt
ſumus dicturi,etſi ſuperiùs aliquid de hac euocatione perſo-
narum in ipſis permutationibus dixerimus hîc tamẽ plenio
2 ri calamo tangemus.† Primoq; loco quantum ad hunc arti
culum attinet dico omnes vocãdos eſſe quorum intereſt,ſi-
ue tales beneficia quæ permutari debent ad collationem eo-
rum habeant electionem,vel præſentationem. Sed dubium
nunc oritur ſi Epiſcopus qui præſentationem facere habet
eos contempſerit:quia eos non vocauit,in permutatione,an
talis permutatio nulla ſit ipſo iure?vel an ſolùm veniat an-
nullanda:Paulus de aleazarijs in cle.vnica.de re. permut.te-
nuit conſenſum horum ante permutationẽ, & poſt interue-
nire poſſe vnde ſcdm ipſius opinionem ſequitur talem per-
mutationem non eſſe nullam ipſo iure:ſed tantũ annullan-
dam:Nam ſi nulla fuiſſet illã poſteà ratam habere non poſ-
ſent iuxta.c.auditis.de elect.cum multis alijs,& quod ſolum
per ſententiam veniat annullanda hoc per.c.ſicut.de electio.
oſtenditur.Aduerſus prędicta tamen videntur nunc ex dya
metro pugnare iura ſequentia,primo text.in.c.j.de his quæ
fiunt à maio.parte capituli.c.ſine exceptionę. xij.qó.ij.&.c.
decernimus.xvj. q.vij. Ex quibus iuribus hęc iuris theorica

deſumitur

deſumitur quod in præſentia aliquorum fieri neceſſe eſt, ſi ita non fiat, non valet, quod agitur: facit ad hoc quod notat.
3 etiam in.c.cauſam matrmonij de offi.deleg.† prędictam tamen Pauli de aleazarijs opinionem veriorem dicerem, & ſic quod talis permutatio non ſit nulla, ipſo iure: ſed tantum veniat nullanda: quia iſte modus faciendi permutationes, ſeu ea authoriſandi principaliter ab Epiſcopo dependet, licet ad eum non ſpectet collatio: non tamen propterea dico quin male faciat Epiſcopus eos contemnendo, nec obſtant nunc prædicta iura, quæ volunt collationem nullam fore: quia loquũtur in eo caſu, in quo Epiſcopus requiri debet, & in quo ipſe non habet collationem quod in permutatione ſecus eſt: quantum verò ad canonem ſine exceptione præallegatum, ibi noſtro iudicio eſt caſus ſpecialis, licet Hoſtię.contrarium voluerit, & Pan.etiam in.c.cum Bertholdus.de ſententia, & re iudicata.muniensſe de præfato.c.decernimus.& idem Panor.in.c.illud.de iure patr.plenius adhuc idẽ Panor.in quadam ſua ſolenni diſputatione incipiente Augerio patronatum &c.Ex prædictis igitur poſtpoſitis omnib⁹ alijs ſuperfluis quæ ſuper hoc dubio ſcribentes hinc & inde adferre ſo
4 lent, ego cum prædicto Paulo de aleazarijs ita† coucludo eã permutationem annullandã eſſe in qua quorũ intereſt contẽpti ſunt, & tales qui ſe cõtemptos dicunt, & pmutationem volunt annullare intra ſex menſes venire debent à tempore ſcientiæ computandos, ſicut & in collatione dicimus per.c. quia diuerſitatem.de conceſſ.præben. niſi prius tacitè, vel expreſſè conſenſerint: quia tunc non audirentur vlterius iuxta.c.ex ore.de his, quæ fiunt à maiori parte capituli. facit optimè ad hoc reg.quod ſemel placuit cum ibi nota.de reg. iuris in ſexto.veriſsimamq; arbitror hanc noſtram opinionem, licet ſint qui dicant quantùm ad id tempus præfigendum hoc eſſe in arbitrio iudicis argumen. l.mancipiorum. ff.de optio. legata.&.c.ſi pluribus. de præbendis. in ſexto.
5 Si verò ad præſentes ſint illi quorum intereſt & permutationi contradicentes ſed nullam cauſam ſufficientem allegent

ob quã eorũ contradictio cõmutationẽ impedire debeat an propterea talis contradictio impediat permutationem? Acci duis voluit ſi permutatio perſonarum de loco ad locum, ſeu de eccleſia ad eccleſiam per ſuperiorem facienda ſit, quòd voluntaria contradictio eorum, qui dicant ſua intereſe abſque rauſa rationbili facta eam de iure impedire non poteſt quia in his qui neceſſitatem vel euidentem eccleſiæ vtilitatem reſpiciunt qui ſine cauſa contradicit audiendus non eſt.c.1.de his quæ fi.à ma.parte cap.cum ſimilibus quòd ſi aliquam rationabilem cauſam allegarét:ob quàm permutatio deboret impediri tunc conſtitoita, permutatin impediretur Aut aliquid tale non allegatur, & tuus ſatis in aperto eſt ſua non intereſſe, ſaltim quod propterea debeat permutatio impediri quia qui nullam cauſam allegat, nullum intereſſe habere præſumitur .l. qui interrogatus.ff.de petitio . hæredi. cũ ſimilibus.quò ſecus de permutatione, quę volũtariè fieret non ob vtilitatem eccleſiarum: vel earum neceſſitatem dicendum eſt.quia eo caſu ipſorum contradictio etiam voluntarie debet permutionem impedire quam tunc omnes prædictæ rationes ceſſent: imò & in hoc caſu æquitatem præd. decretali . quæſitum. ceſſat dicere poſſem, dum vult his verbis formalibus ſi autem Epiſcopus inſpexit cauſam neceſſariam licitè poterit de vno loco ad locum transferre perſonas vtq; vni ſunt minùs vtiles, alibi ſe valeant vtilius exercere. † Dum ergo dicit ſi autẽ Epiſcopus inſpexerit cauſam neceſſariam &c. neceſſitatem cauſæ permutationis notat dum verò dicit ſubſequenter quæ vni loco minus ſunt vtiles alibi ſe valeant exercere notat vtilitatem nedum perſonarum imò & eccleſiarũ etiam & ſic iſta permutatio à iure cõmuni conceſſa de qua in.d.c.quæſitum. de rerum permutat.& in.c.maioribus.de præben.locum non videtur ſibi vendicare: niſi quando cauſa permutationis eſt perſonis neceſſaria vel vtilis eccleſijs ſi igitur aliter Epiſcopus fecerit, nec mirum etiam ſi per illos quorum intereſt, & contradici & permutatio impediri poſſit. Quid ſi hi, quorum intereſt, vocati

Permutationis modi

Permutationis permittendæ cauſſa 6

7 vocati ſunt:ſed tanquã † contumaces non comparent,an eo rum contumacia ipſam permutationem impediat? In ſoluẽ do hoc dubio ita diſtinguendum putaui aut talis permutatio propter vtilitatem,vel neceſsitatem eccleſiarum ſit tunc enim illis vocatis & non cõparentibus eorum contumacia pro præſentia exiſtimanda eſt & ſic hoc caſu Epiſcopus aut alius ſuperior permutationem expedire poterit cum etiam ipſis inuitis ſi præſentes eſſent,& contradicentes,non allegãtes tamen iuſtam cauſam hoc facere poſſet argu. notatorũ in.c.de eo qui mitti. in poſſeſ.cauſa rei ſeruandę.in.6. Aut talis permutatio ob neceſſitatem vel vtilitatem perſonarum fit voluntariè tantum & tunc huiuſmodi abſentia pro contradictione habetur,& permutationẽ impedit cum eis
8 inuitis permutatio fieri non poſſeſ.vt ex prædictis † ſed quãtum ad hanc vocationem patronorumpotiſſimum,dubium cadere poſſet nunquid inter clericos patronis & laicos alia ſit differentia & ſic quòd patroni clerici vocentur alij verò non vel econtra crederem ego quantùm ad permutationẽ attinet eſſe in hoc inter patronos clericos & laicos differentiam.Imò inter ipſos quantùm ad hoc eandem æquitatem ſeruandam eſſe dicerem quia etſi Papa præſentationes patronis laicis auferre non conſueuerit, vt prætactum eſt, & vt nota.in cap.cum dilectus.de iure patronatus & cap.2. de præbend.in.6.tamen Epiſcopus non plus vni,quàm alteri præſentationem auferre poteſt.Et ſic quantùm ad Epiſcopum in omnibus patronis tam eccleſiaſticis,quàm laicis in permutationibus faciendis eſt iuris identitas At in his permutationibus quæ per ſummum ponti.expediuntur conſenſus collatorum electorum vel præſentantium non exigitur etiam laicorũ quando patronis laicis expreſſè Papa derogat licet hoc facere aſſuetus non ſit: niſi ex cauſa maxima vt dixi iam , & adhuc ſpero me meliùs dicturum inferius
9 ¶ Sed ne ab incœpto negotio diſceſſiſſe videmur † quantùm ad hanc patronorum vocationem ſpectat dubiũ poſſet eſſe ſi Epiſcopus non vocato patrono imò prorſus,eo contẽpto,

confert beneficium quia adhuc intra tẽpus præſentandi à iu re cõceſſum erat intra quod collationi epi contradicit an talis collatio valeat? clarum eſt eam non valere: imò ipſo iure
a eſſe nullam[a] prædicto.c.decernimus.16.q.7.qui expreſſè verbis præſentis temporis dicit talem collationem irritam eſſe.
10 † Subiungitque ibi & ad verecũdiam Epiſcopi alius ordinetur, & inſtituatur quem ipſe patronus cõdignum elegerit & ſic in dedecus ſui ipſi⁹ Eps factum ſuum reuocabit vt ſimile
11 habetur in.c.pœnitentes.50.diſt.& in.c.noſtri.de elect. † Nec obſtat nunc.c.illud de iur.patron.vbi in ſuis finalibus verbis dicit eſſe irritandam: quia ita exponi debet.i.irritam nuntiãdam vel ſi propriè verba illa ſtare dicamus ad Papam referri debeat & ſic vt talem inſtitutionem de facto reuocet ſicut & de facto per epiſcopũ facta fuerat. Hanc vltimam expoſitionem confirmo per.c.accedẽs in prin.in verbo. quaſſamus
12 vt lite non conteſta. † Pręterea vbicũq; collatio expectat ad aliquem iuncto conſilio cuiuſdem non valet huiuſmodi col latio ipſo iure irrequiſito conſilio.c.nouit iuncta gl.fi. ibi de his quæ fi.à præla.ſine cõceſſ.ca.facit ad hoc.c.cum in veteri. de electio.c.cum olim de arbitrijs in pręfato enim capitulo cum in veteri Gregorius nonus decano & capitulo ſancti Ioannis & ſancti Stephani viſimitanenſis in mandatis dederat vt intra quadraginta dies poſt literarum apoſtolicarum ſuſceptionem cum conſilio quorundam de quibus ibi perſonã idoneam canonicè in paſtorem eligerent alioquin dicti conſiliarij de archiepiſcopo eis prouiderent à præfato ſummo ponti.ibi deciſum extitit ſi tales, qui eligere habebant, irrequiſito conſilio ad electionem præceſſerint talem electionẽ minimè valere non vitio perſonæ ſed electiõis itidem in præ
13 di.cap.cum olim per Innocen.tertium deciditur. † Ergo multò magis in caſu noſtro dicendum eſt, vt collatio per epiſcopum vel prælatum alium patrono non vocato & poſteà con tradicente attentata ipſo iure non valeat cum neceſſariò cõſilium requiratur: vel meliùs conſenſus, imò adhuc non conſenſus ſed quod patronus ipſe tanquàm ſit cauſa mouens & primaria

a *Vide, quæ in hãc rem decidit Capella Toloſ.deciſio. 107.& ibi S.Auffrer. Prateius.*

primaria inſtituẽdum per epiſcopũ priùs pręſentare debeat.
14 Proinde & hoc caſu noſtro ✝ collatio à non habente poteſtatem facta reperitur cum hodie tantùm ad Epiſcopum pertineat inſtitutio quæ fit ad patroni præſentationẽ non autem libera collatio. factum autẽ à nõ habente poteſtatem eſt ipſo iure nullum & pro non dato habetur qd ab illo datur qui de iure donare non poteſt. c. quod autem de iure pat. iuxta illud tritum nemo enim dat quod non habet capitu. daybertum. j. qu æſt. 7. l. traditio. ff. de acquiren. rer. domi. l. ij. C. de pœnis. l. ij. §. vltim. ff. eodem. l. vnica. C. qui pro ſua iuriſditione dare &c. & cap. nuper de dotibus poſt diuor. reſtitu. facit optimè iuris regula. nemo plus iuris. ff. de regulis iuris. ¶ Quid autẽ
15 ✝ ſi patronus intra tempus quod ad præſentandum habet, conſentiret dicendum eſt nunquid collatio priùs facta per
a Epiſcopum abſque conſenſu ipſius valeat[a] Panormita. in ſua pręfata ſolenni diſputat. concludit talem collationem valere vt ex nunc non autem vt extunc quia dicit ad plenum ius transferendum in clericum & factum patroni & Epiſcopi requiri amboque tanquàm principales & æquales in illo iure transferendo veniunt: licet Epiſcopus ius plenius & dignius habeat. Cum inſtitutio ius ſpirituale ſit & per eam (ſi aliâs legitimè facta ſit) ius plenum in beneficio acquiritur. Præſentatio verò eſt tantùm ius ſpirituali annexum: ſcilicet inſtitutioni quia per ipſam ad inſtitutionem deuenitur & ſolùm ius ad beneficium cauſat capit. dilectus. & quod ibi notatur de offic. deleg. vbi probatur ſingulariter patronum in ſua præſentatione etiam aliquid iuris habere. Ergo factum ab vno valet reſpectu iuris ſui tantum, & quia igitur ius integrum per ſe tantum non habet Epiſcopus: qd per eum factum eſt eo tempore, quo patronus conſenſum ſuum præſtat, conualidatur & nõ priùs, facit ad hoc optimè l. per fundum. de ſeruitu. ruſtico. prędiorum. in qua iurecon. Celſi reſponſo deciditur. ſi vnus ex pluribus fundum communem habentibus ſeruitutem in fundo conceſſerit, licet valeat quo ad ſe nec contradicere poſſit, tamen non prius ſer

a Tenet auffrerius quod ſi cq̃a ſuperuenit cauſſa cõfirmans uide eundẽ auff. deci. c. to lo. deciſio. 107

uitus donatario acquiritur quã alij domini,& ſenſerint vnde nouiſsima conceſsione priores confirmantur. & hac ratione dicebamus ſuperius Panor.in ſua pręfata diſpu.voluiſſe talem Epiſcopi valere collationem,vt ex nunc nõ autem
16 vt ex tunc,† & ſic iuris argumentum non procedet quod de toto ad partem fit per.l.quę de tota.de rei vendi.ff.cum tantum locum habeat in diuiduis non autem in his quę diuidi non poſſunt,vt ſunt iura,vt in hoc noſtro caſu, & in.l.pro parte.ff.de ſeruitutibus.titu.generali quod & canoniſtæ,& legiſtæ notare debent. ¶ Sed ſi patronus intra tempus à iure ſibi præfixum ad pręſentandum nec conſenſerit, nec contradixerit,& ſic iure ſuo priuat eſt,an eo caſu collatio prius per Epiſcopum facta ſtatim abſq; alia collatione noua conualidatur?Panor.in prædicta ſua diſputatione tenuit cum tunc patronus dici poſſit negligens quod pro conſentiente habeatur ex quo expreſſè non contradixit,& ſic quod collatio intra tempus ad pręſentandum facta patrono non vocato poſt tempus elapſum valida exiſtat nec opus ſit noua collatione.adfertur quę ad hoc tex.in.c.ſi tibi abſenti.de præb. in.6,Ego verò dico contrarium verius eſſe ſalua tamen eius reuerentia & aduerſum prædictam Panor.opinionẽ,ac aliorum qui partes ſuas tuentur illudmet.c. retorqueo. Verba eiuſdem ponderans,& de conſenſu quem præſtare debet is cui confertur beneficiũ ad conſenſum patrono arguens,hęc ſunt igitur illius.c.formalia verba.Si tibi abſenti per tuum Epiſcopum conferatur beneficium licet per collationem huiuſmodi donec eam ratam habueris,ius in beneficio, vt tuũ dici valeat non acquiras ipſe tamen Epiſcopus,vel quicunq; alius de ipſo beneficio,niſi conſentire recuſes, in perſonam alterius ordinare nequibit:quod ſi fecerit eius ordinatio facta de beneficio non libero viribus non ſubſiſtet:ſed ſi Epiſcopus notificata tibi collatione ad conſentiendum terminũ competentem aſsignet,niſi conſenſeris poterit eo elapſo,beneficium liberè cui viderit expedire,conferre &c. clarè igitur patet ex pręd ictis.c.verbis,ſi vt pręd ixi de cõſenſu ad cõ-

ſenſum

ſenſum argumentum fiat quod certè fieri poteſt:quando eſt vt hîc eadem rationis identitas,in eo caſu noua collatione opus eſſe:quaſi tunc voluntatem ſuam patronus patefecerit ſcilicet quod nullũ vult pro vice illa præſentare, & ſic quod in ſui negligentiam Epiſcopus per collationem prouideat: ſed ſi adhuc poſt elapſum patroni terminum ad conſentien dum res integra ſit hoc eſt:quia adhuc Epiſcopus alicui non contulit beneficium poterit patronus ſuum pręſtare cõſenſum quod probatur ex prędicto.c.ſi tibi abſenti.in fi. in his verbis dum dicit antequàm tamen ipſum contulerit tutum poteris non obſtante quod lapſus ſit terminus,pręſtare con ſenſum.Facit ad hoc.l.mancipiorum. de obtio. legata.ff.& hoc bene ſerua:qa nullibi ita examinatũ reperies.Et quia dictum eſt ſuperius in permutatione requiri Epiſcopi autho ritatem,licet collatio, electio,ſeu pręſentatio ad inferiores pertineat:num in huiuſmodi permutatione tales inferiores actus ad eos pertinentes in ea permutatione expedient, vel an hoc totum Epiſcopus faciet?vt breui ſermone hunc arti culum tangam.Sunt, qui dicant approbante Epiſcopo illos expedire quod ad eos ſpectat ſicut ſimile dicimus quãdo alie natio per inferiorem facienda eſt quod per eundem illa fit authoriſante Epiſcopo vt in.c.placuit.&.c.Abbatibus.xij.q. v.Pręcereà dicunt ſi contrarium fieret abſurdũ inde ſequeretur:quia ſi in manibus Epiſcopi fieret renunciatio & demum per eum collatio Epiſcopus in j.vacatione talium beneficiorum dicere poſſet ſe eſſe in poſſeſſione cõferendi vel

18 præſentandi quod fas non eſt concedere.† At Ioan. Andr.& Paul.de aleazarijs in clemen.vnica.de rerum permutatione dicunt Epiſcopum totum debere expedire cõnſentientibus tamẽ illis quorum intereſt,& ita eſſe verum crederem quod dignoſci poteſt per ea quę ſuperius dixi adhucq; hoc probari videtur per collega. c. quæſitum.in fi.de rerum permutatio. & hanc opinionem etiam reperi tenuiſſe Alexand.de lentilio,& AEgidium,nec obſtat quod pro opinione contraria dicebamus.ſ.per hoc fieri pręiudicium inſtituenti conferen-

ti,vel prę ſentanti,ſeu eligenti:quia procederet ſi Epiſcopus
19 hoc faceret ſimpliciter,& non in hoc caſu.¶ Cũ † ita igitur
in prouiſionibus beneficiorum,quæ ab Epiſcopis fiũt patro
ni vocandi ſint dubium cadit nunc ſuper iſtis,ſi enim hęſita-
retur an patronns vocatus fuerit necne prę ſumendúnne eſt
eum vocatum fuiſſe primo congreſſu id non fore prę ſumẽ-
dum videretur:quia vocatio iſta patronorum eſt quædã ſo-
lennitas extrinſeca,quę non prę ſumitur,vt legi.& no.in.c.vt
circa de elect.in.6.Sed aduerſum hęc obſtat omninò qđ legi.
& not.etiam in.c.ea noſcitur.de his,quæ fi.à præla.ſine con-
ſenſu capituli.& ſic quod factum non fuerit abſq; patroni
conſenſu,vt ibi per gl.in verb.debet.quare vt hæc quę peni-
tus inter ſe diuerſa videntur conciliari valeant dicam⁹, aut
patronus contemptum Epiſcopi proſequitur,& tunc præſu
mitur non vocatus,porrò ꝙ ſi non proſequatur pro facto
Epiſcopi præſumitur,& quod ſuadẽte vtilitate eccleſię hęc
permutatio fuerit facta ad hoc reg.iuris qui tacet &c.de re-
20 gu.iur.in.6.† Quid autem ſi in curia Rom.fiat permutatio
nunquid tunc patroni laici in permutatione vocari debent?
dicerem ego licet de iuris rigore vocandi eſſent per ea,quæ
notantur in.c.ij.de præben.in.vj.& quæ habentur in . c . ad
hæc.de offic . Archid.l.veterem.circa finem.de authoritate
prę ſtanda.C.vbi hæc theorica iuris expreſſa eſt quod omnes
tangit ab omnibus debet approbari,idem eſt in.l.in conce-
dendo.ff.de aqua pluuia.arc.&.l.nã ita diuus.ff.de adoptio-
nibus.Collect.tamen dicit Papam hoc non admittere , licet
AEgidius referat ſe vidiſſe in præfata curia nõ expediri per-
mutationes niſi conſenſus patroni laici præceſsiſſet , & hoc
vltimum regulis cancellariæ Inno.8.concordat regu.60.cum
ibi not.licet certo certus ſit Papam iuri patronatus laicorũ
poſſe derogare,vt not.in.c.dilectus.de offic.lega . & in.c.cũ
21 dilectus.de iure patro.† In dubio tamen non videť iuri ipſo-
rum derogaſſe.c.ſuper eo.de offi.deleg.cum multis alijs re-
fert tamen gloſſator in prædicta regula cancellarię ſe ſciuiſ-
ſe quandam bullam in Romana curia expeditam fuiſſe per
cameram

cameram ſine ſupplicatione in qua Papa derogabat iuri Pa tronatus laicorum:ſed dicit gloſ.& malè:quia laici in hoc
22 priuilegiati eſſe debent rationibus quas iam.s̄.tetigi.† Propterea ſi impetretur beneficium iuris patronatus laicorum
23 & ſupplicatio ſignata ſit. Bullæ tamen expediri non debent niſi cum hac clauſula quod eius collatio ſit ad ſedem apoſtolicam legitimè deuoluta, vel clauſula qua Papa impetranti prouidet dum tamen ad id patronorum accedat aſſenſus,& cum in hoc articulo ſatis ambiguo ſumus elaborabo ita vt eum facilem reddam. ¶ Quantùm igitur ad prædictas clauſulas ſpectat,quę in beneficijs iuris patronatus laicorum apponi ſolent quoad primam dico eam ita intelligi debere:
24 † Nam de iure nullum tempus ſtatutum eſt ad inſtituendũ: quia inſtitutio præſupponit patroni pręſentationem. Collatio verò fit ſine aliqua pręſentatione, & ita intelligi debet totus ille titu.iuris cano.de inſtitutio.& quod nullum tempus inſtitutioni præfixum ſit ita tenuit Panormita.in.c.ij. de conceſsione præbendæ.imò dicit ibi Panormitanus ſuperiorem aſsignare poſſe tempus inferiori ad inſtituendum quantuncunq; breue ſit:aliàs quod ius conferendi ad eum pro vice illa deuoluetur. Quod vltimum tamen verum non credo,vt meliùs tangam infra. Et quòd ſuperior aſsignare poſsit tempus inſtituendi inferiori ex ſententia Panormita. probat in ſimili bonus text.l.ij.§.ſed & ſi dubitetur.ff.de iud. Si hoc igitur verum eſt, ſcilicet quod nullum tempus ſit ad inſtituendum à iure ſtatutum quomodo collatio ad Papam
25 deuolui poteſt per negligentiam inſtituentis? † quare dico hoc ita intelligi debere: quia patronus intra tempus non præſentabit,& tunc vlterius inſtitutio non dicitur:ſed collatio:& ſi Eps intra ſex menſes non contulit ad Archiepm autoritas deuoluitur & rurſus eodem modo ad Papam dicto cap.ſecundo de conceſ.præben.& tunc nullum præiudicium patrono laico fit vel ſi forte ad inferiorem prælatum epiſcopo inſtitutio pertineat tunc etiam per negligentiam patroni collatio directè ad epiſcopum deuoluitur vt vult glo. fin-

gul.in clemen.j.de ſup.negli.præla.quâm ad hoc notat Pañ. in.d.c.2.& tunc per negligentiam epiſcopi in conferendo deuoluitur ad proximè ſuperiorem autoritas & conſequenter
26 ad Papam.† Quantùm verò ad ſecundam prædictam clauſulam attinet videlicet dum tamen ad id patronorum accedat aſſenſus &c. Hęſitandum non eſt quin Papa iuri patronatus laicorum derogare poſſit vt.d.c.dilectus &c.cum dilect⁹ notatur:tamen vt prædixi in dubio non videtur ipſum Papam hoc velle.niſi expreſſè dicat, & tunc hoc facit ex cauſa
27 maxima, & ita ſeruatur hodie† de legato verò de latere qđ iuri patronatus laicorum derogare non poſſit neminem latere debet per.d.c.dilectus.de offi.lega.&.c.cum dilectus de iure patro.an autem in iure patronatus quod laici & clerici cõiunctum eſt hoc procedat dubium maximũ inter ſcribentes eſt: ſed vt paucis me expediam de ijs vide per Panormita. in præfato.c.dilectus.de offi.legati.in vlt.col. & hæc quantùm ad hunc quartum articulum principalem dixerimus.

SVMMAE.

1 *Præſtitutum tempus non eſſe intra quod conferenda ſint beneficia, quibus cauſſa permutationis renunciatum eſt: & quid ſi ſimonia in permutatione commiſſa fuerit nu.2.*

3 *Renunciationem permutationis cauſſa, & collationem ſimul fieri. Limito numero.4.*

5 *Renunciationem cauſſa permutationis ſub conditione eſſe, qua non adimpleta parit regreſſum.*

CAP. VIII.

De quinto Principali articulo vt hîc videam⁹ oportet & ſic de modo faciendæ permutationis. Cum igitur ſuperiùs dixerim quibus vocandis, fieri debeat, & quia modus debitam temporis proportio-

nem

nem requirit:ita vt res agatur tempore, ideo quo agi debeat hîc dicemus in principio huius articuli videbim⁹ intra quod tempus ſuperior in manibus cuius renunciata ſunt ex cauſa permutationis beneficia illa conferre teneatur Fredericus refert Paulum de aleazarijs in clemen.vnica de rerum permu.
1 tenuiſſe† nullũ tempus à iure eſſe pręfixum: ſed quod à ſuo ſuperiore ad conferendum compelletur per.c.nullus.de iure patron.idem in effectu reperi notare prædictum Paulum in clemen.quia contingit de relig.domib.vbi dicit eſſe tempus à iure præfixum,intra quod hoſpitalia conferri debeant. Idẽ de executore dato à Papa in clemen.fina.de præb. dicitur & ſi talis in cuius manibus beneficia via permutationis vacant intra tempus ſibi præfigendũ hoc facere noluerit vult Aegidius permutãtes ad ſua prima beneficia redire poſſe. Quam opinionem Aegidij appbo rationibus,quas inferius adducam:& ſic hoc aduerſatur omnino opinioni Panor.in pręfa. c.2 de conceſſ.præben.dum volebat ſuperiorem poſſe aſſignare tempus epiſcopo aliter quod poteſtas conferendi ad eum deuolueretur & pro nunc hanc rationem tradam, tum quia hoc iure cautum non reperitur,tum quia ipſis permu-
2 tantibus nihil eſt quòd imputari poſſit.† Sed ſi permutantes in tractatu permutationis vitium aliquod vt ſymoniæ vel ſimile commiſerint eo caſu(conſtito tamen priùs de ijs)poſſet ipſe Epiſcopus inter manus cuius vacant beneficia illa conferre alijs præterquàm permutare volentibus ita Ioan. and. notat & bene in.c.vnico.de rerum permu. in. 6. ¶ Sed nunquid cum interuallo temporis hæc fieri poſſint vt puta duo in diuerſis diœceſibus beneficia habentes ea ex iuſta cauſa ſimul permutare volunt. Planum eſt & omnino expeditum ita fieri poſſe vt vnus Epiſcoporum alteri totum negotium committat vel ambo vni & omnia tunc in inſtanti fierent: ſed fingo hoc omiſſum fuiſſe quia priùs ad eum qui vnus Epiſcopus erat acceſſum eſt permutare volentes ac ei dicentes beneficia quæ habent ſe permutare velle præſtoqúe eſt vnus ex parte ſua cauſa permutationis faciendæ beneficio,

quod poſſidet, renunciare requirens vt alteri conferatur quod ſe facturum epiſcopus pollicitus eſt ſimiliq; via expoſt coram epiſcopo alterius proceſſum eſt & ſic cum diſtantia temporis hoc eſt peractum quæſtionis eſſe poſſet an tale in-
3 teruallum noceat † Ioann.monachi & Ioã.and.in præfato.c. vnico.de rerum permu.in.6.conſulunt hęc omnia in inſtanti fieri debere & ſic vt ambo pñtes ſint qui tunc pro vno reputabuntur.c.pro illorum de præbẽ.quod ſi aliter fieret multa dubia oriri poſſent:nam ſtatim quod vnus ſuo beneficio renunciauit via permutationis facit alium pacificum poſſeſſorem,quare ſi tale beneficium curatum eſſet ſecundum vacare videretur quod ſuum erat & quod ea ratione renunciat vt alteri detur per.c.de multa.de præben.& ita ex parte alterius dici poſſet. Quapropter adhæc dubia & ſimilia tollenda è medio præfati doctores dicunt vtilius eſſe omnia in inſtanti fieri debere pro quibus facit adhæc quod notatur in cap.ſi
4 quis iam.21.quæſtio.2.† hæc eſt tamen veritas & huius articuli reſolutio ex interuallo temporis permutationem fieri poſſe & quod tunc hinc & inde collatio valeat & ita noſtris diebus ſeruare videmus.Et huic ita ſeruata forma ego vltra omnes hanc rationem addo:quia permutantes nullo modo eorum voluntatibus fraudari poſſint,nec debent quia renũciare hac conditione videntur: ſcilicet renuncio dummodò
5 tali meum beneficium tradat & non aliter † quæ conditio ſi non adimpleatur quiſq; permutantium ad eorum beneficia regreſſum habebit, & breuiter quomodocunq; qui eorum beneficia permutaturi ſunt in eorum permutatione frauden tur ad prima eorum beneficia regreſſum habent & hoc fit ex quadam iuris æquitate ne ab ordinarijs decipi poſſint hanc tamen materiam regreſſus meliùs tangam inferiùs, & hæc quantum ad quintum articulum principalem dixerim.

SVMMAE.

1 *Permutationem non niſi ex cauſſa neceſſaria permiſſam eſſe. & numero.2.*

3 *Cauſſa neceſſaria quæ, & quæ voluntaria.*

Epiſcopus

4 *Epiſcopus quæ de cauſſis permutationem admittet.*

CAP. IX.

SEOſſert Nunc ſextus principalis articu
lꝰ in quo cauſas ex quibus per-
1 mutatio expediri debeat videbimus † quia
ſua beneficia permutare volentes ſine cauſa
audiri non debent cum à iuris communis pro
hibitione ſine cauſa nõ ſit recedendũ.l.ij. ff.de cõſti.princip.
2 † Quæ igitur cauſa erit qua moueri debet Epiſcopus ad per
mutationem faciendam & ſi quid piam de ijs ſuperius dixe-
rim plenus tamen hîc tangam: quare dico cauſam non de-
bere eſſe ſimpliciter voluntariam vt in præfato.c.quæſitum.
verſi.ſi autem de re.permuta.imò cauſa neceſſaria eſſe de-
bet quæ propriè neceſſitatem vel euidentem vtilitatem ec-
cleſiæ reſpiciat cap.dudum.de reb.eccle.non alien.in.6.Non-
nè igitur ſola conſideratione perſonarum quæ permutare
habent & ſic reſpectu vtilitatis eorum tantùm qui hincinde
ſua beneficia permutare volunt de iure Epiſcopus ad talem
permutationem faciendam moueri poſſit? videretur quod
non prædic.capitu.quæſitum circa finem vbi inquit Vrba-
nus.iij.ſi Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam licitè de
vno loco ad alium perſonas transferre poſſit, quare ex illis
præfati. capitu. verbis ſatis in aperto eſt cauſam debere eſſe
3 neceſſariam: ergo voluntaria non ſufficeret. † Cauſa enim
neceſſitatem vel vtilitatem eccleſiæ reſpiciens illa neceſſaria
dicitur ſicut & alienatio.cap.dudum de reb.eccle. non alien.
in.6.illa verò quæ ſolum fauorem perſonarum reſpicit vo-
luntaria dicitur, quam prælatus curare non debet cum igi-
tur iram illius.c.quæſitum nouum ius ſub quadam certa for
ma inſerat ſi quid ergo fiat contra formam illam eſt ipſo iu-
re nullum cap.venerabili de offic.delega:cap.cum dilecta.de
4 reſcrip.& cap.piſanis.de reſtitutio.ſpolia. † Quare ſub hoc
articulò ita diſtinguendum fore dicerem aut cauſa permuta
tionis faciendæ allegatur quæ nec in damnum nec in vtilita-
tatem eccleſiæ directè, vel indirectè eſt: ſed tantùm in fauo-

rem perſonarum permutantium cedit tunc Epiſcopus conſiderare habet ſi ille fauor eſt pecuniarius necne, vel carnalis etiam aut aliquam aliam fraudem admixtam habens, & tūc talem permutationem non debet recipere. Si verò talis cauſa ſubſit per quam nullum præiudicium paratur eccleſiæ nec aliquam fraudem habet tunc illam admittere debet quia cum eccleſijs non noceat & perſonis proſit Epiſcopus illis obeſſe non debet iuxta tritiſſimam illam iuris theoricam quod mihi prodeſt & alteri non nocet id mihi facile concedi debet. Nec obſtat nunc quod dicebamus de ſępe allegato cap. quæſitum. de rerum permuta. quia ad literam illius textus dico ſuppleri debere hanc dictionem, maximè & ſic omnia erunt plana, & ita practicatur quotidie quod ſufficiat quantùm ad materiam ſexti articuli princip. huius materiæ permutationum.

ARGVMENTVM

Permutationis impedimenta proponit perſonarum contrahentium, ac rerum ac de temporibus promotionis ediſſerit.

SVMMAE

1 *Quatuor eſſe quæ permutationem impediant: & poteſtatem eſſe duplicem.*
2 *Conſuetudo optionis quæ nec hæc permutationem impedit nu. 3.*
4 *Beneficium obtinens intra quātùm temporis promoueri debet: & tempus completum eſſe oportet.*
5 *Ex ſtipulatione pœnali agi non poſſe ante conditionis euentum.*
6 *Contractuum bonæ fidei natura.*
7 *Proximum fini anni promotionis permutare poſſe: & promouendus ad ſacros ordines quatenus diſpenſandus*

CAP. X.

COngruo Ordine nunc ad ſeptimum principalem articulum expediendum accingor: & ſic de impedimētis permutationū hic dicturus ſum: quia ſi de cauſis quibus permutationes fieri debent, ante dixerim

rim:& quia non ſolùm defectus cauſę,imò,& alia multa impedimenta permutationi fiendę obſtare poſſunt ideò, quæ
1 illa ſint,hîc inſeram:† Quare dico ea,quadruplicia eſſe.j.ex parte illius qui permutationem authoriſare habet & hoc tripliciter.j.ex defectu poteſtatis intrinſecę, & hoc omnes ab Epiſcopo inferiores impedit ceſſante conſuetudine,vel pręſcriptione,& hæc ſuperiùs tetigi.ij.ex defectu poteſtatis extrinſecę,& hoc dupliciter,aut propter neceſſariam vocationem,& conſenſum eorum qui vocandi erant, aut propter reſeruationem de quibus etiam.s̃.dixi.3. propter inhabilitatem perſonę authoriſantis permutationem: quia forſan publica excommunicatione innodatus iuxta.c ad probandum.de ſententia,& re iudi.vel etiam ipſius ſuſpicionem,vt in.c.veritatis.de dolo,& contuma.Secundò impedimenta in permutatione eſſe poſſunt ex parte permutatum:vt quia in beneficijs ius non habent.¶ Tertiò ex parte beneficiorum, quę debent permutari:vel quia diſpoſitioni ſedis apaſtolicę reſeruata ſunt,vt in.c.licet.de prębē.in.vj vel quia iam vnita & de ijs omnib⁹ iam dixi.s̃.¶ Quartò ex parte modi,quo quidem permutatio expediri debet:quia intra tempus pręfixum ille in cuius manib⁹ via permutationis reſignata ſunt beneficia non contulit,& ſic ad ea competit recurſus vt dicebamus hęc ſunt igitur,quæ permutationem impedire poſſunt.¶ Nunquid ergo cōſuetudo optionis permutationem impedire habere,de qua in. c.fina.de conſuetud.in.vj.vbi de optione præbendarum mentio fit, quæ in quibuſdam eccleſijs locum habet,vt Lugduni in eccleſia ſancti Ioannis,& ſic
2 intelligendum eſt præbendas valore diuerſas eſſe,† & in qbuſdam alijs eccleſijs conſuetudo optionis eſt,de alijs beneficijs vacantibus,quę ab illis eccleſijs pendent, & ſolùm debētur canonicis illarum eccleſiarum:vt in eccleſia collegiata canonicorum regularium ſancti Anthonij in finibus prouinciarum Caturcenſis, & Rutenę recœpi ego à quodam probatę vitę viro,ac illius eccleſię canonico,qui mihi aliqñ maxima amicitia,& familiaritate iunctus fuit hanc eſſe be-

neficiorum inter eos optionis conſuetudinem,quæ ab ea eccleſia pendent,vt cum tale quoddam beneficium vacare contingit,ſecundum valorem ipſius antiquiori ex canonicis detur,& ſic gradatim ſecundum valorem beneficij,& receptionis antiquitatem eorundem acceptantur,& recipiendo magis pingue beneficium primum tenue quod habebant cogun
3 tur iuniori canonico relinquere.† Igitur ſtante tali optionis conſuetudine,ſi ea beneficia permutari contingat, nunquid optio talis permutationem impediet?videretur quod ſic,qa in permutatione interuenit renunciatio tacitè,vt dictum eſt & ſic vacatio,ergo etiam ſi locum habebit optio. Quidam Guido gordenſis Epiſcopus, & Archidiaconi nepos hanc quęſtionem diſputauit ex qua cócluſit de rigore iuris optionem locum habere,pro cuius ſua opinione has rationes adfert:quarum prima eſt:quia dicit nó:eſſe veriſimile Papam ſeu quemuis alium,qui permutationem facit,vel fieri mandat talem conſuetudinem tollere velle,nec rationalibus ſtatutis,vel conſuetudinibus eccleſiarum velle prǫiudicare, vt c.j.de conſuetudi.in.vj.ſecunda eſt ratio: quia permutantes ſciuerunt,vel ſcire debuerunt dictam eccleſiæ conſuetudinẽ & ſic non poſſunt allegare ignorantiam,nec impugnare debent quod tueri tenentur. c.vnico.in fi.verb.de natis ex libero ventre concordat tex.in.l.altius.ff.ſi ſeruitus vendicetur. Paulus de Aleaſarijs verò contrarium tenuit per.c.vnicum. de rerum permutatione.in ſexto. quo deciditur beneficia, quæ permutantur non deberi,niſi permutantibus:at Io.and. in.c.fi.de conſuetudi.in.vj.in ſuis nouel.nullam harum opinionum recipit:ſed relinquit quæſtionem tanquàm dubium
3 † ſed Federicus de ſenis eam in hunc modum decidit dicens ſalua prædicti Guidonis reuerentia tunc optionem locum non habere cum intentionis concilij Vienẽſis fuerit,de quo in clemen.vnica.de rerum permutatione beneficia ex cauſa permutationis reſignata nedum non cóferri alijs:imò quòd ipſis,qui ex ea cauſa reſignauerunt:conferantur adfertq; ibi rationem tex.in ſui exordio ne conceſsione iuris vtentibus

præſertim

præſertim circa ſpiritualia illudatur. Omnis igitur modus & via per quam permutare volentes ſuo voto fruſtrarentur perpetuô, vel ad tempus, in totum, vel pro parte prohibentur: aliâs illuderetur eis contra mentem, & verba dicti concilij, & ita videtur ibi notare etiam Ioan.andr.in gloſſ.penultima. Prędicta ergo Pauli, & Frederici opinio tanquàm ęquior, & potior iure nobis arridet eſtq; recœpta communiter. ¶ Dubium tamen maximum nunc in hac materia ſe-
4 quitur ſi quis non prętbyter, licet aliter qualificatus beneficium curatum aliqua prouiſione legitima obtinuit certum eſt, & hoc præmittendo ad quæſtionem dico, per.c.commiſſa.de electio.in ſexto.talem habere animum ad promouendum, & computandum à tempore collationis ſibi factę, ita quod priùs, eo nolente alteri conferri non poteſt cum intra tale tempus vacare non dicatur, & beneficia conferri nō poſsint priuſquàm vacent.c.j.& ſecundo.de cōceſsione prębendæ.licet tali anno elapſo ſi promotus non ſit, liberè conferri poſsit alteri non obſtante illius poſſeſsione.c.licet Epiſcopus.de præben.in ſexto.niſi in caſibus de quibus in dicto c.commiſſa. quos hîc prætereo, quod idem eſſe in morte naturali videmus: quia & ſi certum ſit clericum beneficiatum infirmitate, qua laborat eſſe moriturum: non propterea tamen eius beneficium ante mortem conferri poteſt. c.j. & ſecundo.de conceſsione præbendæ.in ſexto.ſed quantùm ad noſtrum propoſitum attinet intra annum igitur per dictum.c.commiſſa.tale beneficium alteri conferri non poteſt etiam ſi ita annus fluxerit quod intra ipſum nequiret, iuxta ſtatutum generalis concilij Lugdunenſis de quo in capitulo, licet canon.de electione, & electi poteſtate. libro ſexto.& ibi latè per Canoniſtas.ad ſacerdotium promoueri: niſi cū annus omninò elapſus fuerit computandus à tēpore illo quo ipſius eccleſiæ regimē tali cōmiſſum extitit, & ſic à tpe collationis ſibi factę, vt iā dixi, & à tpe quo poſſeſsionē eius pacificā habuit. Hęc fuit igitur.d.c.cōmiſſa deciſio quāquidem quantum ad ea, quę nūc dixi corroboro.per.l.in illa

5 ſtipulatione.&.l.inſulam.ff.de verbo.obliga.† quibus expreſſe deciditur ſtipulationem pœnalem non committi ante diē etiam ſi certum ſit parere non poſſe ſic de conditione dico quæ & ſi certùm ſit eam extituram expectari tamen debet, donec exiſtat.l.huiuſmodi legatum.ff.quando dies legati cedat:hoc enim certū eſt, quicquid aduerſum.d.l.obijci poſſet quia ita debet intelligi ante diem agi poſſe, quanti intereſt opus inchoatum non eſſe.vt.l.hoc iure.& ſi ita ſtipulatus eſſem.ff.de verbo.obliga. ſed ad pœnam non vt in dicto vlti.l.hoc tamen dixerim, vt iam proteſtatus ſim, quodam modo ad noſtram quæſtionem præmittens quam talem eſſe dico quis obtinuit beneficium ſeu eccleſiam parochialem & illam poſſedit vndecim menſibus & vltra videns ipſe intra tempus quod ſupererat ad ſacerdotiū ſe non poſſe promoueri tale ſuum beneficium cum quodam ſimplici permutat

6 Dubium eſt,an talis permutatio impugnari valeat tanquā videatur facta in fraudem.d.c.commiſſa id fieri poſſe videretur quia permutatio eſt contractus bonę fidei.§.actionum.inſtitu.de actio.&.c.cum venerabilis de exceptionibus & ibi vide meliorem glo.iuris in verb.bonę fidei aſſignantē differentias, quæ ſunt inter contractus bonę fidei & ſtricti iuris,& non debet fieri fraudulenter.d.c.cum venerabilis & c.vnico de rerū permu.in.6.Aegidius in præfato.c.commiſſa hanc opinionem tenuit & collect.etiam eandem opinionē

7 ſecutus eſt.† Opinioni quorum ego contrarius ſum,& dicerem talem permutationem valere:quia adhuc talis ita permutans eſt intra tempus ſibi à iure conceſſum de quo in.d.c. commiſſa & ſic conceſſione iuris ipſe vtitur iuxta clem.vnicam.de rerum permuta.nec qui ſuo iure vtitur, alicui facit iniuriam.ca.cum eccleſia vulterana.de elect.hincq; noſtræ opinioni,& ad prædictam.c.commiſſa deciſionem hanc fortiſſimàm rationem addo.quia talis vltimò die anni diſpenſationem à ſummo Ponti.obtinere poſſet:vel etiā à ſuo Epiſcopo in caſu.c.cum ex eo de elect.in.6.vbi conſtitutum eſt Epiſcopum.ad ſuperiores noſtros alios cum habentibus eccleſias

cleſias parochiales ſibi ſubiectas vſq; ad ſeptennium fauore ſtudij diſpenſari ne tales beneficiati ad ſacerdotium promoueantur licet ad ſubdiaconatum intra annũ promoueri teneantur & intra illud tempus ſeptennij debet in eccleſiæ idoneis poni vicarius de fructibus eccleſiæ ſuſtinendi quo elapſo ſeptennio debet rector intra annum in preſbyterum promoueri: hæc eſt enim conſtitutio illius.c.cum ex eo etſi omnia illius.c.verba quæ retulimus ad rem non facerent tamen ſunt memoria digna & cum his claudo huius ſeptimi principalis materiam articuli.

SVMMAE.

1 *Vnum & eundem procuratorem duorum beneficijs renunciare permutandi gratia poſſe, & id in manibus cuius.*

2 *Nec hoc caſu mandatum generale ſufficere.*

3 *Laicum hoc caſu procuratorem admitti poſſe.*

4 *Edicti prohibitorij natura: & an ad matrimonia extendatur nu.5. Et qui matrimonium contrahere non poſſunt nu.6.7.& .8. limito vt numero.9.& .10.*

11 *Prodigus matrimonium contrahere poteſt & nume.12. id quod ad meretricem extendit nu.13.*

CAP. XI.

SVpereſt nunc, vt octuum tangam articulum & ſic vt de procuratoribus qui aliquando in his prmutationibus dantur, & eorum procuratorijs videam⁹ cum.ſ. iam oſtẽderim de impedimento, quæ obſtare poſſunt permutationibus & aliqua etiam aduerſum
1 tales procuratores opponi poſſunt Primò igitur loco ſciendũ eſt qñ ſunt, qui ſua beneficia inter ſe permutare volũt, an quiſq; eorũ vno ꝓcuratore, vel an vnus ꝓcurator ambob⁹ ſufficiet poſſit vt talẽ pmutationẽ expedire valeat. Cõis opinio eſt quòd ſic & hac forma fiet nã talis q vtriuſq; pmutare volẽtes ꝓcurator eſt vt puta Ioan.& durandi primò noĩe Ioannis renunciabit inter manus eius qui pmutationẽ autoriſatur⁹ eſt & rurſum noĩe durãdi ita faciet demũ Eps ſeu quis alius ſuperior vnũ ex bñficijs ita renũciatis ipſi ꝓcuratori cõferet qđ Ioã. obtinebat noĩe durãdi & aliud qđ durãdus

habebat nomine Ioannis. Vnde optimè colligi poteſt quandoque aliquem vices duorum poſſe gerere:vt in.c.cum inter de elect.& ca.ſi quis.eodem titu.in.6.facit ad hoc ca.appella-
2 tione de appella.eodem lib. † Et ſi nunc dubitaretur an ad renunciandum generale procuratorium ſufficiat dico non ſufficere niſi in eo de poteſtate renũciandi mentio expreſſa fiat etiam ex permutationis cauſa. l. procurator totorum.ff.de procurato.ſed ſi expreſſa poteſtas ei data fuerit in procuratorio renunciandi beneficia & illa ibi expreſſa ſint tunc fieri poterit renunciatio.clementi.j.de renuncia.& melius adhuc in clementi.vnic.de rerum permutatio.non ſufficeret igitur procuratoriũ ſpeciale eſſe ad renunciandũ niſi & beneficia, quę renũciari debet in eo exprimanſ & hoc ꝓpter actus grauitatem & rei veriſimilitudinem iuxt.capit.ſuper hoc de re-
3 rum permutatione.¶ † An autem laicus in his procurator conſtitui valeat & ſic quod beneficia renunciare poſſit nomine permutantium inter manus ſuperioris & ea iterum nomine eorundem acceptare videretur quod ſic quia ad retinendum,& acceptandum collationem beneficij pro abſente,procurator conſtitui poteſt vt cap.primo de procurat. in 6.& ita etiam nota.Panor.in ca.decernimus.de iudicijs. licet collect.in.c.indultum de regul.iur. in. 6. dicat hoc indecens eſſe & vtinam dicit decideretur laicum non eſſe admittendum quicquid tamen ſit,concludit ipſe in præfato loco laicum ad hunc actum habilem eſſe quia nullo iure reperitur illi eſſe prohibitum facit ad hoc præallegatum cap. primum de procur.in.6.quo conſtat hoc edictum de procuratoribus eſſe prohibitorium ergo qui expreſſè non prohibentur ad tale officium exercendum idonei cenſendi ſunt. concordat tex.in.l.mutus.§.j.ff.de procura.&.§.vltimo.inſtitu. per quas
4 perſo.nob.acquiri.† Hæc igitur eſt natura edicti prohibitorij vt omnes admittantur qui expreſſè non prohibetur vt in procuratore iam dixi & in teſte ſimile eſt eſt per. l. primam ff.de teſtib.† Idem & in matrimonio eſt dicendum vt omnis ad matrimonium contrahendum admittatur etiam qui expreſſè

preſſè à iure non prohibetur.c.cum apud de ſpon.& matri-
6 monijs & cap.qui ſpiritualem.30.quæſtio.4.† Ergo impubes non poterit non propter defectum conſenſus tantùm vt dici ſolet:quia maior ſeptemnio ſpondere poteſt & ibi conſenſus requiritur toto illo titu. de deſpon. impu.ſed & propter impotentiam actus ad matrimonium requiſiti cum paria ſint in iure aliquid non fieri vel fieri inutiliter hæc eſt vulgata iuris theorica & iſte eſt verus ſenſus in ſumma præfati ti
7 tu.de deſpon.impub.quod notandum eſt.† Præterea nec frigidus natura matrimonium cõtrahere poteſt cum illi etiam expreſſè prohibeatur toto illo titul.de frigid.& malefi. non propter defectum conſenſus vt manifeſtum eſt: ſed propter coëundi impotentiam quæ in matrimonio ceſſare debet ad bonum illud prolis:ſcilicet ex matrimonio habendę conſequendum,quare ex his quiſque colligere poteſt duo potiſſimum eſſe quæ ad matrimonium cõtrahendum reddunt perſonam inhabilẽſcilicet defectus conſenſus & coëundi impo-
8 tentia.† Proinde nec furioſus poteſt matrimonium contrahere imò illi expreſſè prohibetur quia in eo fundamentum matrimonij quod eſt conſenſus deficit de quo . in regula . nuptias &c.hoc enim vult text.in.c.dilectus.de ſponſa.& ca. neque furioſus.33.quæſtio.7.ſed huc in continuo furioſis intellige qui pro abſente vel dormiente habendi ſunt clement. vnica.de homicidio de quo furore continuò loquitur tex. in l.2.§.voluntatem.ff.ſolu.matrimo.&.l.prima §.furioſus.ff.de
9 acquirend.poſſeſſio.cum ſimilibus.† At ſi matrimonio iam contracto quis in furorem incidat propterea matrimonium non diſſoluitur:imò adhuc vxorem & filios in ſua poteſtate retinet dicto capitu.neque furioſus.facit ad hoc.l.qui furere. ff.de ſtatu hominum.Quod quidem ius patrię poteſtatis magnum eſt,vt notauit magiſtraliter Accurſius in gl. prima.§. ius autem.inſtituta de patria poteſtate,& ſic hoc noſtro caſu locum habebit illa trita iuris theorica multa quę aliquid fieri prohibent ſi poſtea ſuperueniant id quod iam factum eſt non dirimunt vt hîc de furore patet qui ſi ante matrimo-

niũ eſſet illud impediret. Poſteà verò ſuperueniens non eſt
10 potens vt ipſum dirimat. † Quod ſi per dilucida interualla furioſus ſit in ipſis contrahere poterit argumen. ca. quanuis. 7. quæſtio. j. & ca. iudicas. 3. quæſtion. 9. & l. penult. C. de cura. furio. & l. nec codicillos. C. de codicillis. quare, qui hæc voluerit decidere, qualitatem furoris cautè conſideret: plerique enim ſunt, qui in ſermone ſanæ mentis apparent, & quantùm ad eorum bona adminiſtranda pertinet, & multa alia furioſi dici poſſunt iuxta. l. is qui. in ea in fine. ff. de tutor. & curato. datis ab his &c. ¶ Quid autem de prodigo cui bonis interdictum eſt dicendum ſit an quantùm ad matrimonium contrahendum furioſo comparari debeat cum in multis ſit inter eos comparatio vt in contractibus in dando curatore & ſimilibus per allegata in. l. is qui in ea in fin. ff. de cura. & tutor.
11 dat ab his & multis alijs iuris locis circa hoc dubium † dico breuiter prodigum quantũcunque illi bonis interdictum ſit poſſe adhuc matrimonium contrahere quia defectus quem furioſus habet ne matrimonium contrahere poſſit: ſcilicet defectus conſenſus in prodigo ceſſat quod patet ex verbis. l. is cui bonis de verborum obligatio. dum in principio dicit is cui bonis interdictum eſt ſtipulando ſibi acquirit igitur conſentire poteſt contrahendo ſaltim rem meliorem ſibi faciens, licet ibi ſubſequitur tradere verò non poteſt vel promittendo obligari & ſic rem ſuam facere non poteſt deteriorem quod ſic in furioſo non eſt qui nunquam poteſt contrahere hoc nimis eſt in aperto, & ſic cum matrimonium contrahendo prodigus rem ſibi meliorem faciat quia bonæ nuptiæ ſunt, vt inquit Hyeronimus in quodam ſuo ſermone de virginitate & matrimonio fauendum ſit. l. prima cum mul-
12 tis alijs ſimilibus. ff. ſoluto matr. † Præterà cum conſenſus matrimonium vt dixi neceſſarius in eo ſicut in furioſo non deficiat neceſſariò concludendum arbitror prodigum quantuncunque ei bonis interdictum ſit matrimonium contrahere poſſe aliâs quæ in eius fauorem introducta ſunt retorquerentur in ipſius odium quod fieri non debet vulgatis ad hoc

iuribus potiſsimum.l.quod fauore.C.de legib. Nec obſtat nunc quod in multis furioſo ſimilis ſit, vt dicebamus: quia non ſequitur propterea quòd furioſus ſit: quia nullum ſimile idem.l.quod Nerua.ff.depoſiti.nec etiam quod furioſo comparetur: quia verum eſt dum diſſipat:& ſe obligat, nō autem cum acquirit.l.his qui.§.diuus.ff.de tuto.& cura.datis ab his &c.Furioſus verò in acquirendo eſt etiam inhabilis.d.l.is cui bonis.ff.de verb.obligati. quia furioſus verè caret intellectu, textus.l.ij.§.voluntatem.ff.ſoluto matrimo. prodigus verò non: ſed iura fingunt illum tantùm carere intellectu dum diſsipat, idem non eſt. Sed de meretrice publi-
13 ca quantū ad hoc dubium oriri poſſet. † Quare, vt breuiter agam, cōcludo ſi vitam ſuam in melius commutare velit poterit vtiq; matrimonium contrahere.c.non eſt culpandum. 32.q.1.facit.c.inter cætera.de ſpon.& matri.quod ſecus eſt ſi emendari nolit.c.j.xxxij.q.j.& in ſumma, ne tot verbis opus ſit, vt iam dixi quicunq; matrimonium contrahere poteſt, niſi expreſſè à iure prohibeatur prætactis rationibus, & iuribus.& hæc incidenter putes me hîc inſeruiſſe tum, vt oſtēderem manifeſtè, quid edictum prohibitorium ſit, tum etiā vt aliqua, quę in materia matrimoniali nodoſa mihi videtur, & nedū in iudicio meo diſſoluta plana redderem, ſuper quibus credo prædicta ſufficere, & quantum etiam attinet ad præfatum octauum articulum.

ARGVMENTVM

Permutationis formam, & quam vacationem ea inducat, & in caſu mortis an reſignata conferri poſſint, & effectus clauſulæ, quouis modo &c.deſcribit.

SVMMAE.

1 *Renunciationis permutandi forma, quæ & ad validitatem contractus ſcripturam non requiri.*

2 *Renunciationem huiuſmodi vacationem ſimplicem indúcere quomodo accipiendum.*

3 *Renunciatione huiuſmodi facta, ſi alter decedat an per obitum, an per mortem vacare dicatur beneficium: & an ſic vacantia conferri poſſint. nu. 4. vacare tamen per mortem receptius. n. 5.*

6 *AEgrotus renuncians via permutationis ſi intra. xx. dies decedat vacabit per obitum nec eius collatio tenet: & quæ prohibuæ collationis cauſa. numero. 7.*

8 *Fictionis effectus.*

9 *Effectus clauſulæ, quouis modo vacet, & vacandi mod· qui. nu. 10.*

11 *Clauſulam, quouis modo &c. qualitates modi non reſpicere.*

12 *Limitationes ad effectum clauſulæ quouis modo &c. & nu. 13.*

14 *Regula. xx. dierum de quibus ſit admittenda.*

CAP. XII.

SVbſequitur Nunc alius articulus, & nonus huius præſentis materiæ expediend⁹, qui eſt de defectibus permutationis: quia ſuperius prænotatũ eſt de impedimentis, quæ circa permutationes opponi poſſunt ratione defectuum, qui ſunt in procuratorijs illorum, pro alijs bñficia permutare debentium, hîc verò de defectibus, qui circa permutationem quæ poſtmodũ
1 ſubſequitur opponi poſſent videndũ eſt: † quare, vt hæc melius tradere queam, ſcire prius oportet formam renunciationis, quę ex cauſa permutationis fieri debet, quæ eſt, vt ſine ſcriptis, vel cum ſcriptis fieri poſsit. c. qđ in dubijs. de renũc. quia cum permutatio contractus dici poſsit, vt iam, dixi in eo non requiritur ſcriptura cum de ſubſtãtia contractus nõ ſit: quia contractus ſolo cõſenſu perficitur: ſed ſolũ ad probationem contractus interuenit. l. cõtrahitur. ff. de pign. &. §. j. inſtitu. de oblig. ex conſenſu. vbi Iuſtinianus illos contractus enumerat in quibus non requiritur ſcriptura. Purè tamen & ſic ſine cõditione aliqua fieri debet permutatio: quia cũ quęſtio de permutatione eſt ibi. & renunciatio eſt, & demũ collatio, quæ abſq; cõditione aliqua eſſe debent. hoc enĩ iam ſuperius expeditum eſt dum de collationibus beneficiorũ dicebamus. Sed dubium nõ modicum oriri poſſet an renunciatio ex

tio ex

tio ex cauſa permutationis facta vacationem verã,& puram
2 vel conditionalẽ inducat.† Puto ego(vt paucis agã)talẽ renunciationem hac via permutationis factã quantũ ad renũciantes puram,& ſimplicẽ inducere vacationẽ:ſed non quoad ſuperiorẽ:quia & ſi facta tali renũciatione renũciantes ab ea retrocedere non valeant tñ ſuperior ſi vult illã non admittere põt,& ſic ex parte ipſius iuris authoritate videt̃ conditionata facit qd habet̃ in.d.c.qd in dubijs.de renũc. & adhuc dicerem hoc nõ propriè dici cõditionẽ:quia nolle admittere renunciationẽ per ſuperiorẽ,ſi cã legitima recuſandi ſubſit, hoc de natura permutationis eſt,& id facere tenet̃ ſuperior, & ſic cõditionẽ facere nõ videt̃:ſed de hac cõditione,quę videtur ineſſe,licet non exprimat̃ ſatis tetigi ſuperi⁹.Maxima
3 nũc iuris difficultas in hac materia oritur † facta renũciatione à permutãtibus ſi ante authoriſationem à ſuperiore factã contingat alterũ permutantiũ decedere an tale bñficium dicatur vacare per mortẽ an per renunciationẽ reperi ſub hoc dubio valde deceptos noſtros ſcribentes:quia Federi.qui author principalis huius quæſtionis fuit dicit ſimpliciter,neq; per mortẽ,neq; per renunciationẽ tale beneficiũ vacare:ſed per iuris priuationẽ hoc eſt ipſo iure de quã vacatione, quę ſit ita per iuris priuationẽ eſt bonus tex.in.c.eũ qui.de pręb. in.6.Lapus verò tenuit talia bñficia vacare per renũciationẽ nec alia vacatio dicit ipſe ibi intelligi põt,quę Lapi opinio
4 Alexã:de Lẽtilio placet,ac AEgidio,† qui dicit talia bñficia à ſuperiore alijs cõferri poſſe,& illis etiam quorum noĩe fuerũt per renunciationẽ via permutationis reſeruata. Ego ve-
5 rò quantũ ad hoc neutrã harum opinionũ ſequar,† imò dico in.d.caſu bñficium illius qui deceſsit:& noĩe alterius permutantis renunciatũ eſt vacare per mortẽ,& cũ permutatio ſuũ effectum ſortita nõ ſit alius permutans regreſſum habebit ad ſuũ.j.bñficium iuxta ea,quę per cle.vni.de re.permu. ſuperius dicebã,nec poſſum dignoſcere quõ iuris priuatione tale beneficium vacare dicatur,vt volebat Fredericus,cum nihil contra ius in hoc caſu commiſſum ſit: ſed tantum mor

te præuentus ante perfectam permutationẽ talis fuit:ergo non verum eſt ibi eſſe iuris priuationem cum nihil contra ius,vt dixi fuerit commiſſum. Nec,vt lapus & præd.voluerunt, per renunciationem beneficium tale vacari dicitur: quia,ſi ita eſſet,alius permutans beneficium defuncti haberet cum nulla alia renunciatio ibi interuenerit, niſi illa quæ facta eſt per viam permutationis quæ non valuit ob mortem permutantis ante perfectam ſeu autoriſatam à ſuperiore permutationem.Quare(ſalua tamen pace prædictorum dominorum dixerim)hanc noſtram opinio.puto eſſe veriſſimam. ¶ Quid autem ſi quis in infirmitate conſtitutus beneficium aliquod via permutationis reſignauerit vel ſimpliciter poſtcaque intra viginti dies ita renuncians ex ipſa infirmitate decedat & beneficium tale per renunciationem ſic factã

6 conferatur an talis collatio valeat.† Huius quæſtionis vera determinatio habetur in. 8.reg.cancella.inuicem.8.in qua decidit talem collationem nullam eſſe & quod ipſum beneficium per obitum & non per renunciationem vacare cenſeatur etiam ſi per renunciationem collatum ſit & dicit gloſſa-

7 tor præd.regulę ibi eam in ſua deciſione venire† vt malicijs hominum obuiet maximè curialium quia fiebat quotidie dum infirmi beneficiati videbant ſe à tali infirmitate non poſſe euadere beneficium pingue cum tenui permutabunt, vel etiam illud aut illa in fauorem alicuius renunciabant ſimpliciter,& ſic expectantes apoſtolicos vel ordinarium quodammodo fraudare videbantur,& quod teſtari quodammodo de beneficijs eccleſiaſticis poſſent quod eſſe videretur aduerſum cap.j.ſecundum vnum intellectum, de quo ſuperiùs memini de præbend.& cap.graue.eodem titu.cum ſimilibus

a quapropter princeps quæ facere poteſt vt fictio[a] veritas ſit Bartolo ita plene notante in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſu capion.fingit hoc beneficium vacare morte & non reſignatione via renunciationis facta,vel ſimpliciter vt in.d.regul.

8 cancella.† Nam & ſi verè per renunciationem vacet etiam ſi via renunciationis fuerit collatio facta vt.d.c.vnico. de re

rum

a Quid ſit fictio, quotuplex quando huic locus ſit q̃n per eam actus retro trahatur, ex quibus uerbis deprehendatur, atque fictionũ ſpecies omnes an in his cõcurſus earũ ſit admittẽdus, & quæ earũ cauſſa tradit elegãter Bartol. l ſi is qui pro emptore.ff.de uſu cap. Prateius.

rum permutatio.in.6.tamen propter fraudem prǽſumptam per mortem vacare cenſetur,& ſi collatio per reſignationem facta ſit eo caſu non valet:ſed facta per mortem ſic vt in præfa:regul.& ita venit ad correctionem cap.ſuſcœptum de reſcrip.in.6.quo quidem in ſuo ſecundo reſponſo deciditur. Si vnus impetrauerit beneficium per verum vacandi modum, alius verò non etiam ſi primus ſit ſecundus tunc illi præferetur at prædicta regula contrarium ſtatuit ratione iam dicte fictionis principis quæ pro veritate,vt prædixi,ha
9 benda eſt dicta.l.ſi is qui pro emptore. † Porrò ſi is qui ſecundum veritatem impetrauit, hoc eſt,per reſignationem ſibi factam in ſua impetratione hanc clauſulam expreſſè in-
a ſeruerit aut aliâs quouiſmodo[a] vacet &c. tunc etiam ſi per obitum vacet non obſtante præd. regul. beneficium bene impetratum cenſeretur per gloſſ.in verb. expreſſè.d. c. ſuſcœptum.de reſcrip.in.6.crederem tamen ego poſt prædictum gloſſatorem hanc clauſulam id operari ſi de alio impetrante per mortem non appareret vt per prædictam regulam, & ita deciſio illa rotæ in ordine.28.quæ incipit ſi mandetur &c. in nouis intelligi debet volens quod ſi beneficium impetratur vno modo vacandi expreſſo puta conſtitutionis execrabilis adiecta hac clauſula quoſmodo vacet ſi contingat tale
10 beneficium non vacare prædicto modo:† ſed alio,ſcilicet cōſtitutionis de multa.vel per non promotionem annum ad ordinem præsbyteratus vt in cap.licet canon.de elect.in. 6. vel per contractum matrimonij vt cap.j.de clerici.coniuga. de quo hoc modo plenè per rotam deciſi. 26. incipien.ſi impetretur in nouis vel per ingreſſum religionis etiam vt in cap.beneficium.de regul.& tranſeūtibus ad religionem in.6. nihilominus tamen venit per illam clauſulam,aut aliâs quouiſmodo &c.dummodo per eandem perſonam vacet. Satis igitur videri poteſt ex prædictis quantùm operetur illa clauſula aut aliâs quoſmodo &c. quia omnes vacandi modos reſpicit:licet non perſonas.vnde ſi impetratur beneficium tamquàm per mortem Titij vacans vel quoſmodo alio

a Clauſula quouis modo vacet operatur omnē vacādi modū deci. rot.j.tit. de reſc.in antiq. Guilia. caſſador deciſ.5.de præbē.nu 1.& 2.in priori parte Prateius

tale beneficium non habet ſi per mortem alterius quàm
Titij vacare contingat. idemq; cenſendum puto ſi dixe-
rit per mortem Titij qui in tali loco, vel die tali deceſsit:
nam ſi alio loco, vel etiam alio die eum obijſſe conſtiterit ta
le beneficium propter nimiam expreſsionem, quam fecit, nõ
a habebit cum dici ſoleat nimis expreſſa nocent, & hæc ratio
prædictis addi poteſt: quia mors Titij non eſt mors alterius
nec mors vno loco & tempore eſt mors alio tempore, & lo-
co: ſed mors eſt modus vacationis dicta igitur clauſula, aut
aliâs quouiſmodo &c. licet vt prædixi omnes modos vaca-
tionis in ſe continere non autem omnes modorum qualita-
tes: quare qui ſecurè impetrare vult ita in ſua impetratione
dicat per mortem Titij, vel quouis alio modô, vel cuiuſuis
alterius, vel quouis alio tempore & loco. Sed nunc dici poſ-
ſet, & aduerſum prædicta ita obijci præfatum. c. ſuſceptum.
ſolum de modo vacationis exprimit quo caſu falſa expreſ-
ſio vitiat, niſi addatur illa clauſula quouis alio modo &c. ſed
locus, & tempus ſunt qualitates adiectæ: quarum expreſsio
non requiritur: nec iure cautum reperies, quòd illarum falſa
11 expreſsio vitiet, vel quod ſit neceſſaria, † dicendũ igitur eſt
prædictam clauſulam, licet omnem modum vacandi reſpi-
ciat: non tamen qualitatem adiectam, quæ eſt modus modi,
niſi etiam exprimatur cum modus ſit quædam qualitas. l. cũ
hi. §. modus. ff. de tranſact. & toto illo titu. C. de his, quæ ſub
modo fiunt &c. c. verum. de conditio. appoſi. & de hac clauſu
la, aut aliâs quouiſmodo vacet vltra ea, quæ prædiximus, &
vltra dictam. 28. Rotę deciſionem vide plenè per Philippum
franchum in præfato. c. ſuſcœptum. in. ij. notat. de reſcrip. in
12 vj. † Quicquid tamen ſuper hoc dixerim. ſ. beneficium vno
modo vacandi impetratum ſi modo illo non vacet imò alio
nihilominus, & alius modus vacandi per illam clauſulã, aut
aliâs quouiſmodo &c. venit, dummodo per eandem perſonã
vacet, & in quacunq; materia pręferatur ſiue fauorabili, ſiue
pœnali, & reſtringibili, vt eſt gl. nota. in. c. cupientes. in prin.
de elect. in. 6. quia hæc vera ſunt, niſi alius per verum modũ
vacandi

a Nimis expreſſa nocent uide text. l nõnũquàm. ff. de conditioni. & l expreſſa de regu. iur. ff. & in rei uendicatio. ne cauſa ſpecialis exprimenda non eſt ne expreſſa una ius ex alia cauſſa cõpetat & ut notat. in cle. coeterũ. de ſeutent. & re iudic. per illum textum qui ad hoc eſt expreßißimus Prateius.

3 vacandi impetrauerit, vt ex prædictis manifeſtum eſt. † Prę-
tereà adhuc quæ de prædicta clauſula diximus, vera intellige
quando talis modus impetrandi per illam clauſulã ponitur
in beneficio vacaturo ſecundum primum reſponſum. d.c.
ſuſcœptum: quod ſecus de iam vacanti eſt quiſq; horũ, quæ
nunc diximus, exempla per ſe ſuſcipiat, & ne immenſum, &
plus debito videar hanc materiam protendere ſuper reliquo
hui⁹ clauſulæ, aut aliâs quouiſmodo vacet, ac de derogatiõe
viginti dierum per quos renuntians poſt factam renuncia-
14 tionem viuere debet de quibus aliquãdo ſuperiùs dixi. † Et
qui tales dies intelligantur, aut naturales, aut artificiales. vi-
de à prædicto gloſſatore regularnm cancel. Inno. 8. in antedi-
cta. 18. regu. & ſic huic nono principali articu. finẽ impono.

SVMMAE.

1 *Permutatio inita ſtatim dominium transfert ſine corporali appræhẽſione. & quomodo id accipiendum ſit nu. 2.*

3 *Annualia debita quæ.*

4 *Annatas quis Ro. pontificum cameræ reſeruauit, & qua cauſa. Id tamen omni iuri aduerſari fatendum eſt nu. 5. Datores, & acceptores earum quibus æquiparentur. nu. 6.*

7 *Annatarum incommoda. & nu. 8.*

9 *Viſegimam redituum capi poſſe, & qua cauſa.*

10 *Annatas in regno Gallorum non exigi, nec in permutatione locum habere nu. 11. & 14. & permutationis quod ſit efficax initium. nu. 12. & in permutatione quando currere incipiat beneficium. nu. 13.*

15 *In impetratione beneficij renuncianti permutandi gratia an ſit prioris mentio facienda: & negatiuè concluditur. nu. 16.*

CAP. XIII.

RELIQUUS Nũc eſt, vt huius materię decimus principalis expediatur
articulus, qui de effectibus permutationum
erit, quia parum eſſet permutare, niſi permu
tatione facta aliquis fructus inde ſequeretur:
quamobrem de ipſis effectibus permutationum hìc dicendũ
1 eſt, quorum primus eſt, † quòd admiſſa renũciatione, & col-

latione hinc,& inde ſecuta permutētes titulos in beneficijs permutatis acquirat etiā abſq; noua poſſeſsionis appræhenſione quod bene notandū eſt,& ſic ſtatim ius in beneficio in-
2 ſtar veri poſſeſſoris habere dicantur. † quod verum intellige quando vterque permutantium ius habet in beneficio: quia aliter collationes nullo eſſent,vt de his iam aliquid dixi,& plenè nota.per AEgidium in.c.cum venerabilis.de exceptionibus.Porrò ſi vnus ex permutantibus ius in beneficio habet alius non is,qui ius habet in primo ad illud redire poterit,vt dictus AEgidius ibi plenè proſequitur:ſed de hoc regreſſu ad beneficia pleniùs ſum tractaturus,& an eo[illegible]ca ſu ſit opus noua collatione ibi dicā.¶ Nec obliuiſci oportet nūc de ſequenti quæſtione quærere nunquid poſtquā beneficia permutatione vacare dicuntur,in ipſos annualia debita
3 locum habeant: † ſcire enim oportet prius quomodo ea, quæ diximus,eſſe annualia debita vulgo annatę dici ſolent toto illo titulo de annatis.in pragmatica.& ita dicuntur: quia primo anno emolumenta beneficiorum à Papa percipiebantur,& adhuc hodie fit tam in curia Romana,quam alibi,vt notatur in clemen. vnica.§.permiſſa. de ſupplenda negligentia prælatorum.quæ aliter annualia dicuntur,vt in extrauagati Ioannis vigeſimiſecundi incipiente,ſuſcœpti.& aliter vacantiæ.vt.§.item quod ex nunc.de annatis. in pragmatica ſanctione.† Quæ ante tempora domini Ioannis vigeſimi ſecundi rarò,aut nunquàm exigebantur:ſed ipſe per extrauagantem, cum nonnullæ.in qua alia iampriùs ſe feciſſe ſupponit,& ad eam ſe refert,aſſerit fructus primi anni eccleſiarum cathedralium vacantium, & in aliquibus orbis partibus ad triennium,pro neceſsitatibus Romanę eccleſię cameræ ſuæ reſeruaſſe,& quòd hoc priùs faciebat pro neceſſitate temporis ab eo fuit in perpetuum.Tu de hac fructuū reſeruatione vide.D.de Rota in titu.de reſtitutione ſpoliatorum.in nouis.Hæc igitur à dicto Ioanne Papa in quibuſdam orbis partibus fieri ſolebant. Quæ ad omnes eccleſias expoſt per Bonifacium nonum Ro.pontif.extēſum eſt

is enim Bonifacius primus fuit qui indifferenter beneficijs
5 eccleſiaſticis vſum annatarum impoſuit † quod certè aduer
ſum totius iuris canon. & humani diſpoſitionem eſt vt.1.q.1.
&.q.3.p totũ ac iurib⁹ ꝑallegatis nõne eñ euãgelio militib⁹
interrogãtib⁹.legim⁹ eis dixiſſe neminẽ cõcuſſetis neq; calũ-
niã faciatis & cõtenti eſtote ſtipendijs veſtris &c.Luce.3.c.q̃
verba trãſcripta ſunt in.ca.militare.23.q.1.& quod gratis ac-
cipimus,nunq̃d nos gratis dare oportet id quæ Symon Ma Symon Magus
gus non proſpexerat,qui gratiã ſpiritusſancti vt operare poſ
ſet miracula ab Apoſtolis emere voluit quod iam titigi. s̃.
6 & habetur in cap. qui ſtudet.1.q.1.† Qui enim has annatas
dant,& recipiũt ſimiles ſunt emẽtibus & vendentibus quos
referente ita Ioanne euãgeliſta ſui euangelij 2.cap. CHRI
STVS à templo eiecit:quæ verba referuntur etiam in cap.
7 vides.1.q.1.Quid enim his annatis magis damnatum eſt?† cũ
per eas plura ſequantur incommoda primo per eas indigni
& qui plus pecuniarum habent promouentur, prælaturaq;
cenſentur digni quibus non actionis meritum ſed copiarũ
premia ſuffragãtur.vnde fit vt in habendis eccleſiaſticijs be-
neficijs nihil morum honeſtas,nihil bonarum literarum co
gnitio proficiat ſed totum auri ſacra fames & profanus ho-
nor obtineat cap.fertur.1.q.1.&.l.ſi quẽquam.C.de Epiſc.&
8 cleri.† Porro quid hæc annalia cauſant nunquid vt ſæpiſſi-
mè mobilia,& ſacra eccleſiarũ pro earum ſolutione vendan
tur nonne vt parentes promotorũ pecunijs exhauſtis in pau
periem collabantur & vt materia exigendi à ſubditis plus de
bito perpetuo,vt à talibus ꝓmotis fiere quotidie videmus,
qui à ſubditis pecunias ſub velamine iocundi aduentus, quẽ
triſtem potius & meſtum dicere poſſimus exigere ſolent.
quid enim aliud ex ijs colligitur niſi,vt inquit Hieronimus,
idcirco propter vos ſyon quaſi ager arabitur & Hieruſalem
in coſtodia pomerij erit quæ Hyeronimi verba ſcripta ſunt
in cap.iudices.1.quæſt.1.quaſi ex his verbis deſolationem ac
finem ſignificet argu.l.& ſi vſufructus.ff.quibus mod.vſufr.
admittatur quod ex verbis ſequẽtibus planè intelligi poteſt

dum dicit & Hieruſalem in cuſtodia pomerij erit quia cuſto
dia pomerij collectis prius deſeritur Quãtum igitur hæc an
Concluſio. 6 nalium exactio improbata ſit ſatis nunc in aperto eſt † qua-
re dicit Ioannes andre.in capi.inter cætera de offic.ordi.ſe
optare curiam Romanam vigeſimam partem reditum cleri
corum totius orbis ad ſuſtentationẽ ſimul Ponti.& cardina
7 lium recipere & quòd nihil vlterius pro communibus fru-
ctibus & prouentibus primi anni quos à prælatis,& alia be-
8 neficia eccleſiaſtica habentib⁹ exigi,vel recipi† poſſet exce-
ptis ſalarijs eorum qui laborant puta ſcriptorum,& ſimiliũ
9 quibus etiam,& de prædicta vigeſima parte nihil vlterius
exacto ꝓuidere poſſet dicitq; inſuper de his concilio vienẽ-
ci ſermonem fuiſſe factum ſed prælatis qui ibi aderant vi-
ſum extitit id fieri non debere forte bene dicit ibi Ioan.an-
drę.ita ab eis fuit conſtitutum quia tanta eſt inſatiabilis cu-
piditas quòd ſi id factum extitiſſet hoc & illud nunc percipe
10 retur ſed † hæc annalia ſeu annatæ iſtæ in hoc Franciæ re-
gno non exiguntur quicquid in contrarium per Leonem de
cimum & præfatum Franciſcum valeſium pro eo tempore
Francorum regem in illa annatarum conſtitutione de qua
in concordantis,fuerit conſtitutum tanquàm burſalis con-
ſtitutio eſſet à regnicolis recæpta nõ eſt vt plenè per Rebuſ.
in.§.fina.titu.de mandatis apoſtolis in concor.vnum tamen
dicam quod hoc Franciæ regno quis non admitteretur ſi be
neficium illius impetraret qui non expreſſit verum valorẽ
ſint ante anni,ſine poſt,vt prædicta conſtitutio concordato
rum de annatis vult idq; regulis cancellariæ deciſum fuit iu
re tamen communi verum beneficij valorem exprimere ne-
ceſſe non erat bona glo.in clem.i.de præben.valde autẽ dif-
cille eſt ſcire verũ valorẽ fructuũ bñficij vt pulcherrimè ad
notat pater veritatis Inno.c.cũ cauſſam.de teſtibus in antiq.
& cũ talis cõſtitutio recepta nõ ſit in hoc regno Frãcię de ea
vlteri⁹ nõ ſcribã me oĩno remittens ad ſuos locos proprios
nec op⁹ eſt hîc verba effundere cũ his annatis nõ vtamur,vt
dixi iã,in hoc regno Frãcię neq; ipſis egeam⁹,ꝗ certè priuſ-
quàm

quã ad concordata deuentũ fuiſſet, iam à ſanctiſſimis cõcilijs Cõſtancienſi: ſcilicet & Baſilien. ab vniuerſa eccleſia abolita erant, vt quiſque poterit proſpicere toto illo titul. de annatis. in pragmat. At cum ea expoſt per prędictum Leonem decimum abrogata fuerit ad has annatas peruentum eſt quæ in toto criſtianiſmo ſeruatur. Hoc regno tamen Francię, vt prædicebam, excepto. Sed nunc ad quæſtionem reuertor num in permutationibus, cum in ipſis beneficia vacare dicantur vt ſæpiùs dixi, hæc annalia locum habeant Ioannes monach. in ſæpe dicto capitu. vnico de rerum permutation.
11 in. 6. † tenuit quod non per illum textum Archid. tamen & Ioann. Andr. in capitu. ſi propter de reſcrip. eodem libr. voluerunt contrarium dicentes ibi interuenire per reſignationem in manibus ordinarij factam veram beneficiorum vacationem dicto capitu. vnico. Collecta. tamen in capitu. adhibita. de rerum permutation. quæſtione. 8. dicit ſententiam Ioannis monachi æquiorem eſſe per id, quod legit. in cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. in. 6. & ita dicit tempore Ioann. 22. ſeruabatur. Præterea & pro prædicta Ioann. monach.
12 opinione hanc rationem addo: † quia permutatio initium efficax ex mutuo conſenſu permutantium non capit, ſed ex traditione rei: nam prius quam ex permutantibus vnus beneficium alterius habeat non eſt completa permutatio: licet in emptione, & vendit ſecus dicendum ſit quæ initium efficax ab ipſo conſenſu ſumit. l. prima. ff. de rerum permutation. & ita notat etiam Dominicus geminia. in di-
13 cto capitu. vnico. de rerum permutation. in. 6. † Si igitur ſola adeptio rei permutate hunc contractu perficiat æquum eſt & fictione dignum dicere antea nihil eſſe quod vacans reperiatur cum adhuc omnia pendeant nec etiam beneficio adepto cum iam poſſeſſum vere dicatur, & ſic & de ęquitate, & de iuris fictione dari non poterit in inſtantia vel momentum in quo hæc beneficia vacauerint, & ita intelligenda ſunt verba præfati Ioannis monachi in illo ca. vnico. de rerum permutat. in. 6. & ita etiam Henricus boyc tenuit

in capitu.tua.de verborum ſignificatione. Durum enim eſſet permutantem fructibus primi & ſecundi beneficicij fruſtrari Dominicus Geminia.tamen in prædicto capitul. ſi propter. & in gloſſ. final. ſub verb. vacabunt refert Ioannem de lignano in hac quæſtione diſtinguere: quia dicit aut hæc permutatio fauore eccleſiarum fit: & tunc talia onera annalia locum non habebunt: quia tunc Papa fauori publico derogare non videtur aut fit fauore ſingularum perſonarum & tunc locum habent & ſic dicit ipſe intelligi de-
14 bet præfata gloſſ. † Ego tamen vt prædicta omnia concludam præfatę opinioni Ioannis monach. adhæreo dictis iam rationibus & ſic quod in indulgentia de fructibus primi anni beneficiorum vacantium percipiendis non cadant beneficia ex cauſa permutationis vacantia. ¶ Reſtat adhuc quidam ſcrupulus in hac materia permutationum &
15 ſub hoc articulo è medio auferendus † cum dubium eſſe poſſet an in beneficiorum permutatione de alijs beneficijs quæ obtinent permutantes mentio fieri debeat, dici ſolet quod ſi talis permutatio fiat diœceſani autoritate tunc nulla eſt neceſſaria mentio cum etiam non ſit neceſſe quando noua impetratio ab ordinario fit vt de ijs mentio fiat capitulo ſecundo. de offic.ordina. licet in legato & in ſummo pontific.videatur contrarium cum tunc maior idoneitas perſonæ requiratur quare ſi quis ſit qui duo beneficia ſimplicia habeat vnumque ex illis cum curato coram Papa ſeu legato permutare velit certum eſt dicunt facilius ab ipſo Papa ſeu Legato permitti quod quis duo ſimplicia habeat quam vnum ſimplex cum curato vnde ſi quis eo caſu loco ſimplicis curatum accipiat non propterea tamen cum eo intelligitur diſpenſatum vt vtrunque retineat, imò opus eſt tunc expreſſa diſpenſatiōe text. eſt rotundus ad hoc in capit.non poteſt verſicu.cum vero tibi de præbend.in.6. Alij dicunt diſtinguendo aut talis permutatio fit fauore perſonarum tantùm & tunc debet fieri mentio aut verô fit ob neceſſitatem vel vtilitatem eccleſiarum & tunc non

eſt

eſt opus mentione aliqua. Alij adhuc voluerunt recipientem pingue beneficium loco tenuis teneri vt mentionem faceret quaſi de ambitione notari poſſit: ſecus è contrario
16 ego verò crederem indiſtinctè † permutationem factam nō habita mentione de alijs beneficijs valere: cum permutatio ipſa nec impetratio nec noua collatio dici poſſit: ſed ſi ad illa beneficia quæ recipiunt permutantes incapaces ſint tunc reſcripto gratioſo opus erit in quo etiam has beneficiorum mentiones facient. Et ita hodie ſimpliciter ſtilus curiæ Romanę obſeruat & ita hūc pręſentem articulum claudo.

ARGVMENTVM

Quando, & quibus caſibus liceat, vel non ad beneficia renunciata permutationis cauſſa redire & ſimplicitatem in actibus quibuſcunq; nocere nemini.

SVMMAE.

1 *Renunciatio inculpata permutanti regreſſum parit. Amplio vt nu. 2. & 5. Id tamen authoritate propria non licere. nu. 6. 8. 9. & 11.*
3 *Pœnam ſequi authores ſuos eamq; delicto commenſurandam eſſe.*
4 *Collegium excommunicationis ſententia innodari non debere.*
7 *Permutatio generaliſne, an ſpecialis eſſe debeat.*
10 *Vnum vicem duorum obire non poſſe.*
12 *An permutans aũ beneficium iuri patronatus ſubiectum cui, non vocato patrono, renunciauit, redire poſſit academicè diſputat ad finem cap. fundamenta vtrinq; adducens. nu. 13. & 14.*
15 *Simplicitas ſua noceat nemini. Et ſimplicitate tacita veritas non reddit literas ſubreptitias. nu. 16. Simplicitati parcendum. nu. 17.*
18 *Simplicitatem, erroremq; notarij teſtamēto non obeſſe quod extendit ad alia inſtrumenta. nu. 19.*

CAP. XIIII.

Dvndecimum Principalem, & finalem hui9 materiæ permutationum articulum nunc peruenio, qui materiam recurſus amplectetur. cum igitur in præcedēte maximè articulo de effectibus permutationis quæ perfici poteſt dixerim nunc

operepreciũ eſt nos videre quando perfici nõ poteſt an per mutantes ad ſua prima beneficia reuerti valeant quare circa hanc recurſus materiam primo loco quęrendum putam quã
1 do locus ſit tali recurſui? Scribentes communiter dicunt, † ſi permutãtes abſq; culpa fuerint & permutatio aliqua ex cau ſa ſuum nõ poſſit ſorti. i effectum ad priora beneficia eos recurrere poſſe & hoc ſumunt ex his, quæ dicuntur, & notant
2 in.c.vnico.de re.permu.in.6. † Eademq; rõne igitur decidi poterit, ſi vnus permutantium fuerit in culpa alius verò non ille qui ſine culpa reperietur ad ſuum beneficium redire poterit is verò qui culpoſus reperietur carebit recurſu: & ſic pœna ſuum ſequatur autorem.c.quæſiuit.de his quę fi.à ma. parte.c.ſi compromiſſarius de elect.in.6.cap.cognouimus & ca.illud.16.q.6.quia peccata ſuos ꝓprios tenere debẽt autores pręd.iuri. Vnde iſte verſus Bernardi gloſſatoris addit poteſt.

Autores proprios ſua crimina iure tenebunt.

Facit ad hoc tex.in.l.ex facto.§.Iulianus.ff. de vulg. & pupil. ſubſti.&.l.reſcriptum.ff.de his, quib.vt indig.cum ſimilibus.
3 † Perſonam tamen delinquentis pœna excedere non debet. Vnde & à pręfato gloſſatore iſte verſus ſubiungitur.

Pluſquam peccatur non vltra pœna trahatur.

Hoc vltimũ enim probatur per pręfatum.c. quęſiuit. de his quæ fi.à ma.part.cap.nec pœna vlteriùs protrahenda, quàm delictũ fuerit in excedẽte repertũ.l.ſancimus. C. de pœn.vbi ab imperatoribus Archadio, Theodoro & Honorio ſancitũ eſt ibi eſſe pœnã vbi & noxia eſt, & ſic quod peccata ſuos autores teneant quare per illũ tex.illatio optima ſequitur quantuncunq; aliqui noti & familiares delinquentes ſint puniẽdi non veniũt niſi criminis fuerint participes facit optimè.l.ob maritorũ.C.ne vxor pro marito.vbi ob maritorũ culpã vxores inquietari leges vetant &.c.Romana.§.fi.de ſent. exc.in.6.
4 illo tex.ab Inno. † 4.prohibeſ in vniuerſitatẽ vel collegium proferri excõionis ſnĩam cũ nõnunquã cõtingeret innoxios hmõi ſnĩa irretiri ſed in illos tm̃ de collegio vel vniuerſitate quos culpabiles eſſe cõſtiterit vult eã ꝓmulgari nec obſtant.

iura

iura quę in cõtrariũ nũc adduci poſſent,vt tex.in.c.in ſancta. de conſecrat.diſtinct.j.&.c.cum multæ.15.q.vlti. & ſimilia: quia intelligenda ſunt in pœna temporali quæ quandoq; alteri pro facinore alterius imponitur:quamplura exempla & diuinarum ſcripturarum, & humanarum quiſq; ex ſe ipſo ad hæc poterit colligere. At in caſu noſtro locum habet in pœna ſpirituali iuxta illud filius non portabit iniquitatem patris,nec pater iniquitatem filij.Ezech.18.c. & deutero.24. &.2.paralip.25.quæ verba habẽtur in.c.iudæi.&.c.iam itaq;. j.q.iiij.&.c.conuenientibus.eadem cauſa.&.q.vij.vel etiam dicere poſſumus regulare eſſe vnum pro alio non puniri. & quæ pro contrarijs adducta ſunt,ſint caſualia.¶ Sed ne principaliter noſtram materiam reliquiſſe videar Culpoſis igi-
5 tur iſte recurſus ad prima beneficia non datur:† ſed his ſolum qui abſq; culpa ſunt,& ita talibus datur recurſus quod alijs nullo modo ſuperior conferre poſsit,nec per quencũq; alium tale beneficium acceptari præfato ſæpè.c.vnico.& ſufficit quod ex cauſa permutationis renunciationem fecerunt licet de iure ſubſequuta non fuerit.¶ Sed ſi perfici non poſſit permutatio,& quod locus ſit recurſui,vt ſuperiùs tactum eſt,nunquid poterunt tunc permutantes propria authoritate ad ſua prima beneficia recurrere,vel an noua collatione egeant,aut ſaltem id ſuperioris licentia debeant facere Ioan. andr.in præfato ſepti.c.vnico.de rerum permuta.in.vj. eos id facere poſſe authoritate propria voluit.per.c.ſi beneficia. de præben.eod.lib.ſub quo hæc ſunt Bonifacij.viij.expreſſa verba.ſi beneficia,quæ per ſedem apoſtolicam conferuntur, idem ſi per alium,qui conferre poſſet:quia non ius ponit ibi ſed factum,aut decreto interpoſito,reſeruantur, interdum contingat ab his ad quos aliàs pertinet collatio eorundem aliquibus huiuſmodi collationem,ſeu reſeruationem ignorãtibus de facto conferri,& beneficia,quæ illi tenebant anteà, & poſt prædictorum adeptionem dimiſſa per eos alijs aſsignari,ne talis ignorantia eis,cum ſint ſine culpa, pręiudicialis exiſtat ſtatuimus,inquit ibi Papa,vt ſi ipſi de collatione,

ſeu reſeruatione prædicta poſteà certiores effecti ſublata dif
ficultate quacunq; omninò dimiſerint beneficia ſic ſibi de fa
cto collata ad beneficia ſua priora, collatione quibuſcunq;
perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante, liberè reuertan-
tur. Hæc igitur decretalis præfatæ conſtitutio optimè vide-
tur facere pro Io. Andr. opinione. & ſic quod à permutanti-
bus in caſum regreſſus prima beneficia propria authoritate
capi poſsint. Sunt tamen qui dicant contrarium verius eſſe.
& ita præfato. c. ſi beneficia. reſpondent: quia dicunt illud. c.
non loqui in renunciatione expreſſa: ſed tantum in priuatio
ne iuris, quæ effectum non habuit ex quo nō tenuit adeptio
ſecundi beneficij. Vel dicunt, ibi fit dimiſsio facto ſine expreſ
ſa renunciatione, quæ vim tacitę renunciationis non habet,
ex quo adeptio ſecundi beneficij ſecuta nō fuit. Opinio prę-
dicta Io. andr. æqua certè eſt, & placet Alexan. de lentil. per
rationem præfati. c. ſi beneficia. de prębend. in. vj. iunctis no
ta. ibi per Archid. in verbo liberè. & notatis etiam per Ioan.
andr. in. c. licet. in. ij ſub verb. conferre. eodem tit. vbi firmāt
eos propria autoritate ad prima beneficia redire poſſe: quia
ſine culpa tales fuerunt ergo puniri non debent. c. j. de conſti
tu. cum ſimilibus. Præterea & pro horū opinione facit æqui
tas, vt dicebam per quam incommoditatis circuit⁹ vitatur,
ac beneficiorum vacatio. cle. auditor. de reſcript. l. ne in arbi
tris. in ſi. C. de recept. arbit. l. fi. C. de adoptio. l. dominus teſta
mento. in ſi. ff. de condict. indebit. l. ſi. C. de donat. Proinde oc
caſio expenſarum, & laborum tollitur quibus ſemper de iu-
re parcendū eſt. c. finem litibus. de dolo, & contuma. & c. ve-
nerabilis. eodem tit. c. vt litigantes. de offic. ordina. in. vj. l. li-
tibus. de agricolis, & cenſitis. lib. vndecimo. C. & l. properan-
dum. de iudic. eod. lib. l. quidā exiſtimauerunt. ff. ſi cert. peta.
l. ij. in princ. de aqua pluuia arcend. ff. l. fratris. C. de tranſact.
Inſuper & quia ob vtilitatem eccleſiarum & non perſonarū
iuriſq; beneficio hoc fecit permutans ideoq; tali laqueus pa-
ratus eſſe non debet. c. de viduis. in. 2. 27: q. 1. & quod occaſio-
ne iuris fit ad diſpendium tradi non debet. c. ꝙ nonnulli. de
priuileg.

priuileg.&.l.eum qui.C.de vſuc.pro empt. His tamen non
6 obſtantibus contraria opinio nobis videtur verior.ſ.† quod recurſus non poſſit ipſo cõpetere:imò noua collatione opus ſit & hæc ratio eſt quia cum beneficium ipſum permutando verè per renũciationem vacauerit,vt probatum extitit ſuperiùs.Igitur eo ita renunciatio rehaberi non poterit ſine noua collatione.& huic rationi ratio additur:nam beneficiũ eccleſiaſticum vacans ſine canonica inſtitutione per eũ,qui ius in eo non habet,obtineri non poteſt,vel etiam ſi habuerit ius:ſed illud per priuationem,ſeu liberam reſignationem amiſerit,recuperari non poteſt.c.ex frequentibus.de inſtitu. &.c.j.de reg.iur.in.vj.Iſte enim eſt iuris communis ſcriptus rigor,quiquidem æquitati à præfatis dominis allegato eſt meritò præferendus,vt bene notat Cynus in.l.placuit.C.de iudi.& Gulielmus de monte Laudi.in cle.quamuis de appell. Plenius adhuc Ioannes de Lignio.in ca.quæſitus.de rerum
7 permuta.qui hanc materiam ibi optime tractans quęrit † an beneficia generaliter vel ſpecialiter à Papa reſeruata permutari valeant,qui reſpondendo cuidam obiectioni,quæ fit de ęquitate illius.c.vnici.de rer.permutat.in.6.dictæ quæſtioni ſatisfacit perpulchrè ibi tractans quando æquitas rigori pręferenda ſit,& econtra.Præterea,& cum permutans per liberam reſignationem ius in eo beneficio verè amiſerit.c.quàm periculoſum.ſeptima quęſtione prima.& notatur in.c.admonet.& cap.quod in dubijs.de renunciatione.nec obſtat quod de cap.ſi beneficia.de prębendis.in ſexto.dicebamus: quia ibi æquitas ſcripta eſt quæ cuicunq; rigori præferenda eſt,vt ſcribentes in præfatis locis notant:ſed in caſu pręd ictę opinionis Io.Andr.æquitas ſcripta non reperitur.Ergo rigori iuris ſcripti ſtandum erit.Proindę & dictus Ioan.andr. poſt multa verba in pręfato.c.vnico.de rerum permutatio-
8 ne.demum concludit tutiùs eſſe † quod quis ad ſua dimiſſa cauſa permutationis beneficia authoritatę ſuperioris reuertatur quàm propria propter pœnam.c.eum qui.de præben. in ſexto.quę eſt,vt qui vi,aut iniuſtè beneficium aliquod

occupat iure quod in illo,vel ad illud habebat ipſo iure priuatus ſi.Conſilium cuius Ioan.andr.ſanum, & rationi congruum eſſe dicerem,& ita in beneficijs occupatis curia Romana ſeruat; licet in vacantibus de iure,& de facto ſecus ſit: quia tunc contraria opinio,de qua diximus ꝓcederet, & ſic prędictorum doctorũ iudicia,quæ diuerſa videntur,reduci poterunt ad concordiam quod fieri expedit.cum expediat. de electionibus.in ſexto.Ex prędictis igitur concludendum
9 ſupereſt:† non ipſo iure:ſed iuris authoritate recurſum ad prima beneficia poſſe competere, & hoc adhuc comprobo ita:quia ſi talis recurſus ipſo iure competeret, aut hoc eſſet ex priori titulo,quod dici non poteſt cum penitus per verã renunciationem,& ſuperioris admiſsionem factam penitus ſit extinctus,vt plenius notatur in pręfato.c.quod in dubijs. de renunciatione. Aut ex nouo titulo,& adhuc id fieri nõ poſſet:quia nemo poteſt ſibijpſi illum dare.ca.fin.de inſti-
10 tutionibus.†cum inter.dantem,& accipientem,illo text.diſtinctio perſonarum eſſe debeat.Similis text.ad hoc.in cap. didicimus.trigeſimaquarta quæſtione prima.c.per veſtras. de iure patronatus.c debitum.de baptiſmo.l.prima.ff.de authoritate tutorum & curatorum.cum ſimilib⁹.Nemo enim vicem plurium perſonarum ſuſtinere poteſt.c.pręsbyteros. decimaſexta quęſtione prima.c.ſingula.octogeſimanona diſtinctione.l.nemo.C.de aſſeſſoribus,& domeſticis.l. ſi plures.ff.de pactis.&.l.vltima.de officio præſidis.eodem libro. ¶ Reſtat igitur,vt prædixi,hoc recurſu vti volentem à ſuperiore ſuo obtinere licentiam,vel quod ab eo de nouo obtineat collationem, Et hanc partem tenet dominus Geminianus in illo capit.vnico.de rerum permutatione.in ſexto.
11 dicens ibi † renunciãtes ex cauſa permutationis ab beneficia propria authoritate redire nõ poſſe:ſed eo caſu opus eſſe noua collatione reperiq́ue etiam ita tenuiſſe dominos de Rota deciſione.23. in nouis & hanc opinionem teneo ego pro veriſſima. ¶ Et cum in permutationibus patronus vocari debeat tanquàm intereſſe habens vt ſuperiùs pręnotatum

eſt du

12 eſt,† dubium tamen nunc eſſe poſſet ſi permutans cum beneficio præſentatio cuius ad patronum ſpectat, eo non vocato, an ad tale bebeficium patronatum,quod priùs obtinebat(irritata ſeu irrita dicta permutatione)redire poſſit. Collect.in capitu.cum olim de rerum permut.hanc quæſtionem mouit referens ibi quoſdam tenuiſſe quod ſic cum ei non ſit imputandum ſi patronus vocatus non extiterit cum ad eum etiam vocatio patroni non ſpectet, ſed ad ſuperiorem ad quem pertinet permutationis authoriſatio. Quare ex delicto alterius grauari non debet capit.cognoſcentes.de conſtitution.cum pleriſque alijs iam ſuperiùs ad hoc citatis iuribus ſicuti nec electo imputatur qui poſt confirmationem adminiſtrat: licet confirmator in ea nullum vocauerit vt per Ioan.Andr.in capitu.final.de electio.in.6.Sed quicquid Collec.dixerit verba aliorum referens, tenuit tamen ipſe in præfato loco contrarium eſſe veriùs per notata Archidiaco.in dicto capit.final.de electio.in.6.& notata etiam in capitu.de multa.de prabend. & capitu.decernimus. de iudicijs. & capitu.poſſeſſiones.de rebus eccleſiæ non alienandis.Quod tamen verum intelligit, ſuppoſito, quod ille ſciat beneficium alterius eſſe iuris patronatus: quia tunc certum eſt talem ſine dolo, & fraude non permutare, & quod etiam non ſeruata forma iuris, permittet.quare priuilegio iuris gaudere non debet dicto capitu.vnico.de rerum permutatio.in.6.& clementi. vnica. à contrario ſenſu eam ſumens eodem titulo: vnde licet ei imputandum non ſit ſi patronus vocatus non fuerit,tamen vt dixi nũc eſt aliud
13 qđ ei ſit imputandũ† qa inſtare debuit vt illi quorũ intereſt citarentur.capit.quatuor de maioritate & obedientia, ideo concurſus ei non eſt concedendus & dicit prædictus collec.
14 Fredericũ de ſenis fuiſſe huius vltimæ opinionis † eò quod permutans particeps fuit culpæ iudicis patronum non vocantis argu.c.ſi concubinę.de ſententia excommunicationis vbi communicans cum eo,qui excommunicatus eſt pro crimine damnabili in maiorẽ excommunicationem incidit idẽ

vult tex.in.c.nuper eod.titu.& de hac participatione plenè notatur per gloſſatorem ibi.Et ſi ſub hoc dubio variꝫ reperiantur doctorum opiniones in hoc tamē ſic diſtinguendū puto vel alter ex permutantibus ignorabat beneficium alterius,cum quo permutabit,eſſe iuris patronatus,& tunc cū talis in culpa non fuerit irrita nunciata permutatione ad ſuum primum beneficium redire non impedietur & ita præfatum.c.ſi beneficia de præben.in.6.debet intelligi vel ſciebat beneficium alterius,vel ſuum eſſe iuris patronatus vel etiam vterq; permutantium hoc ſciebat & tunc videndum eſt an iuris ignorantia,quo dicimus patronum vocādū eſſe, ita ſit excuſabilis vt recurſum nō impediat quare ſuper hoc ita concludendū arbitror quòd ſi perſone ſimplices ſint,nec multum literatæ eorum ſimplicitati parcendum fore videretur dignitatem ſequentes cū,vt iam dixi ſuper hoc diuer-

Conclusio

ſe ſint ſcribentium opiniones quia ſunt qui dicant patronū: de neceſſitate non eſſe vocandum licet regulariter contria
15 opinior verior ſit & communire † igitur forius dicendū eſt ſi hę perſonæ ad hoc non aduertant imò ita ſimplices ſint & ſine fraude vt totum per Epiſcopum poſſe fieri credant nec patronum vocauerunt tūc eorum ſimplicitate parcendum

Opinior verior

videt̃.Obeſſe enim non debet,quod per ſimplicitate eſt &c. ſcriptura de conſec.diſt.2.vbi à cypriano Papa conſtitutum eſt in ſacramento altaris aquàm vino miſcendam eſſe exemplo Domini quòd ſi quis ex antiquis hoc facere prætermiſſerit propter eorum ſimplicitatem venia concede poteſt no bis autem,qui ſcripturis inſtruimur,non ita parcendum erit hæc ſūnt præfati cypriani verba fecit ad hæc optimè tex.in
16 cap.ſuper literis de reſcrip.† vbi à Papa deciditur impetran tem literas per ſimplicitatem,ſeu ignorantiam tacita verita te vel expræſsè falſitate propterea non debere carcere impe-

Impetratio fraudulenta

tratis imò ibi quadam ſubdiſtinctione tamen dicit aliquando talem impetrationem valere licet aliter cēſeat de his qui per fraudem & maliciam impetraui qui nunquam impetratis gaudere debent addo adhuc tex.ad hæc de tranſlat.Epi-

ſcopi

ſcopi vbi quibuſdam Epiſcopis authoritatē ſuorum Archie piſcorum tranſlatis Papa indulget cùm hoc aliter ſine illius licentia facere non poſſint quia probatum ibi erat eos extra ſimplicitate peccaſſe &c.c.cùm vniuerſarum de rerum permutatio.vbi Innocentius .3.veniam ſimplicitate quorundā permutantium tribuit nec prætereo tex.prædictis ſimilem in.cap.tanta nequitia.89.diſtic.vbi de quodam Epiſcopo Ianuario nomine legitur,qui priuſquàm miſſarum ſolēnia die dominico celebraret ad exarandam meſſem cuiuſdam profectus erat quare Gregorius Papa ibi dicit eū alloquens tanta nequitia ad aures noſtras de ſenectute tua puenit &c.ſub ſequitur ex poſt ſed quia ſimplicitatem tuam cùm ſenectute cognouimus interim tacemus ibi eſt igitur apertum argumē
17 tum † parcendum eſſe ſenectuti & ſimplicitati & quomodo etiā in Epiſcopo ſimplicitas venit magis excuſanda,quā doloſitas,vel nimia ſubtilitas & prędictis de iure ciuili addo tex.in.l.2.ff.ſi quis in ius voca.non erit vbi Paulus iuriſconſultus ſuo reſponſo vult parcendum eſſe ſimplicitati idem eſt in effectu ab Vlpiano iuriſcon.in.l.1.§.vlti.ff.de ædendo vbi reſpondet eos qui ob ætatem,vel ruſticitatem vel etiam ſexum non ædiderunt aut quauis alia iuſta cauſa ſubueniri addo.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omnium iudi.vbi ab eod. Vlpiano edictum fuit aduerſum corrumpentem dolo malo vel corrumpi facientem quòd in albo prætoris propoſitum eſt vt in tales quingentorum aureorum detur iudicium:doli mali autem in verbis edicti ſit mentio quaſi per imperitiam vel ruſticitatem quis fecerit non tenetur.& adhuc pro prædictis ab eodem Vlpiano teſtimonium aſſumemus in ſua.l.j. in princip.ff.de dolo.vbi inquit ſimplicitatem nemini debere eſſe damnoſam.cum ſimilibus,quæ ad hæc poſſent adduci vt probarē maliciā,& fraudi hoīm obuiandū eſſe & ſimplicitati ignoſcendū.Et quantū ad dolū & fraudē eos q illis vtuntur,quare ita eiſdē obuiandū ſit neq; illis quicquā talia pſint dicerē hāc rōnē eſſe qa dol⁹ & fraus nemini patrocinari debēt.c.ex pte in fina. verb.de reſcri.† Sed quantū ad ſim

plicitatem ipſam dicerẽ adhuc ita ſimplicibus parcendũ eſſe: quòd ſi ſimplex notari⁹ & rudis in teſtamẽto ſcribat qualiter pater filio ſuo relinquit centum iure reſtitutionis cũ dicere debuiſſet iure inſtitutionis quod eo caſu teſtamentum valet nec illa ſimplicitas ſeu imperitia notarij teſtamento habet officere ita Bald. in.l. ſi cum ante. C. de donationibus ante nuptias.& ita dicit ſe in hoc conſultum reſpondiſſe per textum. Subiungens etiam gloſſam ad hoc in.l.finali. C.de fideiuſſor.in qua ſunt hæc expreſſè Accurſiana verba quod per notarij ſimplicitatem non debet fieri iniuria contrahen-
19 tibus.† Inſuper & prædictis addo quod voluit idem Bald. in.l.Imperator in prima.ff.de ſtatu hominum ita ibi inquiẽs
a ſi notarius[a] ſimplex ſeu gloſſus ſcribere debeat pro ſua legitima:ſed ſimplicitate ſeu groſſitie dicat,pro ſua falcidia vel etiam ſcribat mulierem renunciaſſe valeriano cum dixiſſe debuiſſet eam velleyano renunciaſſe dicit ibi talem notarij imperitiam ſeu ſimplicitatem inſtrumento non officere. Plurimiſqſ hc ſimilibus prædicta nunc cõprobari poſſent:ſed hæc ſufficere puto: ſatiſque erit, vt ex ſuperioribus colligamus ſimplicitati, quæ abſque dolo eſt,parcendum eſſe imò & eam à ſeruatore noſtro dico nobis eſſe commendatam vt Matthæi.10.c.vbi ita cuicunque noſtrum in perſona ſuorum diſcipulorum inquientis. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbę ſimplicitatem igitur columbarum nos habere oportet,quæ omnem puritatem præ ſe ferũt & vitiorum lotionem vt habetur canticorum quinto capite.

a Vide ad hoc textũ formalẽ & ibi late per do. Philip. deci. in.l.ſi librarius. ff.de regu. iuris. Prateius.

SVMMAE.

1 *Simplicitatis ſpecies:& quam earum iura tueantur.*

CAP. XV.

1 SEptem † Tamen ſunt ſimplicitatis ſpecies. ¶ Prima fidei eſt, dequa.ij. Cori.vndecimo ca.Timeo (inquit ibi Paul⁹) ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri,& exidant à ſimplicitate,

plicitate,quæ eſt in Chriſto hoc eſt in fide Chriſti.¶ Secunda eſt intentionis.vt Epheſeorum ſexto capit. Obedite. & poſt aliqua verba ibi ſubſequitur,in ſimplicitate cordis veſtri,& ſapientiæ primo capite in ſimplicitate cordis veſtri quærite illũ&c.¶ Tertia innocentiæ eſt de qua prouerb.ſecundo capite protegit gradientes ſimpliciter id eſt innocenter.¶ Quarta eſt manſuetudinis prouerbio. eodem capite. & ſimplices permanebunt in ea,id eſt,mites,qui terram poſſidebunt,vt in Matthęo quinto capite.¶ Quinta eſt pauper tatis,de qua prouerbiorum vigeſimo octauo capite.melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua quàm diues in prauis itineribus.¶ Sexta eſt obedientiæ, de qua Iob capite ſecundo Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua exprimit ibi Theologi doctores.c.obedientia.¶ Septima eſt humilitatis vt prouerbiorum tertio capite.Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius &c.De tertia enim ſimplicitate hîc loquebamur,quæ eſt innocentiæ,† quam etiam, vt prædixi,noſtra

2 iura tuentur:ſed ſatis ſuperq; de ea ſimplicitate dixerim,& de omni hac materia beneficiali.¶ Quare hîc calamum noſtrum ſiſtere iubeo:non quòd omnia me tetigiſſe putem, quæ de ea dici poterant,quia ſi cuncta corporis mei membra verterentur in linguas omneſq; artus humana voce reſonarent, eam penitus complecti non potuiſſem : ſed in meipſo arbitratus ſum ſatis eſſe quod ſufficit:nec puto etiã, quæ hîc inſerui grandia eſſe:ſed ſaltem, noſtro iudicio, vtilia maximè ſcholaſticis, qui ea benignis aurib⁹ in noſtro Cathurcenſi auditorio iam ferè recœperunt,& vt magis,ac magis eis nota faceremus ob oculos nunc ponimus expreſſiùs,& quæ longè prolixiori ſermone dixiſſe valuiſſem, breui tamen coarctam ſpatio.Gaudent enim breuitate moderni,vt alibi docuit Accurſius.& lacteam, Saluſtij breuitatem commendatitiè extulit.M.Quintilianus.lib.x.inſtitut. oratoriarum.Vos igitur ſcholaſtici,doctrinam noſtrã accipite & ſimplicitate,& veritate,qua diximus:quia non quærimus hominum gloriam,Deus teſtis eſt, nec ad hæc loquimur,

Epilogus.

Voluminis ſcopus.

Apoſtrophe ad ſcholaſticos.

vt humanas amicitias aucupemur: nec hæc dixi, vt apud homines aliquid videar, ſed vt apud Deum aliquid mereri valeam. Hoc eſt itaq; totum, quod apræhenſa manu inſinuare vobis cupio, & vt ſimpliciter motum mentis meæ fatear.

Immenſas gratias in omnibus Deo referens, ſi hîc quædam vtilia dixero: & qui calamum noſtrum ſatis debilem ita direxerit, & ad finem vſque pe- duxerit.

F. I N I S.

SERIES CHARTARVM

†, A, B, C, D, E, F, G, H, I, k, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, AA, BB, CC, DD, EE, FF, GG, HH, II, kk, LL, MM, NN, OO, PP, QQ. Omnes ſunt duerniones preter. A. quaternionem. &, QQ. ternionem.

Digitized by Google

GOTTSCHER 1971
Google